IHS

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
14
18 L
17 10

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

71
8
E
22

33-E-21

33.3.10.

33
E

MARTINI BONACINAE
MEDIOLANENSIS.
TOTIVS OPERIS
COMPENDIVM
SENTENTIAS OMNES.

De Sacramentis.
Magn. matrim. Sacram.
Cenſuris.
Horis Canonicis.

Tractationibus varijs.
Legibus.
Reſtitutione, & Contractibus, ac Clauſura.

QVAE IN PRAXI TVTIVS ADHIBERI POSSVNT
Accuratè Complectens.

E X M V S E O.
Illuſtriſſimi, & Reuerendiſſimi Domini
ALOYSII RICCII
EPISCOPI VICI EQVENSIS,
Et Patricij Neap. Depromptum.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Coll: Rom: Soc: Iesu
B. S.
Catal: inscr:



NEAPOLI. Per Vincentium de Francho. MDCXXXI.
SVMPTIBVS FRANCISCI BALSAMI.

Paulus Squillante Canonicus Deputatus vidit.

Imprimatur.

Felix Tamburellus Vicarius Generalis.

Illuſtriſs. & Excellentiſs. Domine.

PErcurri iuſſu Veſtræ Excellẽtiæ nedum vtilia Scolia ſuper poſtremus libris Codicis edita à Reuerendo D.Io. Antonio Nouario Canonico benemerito Cathredalis Eccleſiæ Neapolitanæ, quam etiam Compendium omnium Operum Reuerendi Patris Martini Bonacinæ,quæ omnia pro communi comodo, dum nil Iuri publico aduerſari videantur, exiſtimo prælo dari poſſe, ſi ità Veſtræ Excellentiæ videbitur cui in omnibus me ſubmicto.Datum Neap.ex edibus noſtris die 29.Ianuarij 1631.

Veſtræ Excellentiæ.

Additiſſimus ſeruulus.

Io. Baptiſta de Thoro I.C.Neap.

Imprimatur.

Tapia Reg. Henriquez Reg. Lopez Reg. Rouitus Reg.

LECTORI.

Ntequam Compendium, hoc ſtudioſè lector, ingrediaris, vt expeditiore illud percurras ingenio, paucis, ſine, admonearis: Etenim duo Tomi Venetijs Editi anno 1628. apud Gregorium Valentinum, è quibus, quæ in hoc opere habentur, diligenter collegi, mendaces ſunt in titulis, qui in Superiori margine inſcribuntur. Quare cum noſtras citationes illis conformari minimè videbis, non noſtræ incuriæ, ſed thipographiæ, iure dabis. Ceterum ne vlla prorſus difficultate labores, in breuiatis verbis ſit tibi, Auth, & auth. pro ipſo Authore Bonacina, t. pro tomo, d. pro diſputatione, q. pro queſtione, diff. pro difficultate, ſect. pro ſectione, p. pro puncto, n. pro numero, ib. pro ibidem, & aliquando tomum, diſputationem, quæſtionem, ſiuè punctum, in Authore tantum, iux. ordinem prædictum, ipſa dictio, ib. deſignat omnia candidiſſimæ tuæ menti comendamus, vale

COMPENDIVM SIVE SVMMA omnium operum MARTINI BONACINAE MEDIOLANENSIS.

ABBAS.

ABbas poteſt alios facere participes bonorũ operum ſuę religionis, Graſ. in append. c. lib. 2. c. 2. n. 18. 19. & 21. Nauar. de indulg. notab. 31. num. 18. Suar. diſp. 48. n. 29. author de ſacr. diſp. 6. q. 1. p. 3. nu. 19. ſect. 1. tom. 1.

Abbates poſſunt concedere facultatem aſſiſtendi in matrimonio, Sanchez lib. 3. diſp. 27. Guttier. conſ. 62. 64. 66. & 68. auctor de magno matrim. ſacram. q. 2. p. 8. num. 10. ſect. 2. tom. 1.

Abbates habentes Iuriſdictionẽ Epiſcopalem, procurantes, vt Clerici capiantur à dominis temporalibus, vt beneficia reſignent, vel citati ad apoſtolicam ſedem accedere nequeant, præter excommunicationem, ob violentam manuum iniectionem ſuſpenduntur per triennium à fructibus ſuarum Eccleſiarum clem. 2. de pęnis, quia veniunt appellatione prælatorum idem author de cenſur. d. 3. par. 5. §. 2. n. 24. & 25. dummodo effectus ſit ſequutus ſect. 4. tom. 1.

Abbates à ſede apoſtolica promoti ſine literis authenticis, eiuſdem ſedis ſuarum Eccleſiarum adminiſtrationẽ recipientes ligantur ſuſpenſione ab adminiſtratione fructuum ſuarum Eccleſiarum, ex rauag. 1. de elect. author de cenſur. d.

3.p.5.§.2.tom.1.

Abbates alienantes bona Eccleſiarum abſq. licentia ſummi Pontificis incurrunt ſuſpẽſionem, Sayr lib.4.cap. 12.num. 54.author de cenſur. d.3. p.2. §.2.nu. 27.ſect.4.t.1.

Abbates licet exempti literas dimiſſoriales alijs quam ſuis regularibus concedentes ſunt ſuſpenſi, Conc.Trid. ſeſſ. 23. cap.10.ad finem, author ibid. de cenſur.d.3.p.5.§.4.num.12 ſect.4.t.1.

Abbates Priores, & Superiores regularium non tenentur ad reſtitutionem, ſi vltra bimeſtre non reſideant, ſi ſuum munus per alium ſufficienter ſuppleant, vt declaraſſe S. Congr. teſtatur Leſſ. de iuſt.& iur.lib. 2.c.34.dub.29.num.163.& Filiuc.tract.41. c.6.q.6.num.30 author de tractatio.varijs d 5 p.4.prop.2.t.1.

Abbates poſſunt leges condere in ſuis diœceſibus, niſi aliunde conſtat hoc ipſum vetitum eſſe, Suarez tom.5.diſp.2.ſect.2. nu.9.Medic.de legib. p.1.q.15 dummodo leges non ſint contra ius commune, author.de legib.d.j.q.1.n.28.ſect.1.to.2.

Abbatiſſa poteſt concedere ſuis monialibus facultatem munera donandi, nam Abbatiſſa eſt diſpenſatrix,& moderatrix bonorum monaſterij, Nauar.cõment. 3.nu.4.de regul.Cardin. conſ. 17.nu.5. Rodriq.in ſum. c.90. nu 9. concl 4. author de tractatio. var. d.3.p.6.prop.2. tom.1.

Abbatiſſa quæ certam pecuniæ quantitatem paciſcitur, vel recipit, donec dos connectui ꝓmiſſa pro Nouitia ingrediente ſoluatur, excuſatur à labe ſimoniæ ſi hanc pecuniam accipiat ratione damni emergentis, quod interim monaſteria patitur, ob dotem non ſolutã, Rodriq. quæſt.regul.tom.2.q. 48.ar.7. Mirand.in tract. de monial.q.8.ar.9. concl. vnica author de tractatio.var.q.7.§. 4.prop.1.tom.1.

Abbatiſſa non põt in votis monialium diſpenſare, quia non habet iuriſdictionem ſpiritualem, Sot.in 4.d.2.q.1.a.4.Suar. lib.6.c.10.nu.15. Leſſ.de iuſt. & iur.lib.2.c.40.dub.13.num. 107. author de legib.d.4.q.2. p.7.§.4.tom.2.

Abbatiſſæ non poſſunt concedere facultatem eundi, Rodriq. q.46.ar.2. author de clauſura q.1.q.8.prop.vnica tom.2.

Abbatiſſa non poteſt exire, vt viſitet monaſteriũ, cementarios, vel ſua Monaſteria, Sanch.lib. 6.c 16.n. 51. author ibid. q.1. p.9.nu.3.ſect.3. tom.2.

Abbatiſſa põt exire ad præſtandum iuramentũ fidelitatis ſeculari domino feudi, imò ſi ei conſtet licentiam à ſuperiore

iniu

iniuſtè denegari, adhuc exire poteſt, ſecus ſi dubitet, cap. periculoſo §. verum de ſtat. regul. in 6. author de clauſur. d. p. 9. nu. 9. to. 2.

Abbatiſſa non poteſt hanc licentiam concedere niſi ei delegata ſit facultas à legitimo ſuperiore, Nauar. com. 4. num. 59. verſ. 3. de regul. Suar. c. 10. nu. Rodriq. quæſt. regul. 1. p. q. 46. ar. 2. obſerua tamen, author ibid. q. 1. p. 8. nu. 2. ſect. 2. to. 2.

Abbatiſſa admictendo aliquem in Monaſterium afficitur exceptione, aliasq; pęnas incurrit, Sanch. lib. 6. c. 16. nu. 91. Mandoſ. de priuileg. gloſ. 7. nu. 28. author ibid. q. 5. p. 6. num. 22. ſect. 2. tom. 2.

Abbatiſſa profeſſionem monialis acceptare poteſt, Azor. lib. 2. c. 12. c. 5. q. 6. Sanch. in oper. manali lib. 5. c. 4. nu. 79. author ibid. q. 2. p. 10. diff. 2. §. 6. num. 3 ſect. 2. tom. 2.

ABORTVS.

Abortum procurantes tàm fœtus animati, quàm inanimati non ſunt excommunicati de iure, tamen iure ſpeciali poſita eſt reſeruatio in noſtris Concilijs prouincialibus, quæ reſeruatio incurritur, etiam ſi effectus non ſequatur, quia ipſa actio principaliter prohibetur, & aliquis dici poteſt mortem procuraſſe, etiam ſi non fuerit ſequutus abortus, Zecchius de caſ. reſeru. c. 1. §. 9. verſ. quod verò, author de reſt. & contract. d. 2. q. vlt. n. 6. p. 7. ſect. 1. tom. 2.

Abortum procurantes quas pœnas incurrunt, eſt Conſt. Gregor. XIII. quæ correxit Bullam Sixti V. author de reſt. & contract. d. 2. q. vlt. ſect. 1. p. 7. nu. 6 tom. 2.

Abortum procurantes fęminæ ipſæ, licet ſecundum Hald. in ſumma verb. abortus, habetur n. incurrere pęnas latas per Summos Pontifices, tamen Author eſt contrariæ opinionis, loc. cit.

Abortus vbi adeſt periculum, an liceat dare pharmacum: & pro reſolutione diſtinguitur, quod pharmacum, aut eſt mortiferū ex ſui natura, aut ſalutiferum, ſi eſt ſanatiuum, aut adhibetur intentione occidendi fœtus, vt mater viuat, aut ſolùm adhibetur, vt ſeruetur vita matris, permictendo mortem fœtus, & ideo, aut fœtus eſt animatus, vel inanimatus, hoc poſito. Primò, nunquam licitum eſt ante, vel poſt fętum animatum dare matri grauidè pharmacum mortiferum fœtui, ſeu ex ſua vi ordinatū ad abortū, vel mortem fœtus, Couar. p. 2. §. 3. nu. 1. Nauar. lib. 2. c. 3. nu. 140. Secundò, quando mater periculosè laborat, & non ſupereſt aliud remedium præter phar-

pharmacum ex ſui natura curatiuum illius morbi, poteſt huiuſmodi pharmacum adhiberi cum intentione expellendi morbum, licet mors fętus nondum animati ſequuta ſit, Nauar.c.25.num.62.Eman.Sà verb.homicidium nu.1. Dixit Author,licet mors fœtus nondum animati probabiliter ſequuta ſit; nam quando fœtus eſt animatus,vel dubitatur,an ſit animatus, non licet in morbo periculoſo,matris adhiberi pharmacum, ex ſui natura ſanatiuum illius morbi, etiam ſi adhibeatur cum intentione expellendi mobrum, ea ratione, quia proles cenſetur eſſe in extrema neceſſitate ſpirituali, & ſalus ſpiritualis præfertur ſaluti corporali, Eman. loc.cit.& alij, author ibid.d. 2.quæſt.vlt. ſect.1.p.7.num.3. tom.2.

Abortus nō poteſt procurari ad euitādam infamiam,aut mortem,Azor.3.p.lib.2.c.4. Sāch. de matr.lib.9.diſp.20. nu.10. etiam ſi fęmina ſit nobilis, aut monialis,aut etiam ſcandalum timeatur,quia non ſunt faciēda mala,vt veniāt bona, idem author nu. 5. ibid.

Abortu ſequuto ſi vir ſaltet cum muliere grauida ſaltatione conſueta non peccat, author de cenſur.d.7.q.4.p.7.num.22 tom.1.

Abortus periculo accedens ad vxorē peccat mortaliter,Nau. c.16.nu.57. author de magno ſacram.matr. q.4.p.6.num.11 tom.1.

Abortus periculo accedens ad vxorē,ita vt det cauſam abortus, efficitur irreg. dummodo fœtus ſit animatus,ibid.n.13.

Abortus periculum poteſt eſſe tempore coagulationis formationis fœtus, quando coniuges congrediuntur proximè ante partum, nam eo tempore periculum eſt, vt fętus ob ſeminis abundantiam ſuffocetur, Sanch.loc.Author nu.12.

ABSENTIA.

Abſentes poſſunt contrahere matrimonium per literas, vel per procuratorem,Card.Tuſc. concl.124.tom.5.Author de mag ſacr.matr.q.2. p.5. nu.1. ſect.2. tom.1.

Abſentes tēpore promulgationis legis tenentur legibus,Author de legib.d.1.q.1.p.6.nu. 4.tom.2.

Abſentes, & præſentes in materia præſcriptionis,dici eos qui in eadem Ciuitate,vel in eadē Regni parte habitant; abſentes verò qui in diuerſis ciuitatibus, vel Regni partibus, ſeù territorijs cōmorantur, Tuſc. concl.572. Maſcard.concl.7. author de reſtitu. & contract. d.1.q.vlt.p.2.§.2.tom.2.

Abſens à choro notabiliter tempore

pore diuinorum officiorum mortaliter per ſe loquendo peccat, Garc. de benef 3.p.c.2 nu. 32.dub.5.Suar.lib.4. de relig c.10.nu.17.author de hor canon. diſp.2.q.1.punct.2. nu. 1. ſect.4. to.1.

Abſens frequenter à Capitulo per ſe loquendo grauiter peccat, idem Author loc.cit.nu.4.

Abſens cauſa grauis infirmitatis percipit diſtributiones quotidianas, cap. clericus victum 91 diſt.1. c.1.de cler.ægrot. cap. vnico de cleric.non reſid.in 6. Author diſput.2.q.5. punct.1. ſect.4. to.1. ſecus verò ſi eſſet leuis, idem Author loc. cit. d.2.q.5.p.1,num.2.

Abſens ex cauſa infirmitatis recipit diſtributiones etiam præciſa conſuetudine recipiendi, Seraph.dec.1132.p.2. Author nu.5.etiam ſi in loco beneficij non exiſtat, & morbum propria culpa contraxerit, vt Sac. Congreg. declaraſſe teſtatur Garſ. de benef.p.3.c.2.nu.263 Nauar.conſ.13.de celebr.miſſ. & alij apud Authores loc.cit. nu.7.niſi abeſt ob ignauiam; nam non perciperet, idem Author num.eod.&nu.9

Abſens cauſa infirmitatis, qui alias intereſſe non conſueuerat, quamquam nonnulli oppoſitum ſeptiant non percipit diſtributiones, Couar.var.reſ. c.13.nu.8.lib.3.Monet.de diſtrib.2.p.q.5.num.21. Author nu. 10.

Abſens cauſa infirmitatis lucratur diſtributiones pro rata tẽporis quo intereſſe ſolebat, Author nu. 12. prout etiam abſens cauſa grauis podagræ, aut conſimilis morbi lucrari poteſt diſtributiones, idem Author num. 13.

Abſens ob iuſtam, & rationabilem corporis neceſſitatem lucratur diſtributiones quotidianas, Author ibid. diſp.2. q.5.pun.2.ſect.4.tom.1.nu.1. quãdiu durat neceſſitas, idem nu.2.

Abſens de conſilio Medici ad quemcumque finem percipit diſtributiones quotidianas, Azor.2.p.li.7.c.7.q.10.Graff. 2.p.deciſ.li.3.c.15.n.10.author num.4.

Abſens aliquantulum in choro, qui ob cantum defaticatus eſt percipit diſtributiones quotidianas, Nau.de hor.can. c.69. Monet.p.2.q.5.nu.50.author num. 5.

Abſens cauſa ſenectutis lucratur diſtributiones, Menoch. de de arbitr.iud.lib.2.cent.1.caſu 60.nu.10.Monet.q.7. author nu.6. & ſic etiam cauſa peſtis dummodo non habeat curam animarum, idem Menoch.lib. 2.caſu 153. & author num.6. & 7.

Abſens ob grauem metum, ob bel-

bellum, ob iniuſtum Principis præceptum, ob inimicitias, ſimileſq; cauſas lucratur diſtributiones, author loc. cit. nu. 8. vbi num. 9. abſens, qui ob peſtis periculũ ab vrbe repellitur, vel qui per vim detinetur percipere poteſt diſtributiones, allegat Monet. q. 6. num. 11.

Abſens qui iniuſto carcere detinetur lucratur diſtributiones quotidianas, Garſ. de beneſ. 3. p. c. 2. num. 362. author loc. cit. §. 1. n. 1. etiam ſi iudex illum iuſtè capi, præceperit, & prima ſententia condemnatoria contra ipſum lata fuerit, modo tamen antea intereſſe conſueuerit, nec propria culpa in carcerem coniectus ſit, Monet. q. 7. n. 85. idem author num. 2. 3. & 4. Verum non lucratur anniuerſaria, ſeu portiones funerales, quamuis habeat actionem contra iniuſtum accuſatorem, & huius opinionis eſt author num. 5. & Nald. in ſum. verb. diſtributiones nu. 8. ſed Quaran. d. verbo verſ. de Canonico tenet contrarium.

Abſens ob iuſtam excommunicationem priuatur diſtributionibus etiam ſi petat abſolutionem, & iuſtè denegetur, Gonzal. reg. 8. glo. 5. §. 9. n. 123 Garſ. de beneſ. 3. p. c. 13. n. 123 author loc. cit. §. 2. nu. 1. ꝙ intelligas de excõicatione maiori, non minori, Vgol. de cenſ. tab. 3. c. 12. nu. 1. Monet. q. 15. nu. 19. author nu. 2.

Abſens ob iniuſtam ſuſpẽſionem non priuatur diſtributionibus, vide infra verb. ſuſpenſus.

Abſens in euidẽtem eccleſiæ vtilitatẽ lucratur diſtributiones, idem author ibid. diſp. 2. q. 5. pun. 3. nu. 1. ſect. 4. tom. 1. modo alias intereſſe conſueuerat nec adſit conſuetudo in contrarium, & ſit in euidentem propriæ Eccleſiæ vtilitatem, idem author loc. cit. nu. 2 3. 4. 5. & 6. & idem erit ob euidentem neceſſitatem propriæ Eccleſiæ, idem nu. 10.

Abſens cauſa confeſſionis ſuorum peccatorum non lucratur diſtributiones, idẽ author num. 8.

Abſens cauſa voti adimplẽdi nõ lucratur diſtributiones, Garſ. de beneſ. p 3. c. 2. num. 393. vbi refert declarat Sacra Congr. idem author nu. 9.

Abſens tempore diuinorum ex mandato Capituli ad ea gerẽda, quæ ad Capitulum faciunt lucratur diſtributiones, Monet. loc. cit. n. 47. idem author nu. 11.

Abſens ad exercendam ſuæ Eccleſiæ iuriſdictionem, vel ad Summum Põtificem, aliumvè Principem Capituli nomine Legatus percipit diſtributiones,

nes, Monet.q.5.nu.34.&q.11. num.92.ſed author num 12.id amiſit, modo ſit in euidẽtem eccleſię vtilitatem.

Abſens legitima de cauſa diſtributiones pro tempore abſentiæ percipit, etiam ſi aliquot horas, vel dies, ſine detrimento cauſæ ob quam abeſt in ludos inſumat, Nauar.de hor. canon.c.21.n.64. Monet.2.p. q.13. nu.47. author nu.20.

Abſens in ſeruitio Papæ priuilegio præciſo, fructus quidem non verò diſtributiones percipit, Garſ.de benef.3.p.c.2.nu. 385. Monet.2.p.q.9. num.13. author loc.cit.§.1.nu.1.& ille dicitur in ſeruitio Papæ, qui ei immediatè inſeruit, vt Cappellani, Secretarij, & ſimiles, idem author nu.2.& idem erit in ſeruitio epiſcopi in vtilitatem propriæ eccleſiæ, Conc. Trid. ſeſſ.24.c.12.verſ.interea, & alibi, vt per author loc.cit. §.2. num. 1. verum cauſa viſitandi diœceſim non perciperet diſtributiones, Garſ.de benef.3. par.c.2.nu.347. idem author nu.2. & abſens cum epiſcopo iuxta probabilem nonnullorũ opinionẽ, diſtributiones percipit, ſi beneficium conſiſtat in ſolis diſtributionibus, Garſ.3. par.c.2.nu.112.&ſeq.Monet. q.8.nu.15.author nu.3.

Abſens ad tuenda ſui capituli iura lucratur diſtributiones, ẽt ſi accederet ad locũ valdè diſtant, aut ſtipendiũ à Capitulo accipiat, author ibid.§.3. nu.5. cõtra Couar. caſ.3.c.13.nu.8.

Abſens ad tuenda beneficij iura lucratur diſtributiones, idem autho nu. 2. ſecus eſſet ſi tueretur ius ſuum cõtra alterum, idem ius prætendentem, Nau. conſ. 24. de cler. non reſid. idem author nu. 3. & abſens cauſa tuendi iura beneficij lucratur diſtributiones, quãuis procuratorem mittere potuiſſet, idem author d.n.3.

Abſens ad celebrandum in ſua eccleſia tempore diuinorum non percipit diſtributiones, Gonz.ſuper reg.8. Cancell.§. 3 proem, nu.181. Eman.Sà in in verb.beneficium, etiam ſi celebret ex deuotione, vel cũ mercede, vel tanquam capellanus titularis, vel de conſenſu ſuperioris inferioris Sũmo Pontifice, idem author loc.cit. §.4.nu.1.& 2.

Abſens cauſa ſtudij non lucratur diſtributiones, ſed tantum fructus, ex declaratione ſacr.Cõgregat.ſeſſ.21.c.1.Garſ.de benef.c.2.num.112. & alij apud authorem loc.cit.§.9. num.1. niſi haberet ſpeciale priuilegium, Garſ.loc.cit.nu.113 & 115.idem author nu,2.vel cõſuetudo eſſet in contrarium, Couar.3.var.c.13.nu.15.Gratian.diſcep.foren.c.166.lib.1. idem

idem author nu. 3.

Abſens ex cauſa ſtudij vſque ad quinquennium de neceſſitate non tenetur licentiam ab epiſcopo habere, Garſ. 3. p. c. 2. nu. 108. idem author nu. 5. & nõ tenetur alium in ſui locum ſubſtituere niſi beneficium annexam habeat curam animarum, iuriſdictionem, vel aliud, quod per alium adimpleri poſſit, Panorm. in cap. fraternitatis de cler. nõ reſid. Cou. loc. cit. num. 2. & author nu. 11.

Abſẽs ex priuilegio conceſſo ab inferiore, Summo Pontifice, quando lucretur diſtributiones, vide ſupra, & infra verb. priuilegium.

Abſens ex ſtatuto, vel conſtitutione epiſcopi. aut alterius sũmo Pontifice inferioris, non percipit diſtributiones, Rota Rom. in vna Gerũden. diſtrib. Lunæ 26. Februar. 1624. corã Sanctiſſ. Greg. XV. Gratia diſcept. for. lib. 1. c. 166. author ibid. diſp. 2. q. 5. pun. 5. nu. 1. 2. & 3. ſect. 4. tom. 1.

Abſens ex cauſa conſuetudinis an percipiat diſtributiones, vide ſupra, & infra verb. conſuetudine.

ABSOLVTIO.

Abſoluens pęnitẽtem in articulo mortis nondum facta ſatiſfactione, aut præſtita debita cautione eſt excõmunicatus, Nugnus in addit. ad 3 par. q. 8. ar. 6. du. 6. ad fi. author de ſacr. d. 5. q. 7. p. 5. §. 2. n. 15. to. 1.

Abſoluens pęnitentem à cenſuris quem abſoluere non poterat ob defectum iuriſdictionis debet abſentem abſoluere, obtenta facultate abſoluendi, Suarez diſp. 32. ſect. 6. num. 3. Nauar. c. 26. n. 14. author ibid. d. 5. q. 7. p. 6. nu. 1. 2. & 3.

Abſoluens pęnitentem malè à peccatis, non poteſt pęnitentem iterum abſoluere non ſolum à peccatis non reſeruatis verum neque à reſeruatis, ita Reginal lib. 8. n. 30. Suar. diſp. 32. licet quatenus teneat Vaſquez dub. 8. nu. 5. quando pęnitens putat ſe abſolutum, & confeſſarius ſemel illi inualidã impendit abſolutionem, idem author loc. cit.

Abſoluens malè pęnitentem qui iam receſſit à conſpectu confeſſarij, debet pęnitentem admonere, vel ſaltem curare, vt iterum ſibi confiteatur peccata, quæ commiſit ab vltima confeſſione ſibi facta, ſimul & curandos, vt pœnitens ſe accuſet de peccatis alias confeſſis. Suar. loc. cit. niſi cõfeſſarius nequeat admonere pœnitentem abſque graui offenſione, ſcandalo, vel graui detrimento, idẽ author loc. cit.

Abſoluens in articulo mortis tenetur petere cautionem à pęnitentem-

nitente de ſe præſentando coram ſuperiore ſublato impedimẽto cap.eos de ſent.excõ. in 6.Auth. de cẽſur.d.1.q.3. p. 3.nu.11.tom.j.

Abſoluens à reſeruatis in mortis articulo non tenetur imponere onus ſe præſentandi coram ſuperiore, dummodo caſibus reſeruatis non ſit annexa aliqua excommunica, Suar. de pœnit.diſt.30.ſect.3. nu.6. Henriq.lib.6.c.15.nu.3.Auth. ib.num.19.

Abſoluens à cenſuris non tenetur exprimere cauſam cenſuræ, niſi pœnitens eſſet innodatus pluribus cenſuris,& ſuperior intenderet vnam tantum per aſolutionem auferre, tunc enim cenſuræ cauſa eſt exprimenda, Suar.d.1.q.3. p.1. n.1. ſect.3. tom.1. Auth.ibid. p.5. nu.7.

Abſoluens promittentem antequam reſtituat, tenetur ad reſtitutionem, Clauis Regia lib. 10.tract.5.c.4.contrarium tenet auth. de reſt.d.1.q.6. par. vnic.tom.2.

Abſoluere poteſt à cenſuris reſeruatis latis per ſententiam generalem, vel particularem, ille qui eam tulit, vel eius ſuperior, vel ſucceſſor, vt per omnes DD. in cap. per tuas, & cap. ſacro de ſent.excommu. Auth.de cenſur. d.1. q.3.p.1. nu.1.tom.1.

Abſoluere à cenſuris ab homine latis, quando moritur, excommunicatur, vel ſuſpẽditur ſuperior, poteſt is, qui ſuccedit in locum mortui, vel excommunicati, ſeu ſuſpenſi, c.j. de obed.in 6.Auth.ib.nu.2.

Abſoluere poteſt ſuperior à cenſuris latis à ſuo inferiore, Suarez d.7.ſect.2.nu.2. Auila 2.p. c.7.d.1.dub.11. Couar.in cap. mater 1.p.§.12.nu.3. Author ib.nu.3.

Abſoluere poteſt ſummus pęnitentiarius a caſibus Pontificij mortuo Pontifice, clem. ne Roman.de elect.Auth.ib.n.4.

Abſoluere à cenſuris non reſeruatis poteſt quicumq; habens poteſtatem abſoluendi à mortalibus, Nauar.c.27.num.44. Sair.lib.5.c.15.num.22.Auth. num.5.

Abſoluere poteſt à cenſuris reſeruatis qui obtinuit facultatem generalem a ſummo Pontifice abſoluendi ab omnibus cenſuris, Azor p.1.lib.8.c.10. quæſt.12.Eman.Sà verb.abſolutio in fi.Auth.ib.num.11.

Abſoluere non poteſt à caſibus Bullæ cœnæ, qui facultatem generalem obtinuit, Garſ.de benef.p.11.c.10.num.109.qui plures refert. Auth. ib.nu. 12.

Abſoluere nõn poteſt ab excommunicatione ob hęreſim contracta, qui facultatem generalem obtinuit, abſoluẽdi etiam

a caſibus in Bulla cęnę, Eman. Sà verb. abſolutio nu. 5. Vaſq. in tract. de excom. dub. 19. nu. 5. auth. ib. nu. 13.

Abſoluere poteſt à cenſuris qui habet facultatem à Papa abſoluendi a caſibus reſeruatis, obtinēs verò ab epiſcopo poteſtatem abſoluendi a caſibus reſeruatis non poteſt abſoluere à cenſuris; nam caſus, & cēſuræ apud epiſcopum ſunt res diſtinctæ, & diuerſę, & à diuerſis non fit illatio, Nauar. c. 27. nu. 261. Clauis Reg. lib. 5. c. 1 nu. 5. auth. ib. n. 14.

Abſoluere poteſt epiſcopus in foro conſcientiæ, à cenſuris Papę reſeruatis, quādo delictū non fuit deductum ad forum contentioſum, vel reus non fuit de eo conuictus, ſed potius ſe purgauit, Molin. tract. diſp. 9. Sanch. lib. 8. de matr. d. 34. num. 55. auth. ib. p. 2. nu. 1. & 2.

Abſoluere poteſt epiſcopus à cenſuris Papæ reſeruatis, quādo reus non poteſt Romam adire, Nauar. c. 27. nu. 90. Henriq. lib. 6. c. 9. nu. 7. licet auth. exiſtimet teneri mittere ſaltē epiſtolā ſi commodè poteſt ꝓ abſolutione obtinenda. ibid. nu. 4.

Abſoluere non poteſt epiſcopus ſuum ſubditum quando incurrit cenſuram in alia diœceſi; poteſt verò quando ſubditus ſe tranſtulit ibi animo nō manendi maiori parte anni, nam ſicut non ligatur legibus illius loci, ergo nec ligatur cenſuris quæ imponuntur ob tranſgreſſionem legum, Suar. to. 5. diſp. 7. ſect. 2. nu. 27. Reginal. lib. 9. nu. 42. auth. ib. num. 6.

Abſoluere non poteſt Archiepiſcopus ſubditos ſuffraganeorum à cenſuris latis à ſuffraganeis, vel à Sede Apoſtolica exceptis quibuſdam caſibus: Primo, quando fuit facta appellatio ad Archiepiſcopū, & cognitum fuit de appellatione vocatis partibus, Suar. tom. 5. diſp. 7. ſect. 2. nu. 32. Secundò, quando epiſcopus ſuffraganeus malitioſè, aut negligenter differt abſolutionem. Tertiò, quando viſitat diœceſim, Conar. cap. alma mater p. 1. §. 2. Auila p. 2. c. 7. diſp. 1. auth. ib. nu. 7.

Abſoluere poteſt iudex à cenſuris, quas tulit cōtra eum, qui à ſe appellauit, Suar. loc. cit. ſect. 2. nu. 32. auth. ib. p. 5. n. 8.

Abſoluere non poteſt laicus, vel etiam clericus, qui non eſt ſacerdos a cenſuris in articulo mortis, plures apud Suar. diſp. 7. ſect. 7. num. 3. Sanch. in ſum. lib. 2. c. 13. nu. 13. hinc neque Diaconus, qui non excommunicauit, vel qui non habet ſpecialem aliquam facultatem abſoluendi poteſt in articulo

mo-

mortis abſoluere, Suar. to.5. diſp.7.ſect.7. nu.6. & Sanchez loc.cit. auth. ib. p.3. num. 1. & 2.

Abſoluere à cenſuris in articulo mortis, poteſt quilibet ſacerdos, quamuis degradatus, vel excommunicatus, vel irregularis, etiã hæreticus, quando non patet aditum ad ſuperiorem, ita colligitur ex Concil. Trid.ſeſſ.14.c.7. quamuis ſint aliqui dicentes, non obſtante præſentia ſuperioris poſſe abſolucionem impendi in articulo mortis, Eman.Sà verb.abſolutio nu.3. Sed contrarium eſt verius, Sanch.loc.cit.nu.7.niſi pęnitens poſſet recurrere ad Superiorem per confeſſarium vel per literas, licet nõ poſſet per ſe ipſum, Zambran.de caſ. artic.mort.c.4.dub.4.num.15 contra Sanch. & Hẽriq. auth. ib.nu. 3.

Abſoluere poteſt ſacerdos quando dubitatur, an pœnitens in articulo mortis, exiſtens poſſit ſuperuiuere donec obtineatur facultas a Superiore, Henriq.lib.6.c.11.num.3.Sanch.in ſumm. lib.2. cap.13. num.8. Auth.ibid.nu.6.

Abſoluere debet approbatus ſacerdos, non autem non approbatus, quando ſimul eſt ſacerdos ſimplex, & alius approbatus, ſiue approbatus habeat facultatem abſoluendi a reſeruatis, ſiue non, etiam ſi approbatus fuerit in alia diœceſi, Suarez de pęnit. d.26. ſect.4. num.6. auth.ib.nu.6.

Abſoluere poteſt ſimplex ſacerdos ab omnibus cenſuris in articulo mortis, non autem ab irregularitate, aut ſuſpenſione ab ordine, officio, vel beneficio, Sanch.in ſum.lib.12. c.13. num.12. auth.ib.nu.8. & 9.

Abſoluere non poteſt quis ſe ipſum à cenſura. auth. ib.par.4. nu.4.

Abſoluere poteſt à cenſuris extra confeſſionem qui habet facultatem abſoluendi in foro conſcientiæ, Sanch. lib.8.de matr.diſt.34. num.2. Auila de cenſ.p.1.c.7.d.3.dub.13.auth. ib.p.6.num.8.

Abſoluere poteſt extra confeſſionem, qui habet facultatem abſoluendi in foro pœnitentiæ. Quoties abſolutio cadit ſuper materiam ad quam per ſe non requiritur abſolutio ſacramentalis. auth.ib.num.eo.

Abſoluere poteſt ab excommunicatione contracta ob duellum, Papa, Epiſcopus, & Religioſus, iuxta priuilegium, Sanchez de matr.lib.3.diſp.26.nu. 7.lib.8.diſt.35 nu.17. Henriq. lib.7.c.26.num.3.auth.ib.d.2. q 6.p.2 num.15

Abſoluere poteſt quilibet confeſſarius ab excommunicatione contracta ab eo, qui fœminam

nam cogit, vel retrahit à religione, quia hæc cenſura nō eſt reſeruata, & pōt iure communi per quēlibet confeſſarium auferri. auth.ib.p.3.n.4.

Abſoluere, quis non poteſt à cēſuris ob inobedientiā contra monitoria, niſi facultatem abſoluendi obtinuerit ab eo, qui tulit monitorium. auth.ib. p.1.nu.40.

Abſoluere ab excommunicatione minori lata a iure, poteſt tantummodo proprius ſacerdos, cap. nuper de ſentent. excom. & proprius ſacerdos dicitur Summus Pontifex per totum orbem, Epiſcopus in ſua diœceſi, & Parochus in Parochia, Suar.ſect.4.Filiucius c.7.quęſ.2.auth.d.2.q.3.num. 11.ib,

Abſoluere ab excommunicatione incurſa ꝓpter clerici percuſſionem, poteſt regulariter ſummus Pontifex, cap.ſi quis ſuadente diabolo 2.q.4. auth. ib.d.2.q.4 p.5.nu.1.

Abſoluere ab excommunicatione ob hæreſim cōtracta ſolus pōt ſummus Pont. vt ex verbis Bullæ cœnæ, & conſequenter nulli epiſcopo competit huiuſmodi abſolutio, auth. d.2 q.5.p.2.num.11.

Abſoluere quilibet ſacerdos poteſt à venialibus, & à mortalibus alias confeſſis, Vaſq.dub. 6.num.5. Viuald.de abſol. nu. 18. Auth. de ſacr. d.5.q.7.p.1. nu.8.ib.

Abſoluere quilibet ſacerdos pōt à mortalibus in articulo mortis, Vaſq.loc.cit. dub.3. nu.4. Reginal.lib.1.n.56.Sair.de pœnit.c.24.nu.3. Auth.ib.nu.9.

Abſoluere non poteſt à reſeruatis, qui pōt adminiſtrare omnia ſacramenta, Suar.diſp.27. ſect.4 num.4. Reginal. lib. 1. nu.72.auth.ib.ib.p.4.§.1.nu.3.

Abſoluere à caſibus reſeruatis ille poteſt, qui habet facultatē delegatam abſoluendi à reſeruatis à ſuperiore, Auth. ib.p. 5.§.2. num.8. ita communiter DD.

Abſoluere poteſt ſacerdos habens poteſtatem abſoluendi à mortalibus Capellanum celebraturum, neceſſario habentē caſus reſeruatos; indirectè tamen à reſeruatis, directè verò à non reſeruatis cum onere adeundi ſuperiorem. auth.ib. p.5.§.3.nu.6.

Abſoluendus ex neceſſitate, tenetur omnia peccata etiam reſeruata confiteri, Suar.diſp.?. num.8. Henriq. lib.6. cap.15. num.5. Auth ib.num.eod. & num.9.

Abſolui poteſt, qui coram alijs dedit ſigna doloris, Henriq. lib.6.c.10.nu.9. Nauar.c.26. num.27. & hæc eſt communis opinio, vltra declarationem Sacr. Congrega. Auth. ibid. d.5.

d.ſ q.ſ.p.2.§.4.num.10.

Abſolui poteſt quis prius ab excommunicatione, quam à peccatis, Valentia tom.4. q.11. pun.3.Auth.ib.p.3.nu.5.

Abſolui poteſt ſubditus extra dioeceſim, Sot.in 4. d.8. ar.3. verſ.aliud dubium, Suar.diſp. 25.ſect.1.nu.17. Auth.ib.d.5. q.7.p.2.nu.10.

Abſolui poteſt extraneus à reſeruatis ab epiſcopo proprij domicilij, modo non ſint reſeruati in loco, in quo reperitur, Naua.c.27. nu.261. Suar.diſp. 30.ſect.1.n.40.Auth. ib.p.5.§. 2.nu.9.

Abſolui non poteſt peregrinus à ſimplici ſacerdoti, habens caſum reſeruatũ in loco vbi cõfitetur, ſed non reſeruatũ Epiſcopo proprij domicilij, Suar. loc.cit. Auth.ib.num.11.

Abſolui quis poteſt à caſibus Papæ reſeruatis ab habẽte facultatem à Papa abſoluendi a reſeruatis, vide Suar.Auth.ib.

Abſolui poteſt à reſeruatis qui peccauit poſt conceſsionem iubilei, Nauar.conſ.43. nu.2. de ſent.excom.Graff.c.15.nu. 44.Auth.ib.nu.16.

Abſolui debet pœnitens tacens caſum reſeruatum. Suar. diſp.52.ſect.3. num.9. quia confeſſarius, per ſe loquendo debet abſolutionẽ impendere quoties ipſi non certò cõſtat pœnitentem mentiri, ſi verò cõfeſſarius omninò certus ſit pœnitentem mentiri circa caſum reſeruatum, aut etiam in alio peccato mortali, ſeu in re graui, non poteſt illum abſoluere. Auth.ib. nu.21.

Abſolui non poteſt mentiens in confeſſione, Doct. ſupra citati. Auth.ib.nu.22.

Abſolui non põt pœnitens à non reſeruatis a ſimplici ſacerdote, & mitti pro reſeruatis ad ſuperiorem, Suar.diſp.31.ſect. 2.Henriq.lib.1.nu.70.& lib.8. nu.80. contra Nauar. & Caietan.Auth.ib.§.3.nu.1.& 5.

Abſolui poteſt poſt mortem ille qui mortuus eſt in excommunicatione, Couar.1.relect. §.11.num.8. Valen.tom.4.d.7. pun.17.Auth.de cenſ.d.1.q.1. p.4.nu.1.

Abſolui põt qs à cenſura lata in vno loco, ſi ſe trãsferat ad aliũ locum, dummodo cenſura nõ ſit reſeruata, niſi obſtaret cõſuetudo, vel aliqua lex particularis illius dioeceſis, Garſ. de benef.c.10. num.130. contra Vgol.Auth.ib.d.1.q.3.n.6.p.j.

Abſolui poteſt a ſuperiore illius religionis excommunicatus ingrediens religionem, Sotus d.22. q.2.ar.3.concl.2.Suar.d. 7.ſect.2.nu.26. Auth.ib.nu.7.

Abſolui poteſt a cenſuris infirmus qui non potuit petere abſolutionem cẽſurarum, Nauar.c.27.nu.271.Suar. diſp.7. nu.7.

num.7.Auth.ib.p.3.num.10.

Abſolui poteſt a cenſura inuitus poſitiuè, aut ignarus ſublata contumacia, propter quam ligabatur cenſura, Suar.loc.cit. num.5. Vaſq.dub.18.num.14. Auth ib.p.5.nu.3.

Abſolui poteſt abſens localiter à cenſuris, Suar.loc.cit. Nau. c. 26.nu.18. Auth.ib.nu.4.

Abſolui nõ poteſt a confeſſario approbato ab Ordinario alterius diœceſis, qui habet facultatem eligendi confeſſarium approbatum ab Ordinario, vt declarat Sacr. Congreg. teſte Quaran.in ſum.Bul.verb.confeſſor num.197. Auth. ib.p.6. nu.12.

Abſolui poteſt a reſeruatis, vel a cenſuris celebraturus ad curandam infamiam, vel ſcandalum, Medina de confeſſ.q.22. Suar.diſp.31.nu.8. Auth.de ſacr.d.5.q.7.p.7.§.3.n.8. tom. eod.

Abſolutio a cenſuris non eſt ſacramentalis. Auth.ib.d.5.q.2. p.1.n.2.

Abſolutio a peccatis collata ab eo qui poteſtatem conſecrandi ſolum habet, non eſt valida, Henriq.lib.10.c.6.nu.3.Auth. ib.d.5.q.2.p.4.n.5.

Abſolutio non poteſt conferri abſenti, Eman.Sà verb.abſolutio num. 10. Tolet. lib. 3. cap.6. Auth. ib.d.5.q.4. p.6. num.4.

Abſolutio non poteſt conferri in ſcriptis Pitignanus 2.p. d. 17. quæſ.vnic.ar.8.concl.2.verum ſi pœnitens mitteret peccata in ſcriptis, cõfeſſori, q poſtea præſentialiter eum abſolueret, abſolutio eſſet valida, vt ait idem Patign. Auth.ib. q.4. p.6.n.1.

Abſolutio collata a ſacerdote ficto, vel nondum baptizato, eſt inualida. Auth. ib.d.5.q.5. p.3.nu.9.

Abſolutio collata ſine debita forma eſt inualida, Valentia to.4 q.11.p.3.in fi. Auth. ib. nu.13.

Abſolutio collata a ſacerdote indocto eſt valida ſi fuerit recepta a pœnitente bona fide, Sylu. verb.confeſsio nu.3. Zerola in prax.c.21.q.3.ib.num. 14.

Abſolutio eſt impartienda poſtquam pœnitens in confeſsione ſua peccata manifeſtauit, niſi prudentia, vel ratio proprij officij aliter dictauerit, Sot. d.18 q.2.ar.5. Suar. diſp.32. ſect.2. nu.3.auth.d.5.q.7.p.4. n.18.

Abſolutio ab omnibus cenſuris non extenditur ad caſus in Bulla cœnæ, ex declaratione Sac.Congr. apud Quaran.ver. caſus reſeruatus. auth.vbi ſupra de cenſur. & hic de ſacr. d.5.q.7.p.5.nu.14.

Abſolutio dari poteſt a cenſuris ſimul, & a peccatis, Soto d.14.q.1.ar.3. Nauar. de pœni. d.1.

d.1.c.1.auth.ib.q.4. p.1.n.10.

Abſolutio a peccatis obtenta in articulo mortis differt ab abſolutione a cenſuris; hinc facultate abſoluendi in articulo mortis conceſſa cuilibet ſacerdoti, pœnitens abſolutus; licet in huiuſmodi caſu, nõ teneatur lapſo periculo iterum peccata, quamuis reſeruata confiteri. Tamen ſecus eſt de peccatis habẽtibus annexam cenſuram, cap. eos de ſenten. excommonic. auth. ib. q.7.p.1. num.13.

Abſolutio validè confertur a ſacerdote excommunicato vitando in eo loco in quo ignoratur an ſit excommunicatus, Sanch. lib.3.d.22.nu.46. Reginald. lib.1.nu.117. auth. ib. de magn. matr. ſacr. q.2.p.8. nu. 31.

Abſolutio validè cõfertur ab eò ſacerdote cui epiſcopus fictè conceſſit facultatem abſoluẽdi, Sanch. loc. cit. Guttier. c 62. nu.26. contra Ceuall. auth. ib. nu.33

Abſolutio non validè confertur ab eo ſacerdote, qui habuit facultatem abſoluẽdi per annũ, ſed anno elapſo adhuc abſoluit, & cum errore loci, & titulo colorato, Maſcar. cõcl. 138. num. 5. tom.2. qui refert plures. auth. ib. nu.29.

Abſolutio validè confertur ab eo ſacerdote, qui communiter habetur pro vero Parocho, ſed collatio beneficij fuit inualida ob aliquod occultum impedimentum, vt communiter DD. auth. ib. nu.28.

Abſolutio non poteſt dari pœnitenti antequam dimittat concubinam domi retentã, Graff. lib.1.deciſ.c.28.nu.28. num.13 Lopez 1.par. c.78. vbi ſi verò raró, vel ter, vel quater in anno peccauit repẽtina libidine correptus, ſed modo ſperat ſore, vt non amplius relabatur abſolui poteſt. auth. ib. q.4.p. 14. nu.11.& 12.

Abſolutio poteſt dari filiofamil. qui de domo patris non expellit fœminam, cum qua raró peccare ſolet, Graff. loc. cit. auth. ib. n.13.

Abſolutio non eſt denegãda adoleſcenti qui ex carnis fragilitate in mollitiem ſæpius incidit, Henriq. lib.4.c.24.nu.4. auth. ib. nu.14.

Abſolutio non eſt deneganda ei, qui ſe accuſat de fraudibus commiſſis in arte, quam non poteſt ſine damno notabili deſerere, Hẽriq. loc. cit. Rodr. c.49.& Graff. loc. cit. auth. ib. nu 15.

Abſolutio eſt conferenda illi qui modo cum vna, & modo cum alia fornicatur, dummodo deliberauerit in poſterum non peccare, & modo nullam domi, vel alibi retineat, DD. loc. cit.

num.12.auth.ib.nu.16.

Abſolutio data in articulo mortis eſt valida quando confeſſarius ex obliuione non iniungit onus ſe præſentandi ſuperiori, Vaſq.dub.18.nu.4.Henriquez lib.6.c.10.nu.j.auth.ib. de cenſu.d.1.q.3.p.3.n.14.

Abſolutio ad reincidentiam dicitur illa qua poſita, iterum incidítur in cenſuram, Sair.lib. 2.c.16.num.9.Nauar.c.27.nu. 113.auth.ib.n.17.

Abſolutio cenſurarum nõ debet dari per verba determinata, ſed ſufficiunt quæcumq. verba ore prolata, vel in ſcriptis expreſſa, Couar.cap.alma mater §.11.nu.6.& 7.Suar.diſp.7 Suar.diſp.7.ſect.9.nu.7. auth. ib.p.5.num.1.

Abſolutio cenſurarum data per hæc verba [ego te abſoluo] ab omnibus cenſuris, & peccatis, valet.auth.ib.nu.2.

Abſolutio cenſurarum non poteſt dari per ſigna, niſi à Summo Pontifice, Sanch.de matr. lib.8.q.4 num.14. Suar.diſt.7. ſect.9.nu.13. auth.ib.nu.5.

Abſolutio poteſt dari ab vna cẽſura remanente alia, Suar. lib. c.12.nu.13.idem d.7.ſect.9. n. 4.& 6. auth.ib.p.6.nu.1.

Abſolutio cenſurarum poteſt dari extra confeſſionem, quamuis non abſoluat à peccatis, Sanch.lib.8.de matrim.diſ 34. n.2.Auila de cenſ.p.1.c.7.dub. 13.auth.ib.nu.7.

Abſolutio cenſurarum poteſt dari ſub conditione de futuro, Couar.cap.alma mater p.1.§. xj.Sair.lib.2.c.16.auth.ib.p.7. nu.1.

Abſolutio cenſurarum poteſt dari ad cautelam, Sair.lib.2.c.17. auth.ib.nu.2.

Abſolutio cẽſurarum non debet extorqueri per dolum, vel per errorem, Sanch.in ſum.lib.2. c.12.n. 8. Suar.diſ.7.ſect.6.nu. 12.auth.ib.p.8.nu.1.

Abſolutio cenſurarum extorqueri non poteſt per vim, vel metum cadẽtem inconſtantẽ virum, Suar.loc.cit.nu.13. Nau. c.22.nu.125. auth. ib.nu.4.

Abſolutio cenſurarũ data abſq; ſatisfactione partis eſt valida, tamen peccat abſoluens, Auila 2.p.c.9.diſ.3.dub.5.concl.5 Henriq.lib.13.c.28. n.2. auth. ib.p.9.num.1.

Abſolutio cenſurarum non eſt iteranda, quando delictũ, defertur ad forum contentioſũ, Auth.ib.p.10.nu.3.

Abſolutio obtenta a ſacerdote affecto cenſura, vel irregulari vitando eſt valida, ſi ego neſciebam eſſe vitandum, vide ſupra.

Abſolutio minoris excommunicationis, ſub qua forma ſit dãda. Reſpondetur, ſufficere verba exprimẽtia abſolutionem, non verò eſſe neceſſarias cere mo-

monias, quæ adhibentur in abſolutione aliarum, & ideo non eſt neceſſè pœnitentem præmittere cautionem iuratoriam, Suar.diſp.24. ſect.4. & alios.auth.ib.de cenſur.d.2.q. 3.p.1.nu.16.

Abſolutio cenſurarum eſt materia ſimoniæ, Suar.lib.4.cap.19 nu.8.& alij.auth. ib. de tract. var.q.4.§.16.nu.2.

Abſolutio ſuſpenſionis contra ordinantes ſimoniacè obtineri debet a Summo Pontifice, auth.ib.q.7.p.1.nu.5.

Abſolutio collata pœnitenti ante actualem reſtitutionem ſibi donatorum a religioſo non valet, Caeta.Suar.& alij relati per auth.ib.d.3.p.4. num. 3. niſi pœnitens non poſſet moraliter ſatisfacere abſque graui damno, l.ſi ſtipul.ff.de verb. obli. idem auth.ib.num. eod.

Abſolutio hæretici quoad cenſuram, qui ſe conuerſum finxit, inualida eſt, Suar.de cenſ.to.5. diſp.7.ſect.7 num.12. Sair.de cenſ lib.2. cap.21. num.26.& 27.auth. de legib.d.1.q.1.p.4. nu.11.tom.2.

Abſolutio non poteſt impendi illi qui contra Principis ædictum transfert triticum extra territorium, Reginal. l.15.nu 41. & auth.ib.de reſtit.d.1.q. 1.p.1.nu.7.

Abſolutio non pôt impendi pœnitenti, qui non habet propoſitum reſtituendi, communiter DD. relati per auth ib.q. 6.p.1.nu.14.

Abſolutio dari non debet illi qui vult reſtitutionem differre vſque ad mortem, aut illam imponere hæredibus, Nauar. lib.4.c.4.dub.1.num.72. Clau. Reg.lib.10.tract.c.4.num.30. auth.ib. n.15.

Abſolutio non eſt danda ei qui nullo modo velit reſtituere Caiet.in ſum.verb.reſt. cap.6. Nau. lib.4. num.79. auth.ib. nu.17.

Abſolutio non eſt danda ei, qui non vult reſtituere niſi per partes, Molin.diſp.756. Clau. Reg.loc.cit.auth.ib.nu.16.

Abſolutio non eſt danda ei, qui promiſit reſtituere ſæpius, ſed non reſtituit, Caiet.loc.cit.c.6 Nauar.lib.4.c.4.num.79.alias tenetur abſoluens ad reſtitutionem, Medi.lib.1.inſtructs confeſſ.c.14.§.33.ſed hæc opinio non placet auth.ib.nu. 18 & 19.

Abſolutio eſt impendenda pœnitenti qui reſtituendi præceptum non acceptat excuſando ſe facturum, quod tenetur intendenti conſulere peritiores, aut ſcienti, ſaltem cum probabili opinione ſe nõ teneri. Silueſt.ver.reſtitutio q.6. Clau.Reg.loc.cit.nu.25.auth. ib.num.20.

Abſolutio non eſt deneganda fæminæ nolenti ſuum adulteriũ manifeſtare ad impediendum damnum ſuorum filiorum legitimorum ſi ea manifeſtatione periculum incurrat vitæ, vel famæ. Cap. officij de pęnit. & remiſſ. auth. tom. 2. de reſt. & contract. d. 1. quæſ. vlt. p. 1. nu. 4.

Abſolutio non eſt deneganda ei, q nõ vult alloqui, vel ſalutare alterum ceſſante ſcandalo, vel odio. auth. ib. d. 2. q. 5. p. 1. n. 4.

Abſolutio non eſt impẽdẽda ei, qui ob inimicitiam nihil in teſtamento reliquit conſanguineis. auth. ib. d. 3. q. vlt. p. 3. nu. 13. vbi idem auth. diſtinguit inter conſanguineos in linea directa aſcendentium, & deſcendentium, & inter collaterales, nam non poteſt priuare illos hæreditate, ſi verò eos non habet, non tenetur inſtituere collaterales. Eman. Sà verb. hæreditas nu. 2. & alij.

Abſolutionem vnius cenſuræ petens non remanet abſolutus ab omnibus, quando ſuperior generalem abſolutionẽ cõcedit, plures refert. auth. t. 1. de cenſur. d. 1. q. 3. p. 6. nu. 2.

Abſolutionem obtinens virtute iubilei, nõ remanet abſolutus ſi iubileum non conſequatur, niſi acceſſerit ad confeſſarium cum propoſito præſtandi cætera requiſita ad conſequendum iubileum. auth. ib. n. 13.

Abſolutioni cenſuræ præcedere debet petitio ipſius abſoluendi non ex neceſſitate, ſed de congruitate. Secundò, quando cenſura eſt contracta cum alterius detrimento nõ eſt impendẽda abſolutio ante p̃ſtitam ſatisfactionem, vel cautionem de ea præſtanda. Tertiò, in abſolutione excommunicationis contractæ ob percuſſionẽ clerici eſt extorquendum iuramentum à delinquẽte ſe nõ amplius patraturum tale delictum. Quartò, in abſolutione impendenda in foro externo ſeruandæ ſunt cęremoniæ præſcriptæ in capitulo à nobis de ſent. exco. auth. ib. p. 11. per tot.

Abſolutus à reſeruatis non tenetur illa repetere, ſi cætera nõ reſeruata diuerſo confeſſori confiteatur. Suar. diſp. 31. ſect. nu. 10. Zerol. in prax. de pęnit. c. 13 q. 15. auth. ib. de ſacram. d. 5. q. 7. §. p. 1. §. 3. n. 4

Abſolutus tempore iubilei non eſt abſolutus à reſeruatis oblitis. Suar. diſp. 31. ſex. 4. ſi confeſſarius intentionem non habuit abſoluendi à reſeruatis. auth. ib. §. 5. n. 3.

Abſolutus tempore iubilei cuilibet poteſt cõfiteri peccatum oblitum reſeruatum, dummodo obliuio fuerit inculpabilis, & confeſſio valida. Suar. diſp.

31.

31.ſect.4.auth.ib.n.8.

Abſolutus non remanet à reſeruatis, qui inualidè confitetur, ſi loquamur de peccatis confeſſis ſacerdoti habenti facultatem abſoluendi à reſeruatis virtute iubilei. Suar. diſp.31. ſex.4.nu.22.Reginal.lib.8.nu. 63.auth.ib.n.8.

Abſolutus tenetur ſe præſentare ſuperiori quando ſatisfecit parti leſæ. Suar.de pęnit.diſp. 3.ſect.2.num.6. Couarru.cap. cap.alma mater 1.par. nu.13. contra Nauar.c.20.n.6. auth. ibid.de cenſur. d.1. q.3. p.3. n.12.

Abſolutus debet eſſe ſubditus abſoluentis. auth. ib.p.4.n.1.

Abſolutus ab habente priuilegium non tenetur ſe pſentare ſuperiori. Suar.de pęnit.diſp. 30.ſect.1.nu.6.Auil.2.par.c.7. diſp. 3. verſ. quarto maximè nota.Reginal.lib 3.n.62.auth. ib.p.3.n.15.

Abſolutus ad reincidentiam vitandus eſt,poſtquam neglexit ſe præſentare. auth.ib.nu.18.

Abſolutus remanet ab omnibus cenſuris, qui obtinet generalem abſolutionem,ſed ex obliuione aliquam cenſuram retinet. Sanch.in ſum. lib.2.nu.9. Reginal.lib.9.nu.6. Filiuc.c.9. quęſi.6.num.289.auth.ib.p.6. nu. 3.

Abſolutus à cenſuris quarum aliquas omiſit,poteſt à quolibet ſacerdote abſolui.Ita commu niter DD. & per auth.ib.n.5. Ex hac ratione tenetur pecca ta confiteri, non autem cenſuras,quia confeſſio pæccatorum integrè facienda, eſt de iure diuino, & ad ſatisfaciēdū Deum, non vero iure diuino ſancitum eſt,vt cenſuræ manifeſtentur in confeſſione, ſed tantum manifeſtandæ ſunt in quantum opus eſt,vt auferan tur.idem auth.ib.n.6.

Abſolutus virtute iubilei nō pec cat non præſtando cætera requiſita ad iubileum. auth.ib. nu.14.remittens ſe ad ea quæ dixit de pęnit. q. vlt. prop. 2. quæſit.

Abſolutus à cenſuris in articulo mortis in foro pęnitentiæ po teſt ſepelliri in loco ſacro, Vgolin. tab. 2. de cēſur.c.9. qui verò in mortis articulo dedit ſigna contritionis, ſed nondū obtinuit abſolutionem excōmunicationis non eſt ſepeliendus in loco ſacro, donec abſoluatur, adhuc enim effectibus excommunicationis afficitur. si verò iam fuit ſepultus non videtur exumendus; ſed quamprimum obtinenda eſt abſolutio à legitimo ſuperiore, vt fiat dignus Eccleſiaſtica ſepultura,vt illius oſſa non proijciantur,vt ait Vgol. loc.cit.auth.ib.d.2.q.2.p.3.§. 3.n.7.

ABSTEMIVS.

Abſtemius, qui fit ſuſcepto ſacerdotio, ita vt non poſſit deguſtare vinum, poteſt vti ſacerdotio excepta celebratione, qui verò ante ſacerdotij ſuſceptionē eſt abſtemius, eo quod vinum nō bibat, vel illud euomat, vel alio modo patiatur vomitum, non poteſt ad ſacerdotium admitti. Maiol.c.25.Reginal.lib.36.n.58. auth. ib.d.7.q 2.p.2.n.26.

Abſtemius diſpenſari nō poteſt à ſummo Pontifice quoad ſacerdotium, ſecus quoad reliquos ordines. Nauàr.c.27.nu. 104.Sair.c.9.n.15.Tol.lib.1.c. 25. auth.ib.nu.27.

ACCESSVS.

Accedens ad vxorem abſq. fine honeſto, ſed ſolum cauſa delectationis, peccat ſed non mortaliter. Nauarr. cap.16. num.23. Sanch.lib.9.diſp.11. nu.4. Eman.Sà verb.debitum in fi. & ſi cognoſcat vxorem cogitando alterā, peccat mortaliter, pro qualitate cogitationis. Sāch.diſp.14. Reginal. lib.31.nu.333.conſ.2.auth.ib. de magn.matrim.ſacram.q.4. p.6.nu.7.

Accedens ad vxorem tempore menſtrui peccat venialiter. Sanch.loc.cit. diſp.21.num.5. Rodr.1.par.c.243. Enric.lib. 11.c.15 nu.7.auth. ib.n.9.

Accedens ad monaſteria exempta monialium, ligatur cenſura lata contra accedentes ad monaſteria monialiū, ſed non ligatur cenſura ſi fuerit emanata contra colloquentes, & ipſe colloquatur. auth.ib.de cenſur. d.19. p. 11. num. 9. Vgol.tab.1.de cenſur.c.9.n.3. num.3. Auil.par.2.c.3. diſt.2. dub.5.

Accedendi licentiam is concedit, cuius eſt licentiam ingrediendi dare. Rodriq.q.45.ar.4. Sanch.lib.7. de matrim. d.33. nu.119. auth.t.2. de clauſur. q.3.p.5.n.9.

Acceſſus ad Monaſterium monialium inducit grauem culpā niſi paruitas materiæ excuſet. Rodr.t.1.q.45.a.4. Mirand.in manua.de monial.q.4.a.1.cōtra Nauar.in manual.c.25. n. 10.auth.ib.p.3.nu.1.

Acceſſus vt dicatur frequēs requiritur binus actus, cap.3.in fi.C.de epiſcopal.audien.gloſa in cap.monaſteria de vita, & honeſ. cler. sed auth.ib. p.2. nu.4.tenet, quod frequens acceſſus dicitur quando quis bis in vna die, vel ter in tribus diebus, aut quater in vna hebdomada monaſterium adit.

Acceſsus ad Monaſteria monialium leuiorem cauſam requirit quam ingreſsus. Rodriq. t.1.q.regul.q.45.ar.4.verſ. circa cauſam. auth.ib.p.5.num. 11.

Ac-

Acceſsus ad ſtudiū prohibitū eſt ſub excommunicatione, quādo Religioſus cauſa ſtudij ꝓficiſcitur extra oppidū ſui monaſterij. Nauar. c. 23. num. 133. Suar. diſp. 23. ſect. 4. n. 33. auth. ib. q. 2. par. 6. nu. 3.

ACEDIA.

Acedia eſt triſtitia, ſeu tedium rerum ſpiritualium, quatenus ad ipſum hominem pertinent. S. Tho. 2. 2. q. 36. ar. 1. Reginal. lib 17. nu. 107. Caiet. 2. 2. q. 3. ar. 1. auth. ib. de leg. d. 1. q. 4. p. vlt. §. 3. nu. 1.

Acedia eſt peccatum mortale ſuo genere charitati oppoſitū. S. Tho. loc. ar. 3. auth. ib. nu. 2.

ACCEPTA, & ACCIPIENS.

Accepta pro faciendo opere licito, debito ex alio præcepto, quam iuſtitiæ non ſunt reſtituenda. Sot. lib. 4. q. 7. a. 1. Nauar. c. 17. n. 31. Reginal. lib. 10. nu. 179. ſecus ex opere debito ex iuſtitia. Ita Medi. de reſtit. q. 2. dub. 2. Nauarr. loc. cit. num. 13. Lop. par. 1. cap. 116. auth. 16. de reſtit. & contractibus d. 1. q. 3. p. 2. nu. 1. quæ accepta ſunt reſtituenda, tradet Vaſq. c. 7. dub. 9. nu. 7.

Accepta ꝓ abſtinēdo ab opere alias illicito non eſt reſtituendum. Quando erat abſtinendum ab eo ex alia virtute, quā iuſtitiæ. Vaſq. c. 7. dub. 5. lib. 2. c. 14. dub. 9. nu 63. auth. ib. nu. 13.

Accepta ab aliquo ne furetur, vel ne occidat ſunt reſtituenda. Vaſq. loc. cit. nu. 52. Leſſius loc. cit. nu. 67. idem Vaſq. c. 7. dub. 5. num. 9. & 71. auth. nu. 4.

Accepta pro redendo depoſito, vel pro reſtitutione rei alienæ ſunt reſtituenda, ad cuius reſtitutionē tenebatur de iuſtitia. Leſſ. loc. cit. nu. 76. Medina de reſtitut. q. 25. Vaſq. loc. cit. auth. ib. nu. 5.

Accepta à teſte, vt veritatem fateatur ſunt reſtituenda. idem Vaſq. & alij loc. cit. auth. ib. nu. 6.

Accepta à Miniſtris iuſtitiæ ſupra taxam ſunt reſtituenda. Nauar. c. 17. n. 34. Couar. in regul. pec. p. 2. §. 3. nu. 2. Reginal. lib. 10. tract. 17. auth. ib. num. 8.

Accepta pro faciendo opere ex charitate debito non ſunt reſtituenda. Rebell. lib. 10. q. 21. nu. 2. Molin. diſp. 93. conclu. 2. cōtra Nauar. c. 17. n. 34. auth. ib. n. 9.

Accepta pro homicidio patrando, vel pro alio opere illicito poſt factum poſſunt retineri ratione laboris, periculi, & pacti oneroſi ſecluſa complacentia delicti. Secus verò ante factum ratione promiſſionis pro patrando homicidio, quia non poteſt aliquid accipi, & acceptum debet reſtitui. auth.

auth.ib.p.3.nu.5.& 6.

Accepta à iudice pferenda ſententia iniuſta, vel à teſte, pro proferendo falſo teſtimonio non ſunt reſtituenda poſt factum, quamuis teneantur dãna reficere parti læſæ. ita Vaſquez c.7.dub.4. & 6. num.35. Eman. Sà verb. reſtituere n.10 auth. ib. nu.7.

Accepta à milite pro bello iniuſto non ſunt reſtituenda, ſed reſtituendum eſt damnum ſic illatum. DD. loc. cit. auth. ib. nu. 8.

Accepta ob cauſam turpem sũt reſtituenda quando lex efficit acquirentem incapacem dominij, & ideo accepta ob ſimoniam ſunt reſtituenda. Nauar. lib.4.c.2.n.9.& 132. Reginal. lib.10.nu.185. Molin. diſp.94. auth. ib. nu.9.

Accepta ob turpem cauſam ante ſequutum effectum, reſtituenda ſunt illi à quo accepta ſunt. Sanch. in ſum. lib.2.c.38. nu.96. Leſſ. dub.8.nu.61. auth. ib. nu. 11

Accepta, ſeu acquiſita illicitè à filio, vel ſeruo, vel vxore non non ſunt reſtituenda, nec patri, nec domino, nec marito. auth. ib. nu.12.

Accepta per dolum, ſimulationem, & mendacia verſantia circa cauſam finalẽm, & motiuam ſunt reſtituenda. Medina q.22. de reſtitution. Vaſq. de reſt.c.7.dub.10.n.90. Leſſ. lib.2.c.17.nu.37. ſecus circa cauſam impulſiuam. Vaſq. loco cit. num.93.& 94. Nauar. c.17.nu.17. auth. d.3.q.1. p.2. §.2. num.8.

Accepta in contractu per metũ vel preces importunas celebrato reſtituenda ſunt, quando metus eſt iniuſtus. ita Sanchez lib.4. diſt.9.nu.4. Nauar. c.17.n.30. Silue. ver. reſtitutio verſ.7. auth. ib. §.3, nu.7.

Accepta per contractum gratuitum celebratum ſine ſolemnitate requiſita à iure ſunt reſtituenda etiam ante iudicis ſententiam. Couar. regul. peccatorum p 2.§.3. num.9. Sot. 4. de iuſtitia q.5. ar.3. Menoch. lib. 1. præſump. q.80. nu. 15. ſecus in contractu oneroſo. auth. ib. p.3. n.9.

Accepta à pupillo, vel minore ſunt reſtituenda, Couar. & alij loc. cit. auth. ib. p.5. nu.7.

Accipiens à fure donante eo animo, vt accipientem alliceret ad tacendum, non tenetur ad reſtitutionem, niſi acceptũ ſit pars furti, ſi vero acceperit ex pacto ad tacendum ante patrationem furti, tenebitur, ac ſi acceptum habuit, vt permitteret, vel taceret ſequuto furto licitè retinebit. obligatus verò ad reſtitutionem exiſtet ſi in furtum aliquo modo influxerit. Molina loc. cit. nu.3.

nu.3. Rebell. loc.cit. num.64. Nauar.lib.3.c.4.nu.132.auth. ib.d.1.q.2.p.11.num.12.

ACTA ACTVS.

Acta a iudice laico contra clericum facta non tenent, Cap. ſeculares de for.comp. Clar. lib.5.§.fi.q.36.Farin.tit.de inquiſ.q.8.nu.15.auth.ib. de legib.d.10.q.2.p.1.§.1. n.6.

Acta beneficiarij criminoſi facta ante criminis declarationem valent. Reginal.lib.23.nu.252 §.4.difficultas, Suar. lib.5. de legib. c.8.num.9. auth.ib.d.1. q.1.p.7.§.2.n.12.

Acta Vicarij poſt mortem epiſcopi facta,inualida ſunt,auth. ib.q.3.p.8.§.1.nu.30.

Acta per iudicem mentecaptum non valent,quamuis communi errore credatur ſanæ mentis,Reginal.lib.31.nu.93.Sanchez lib. 3.diſt.22.auth.·b.t.1. de magn.matri.ſacr. q.2. p.8. nu 37.

Acta per eum qui obtinuit beneficium in excommunicatione ſunt inualida,ſi agatur de actibus iuriſdictionis, vel officii, leg. Barbar. ff.de off. Prætor. Suar.diſp.27.ſect.1.n.31.Auil. 2.par.c.6.diſp.6.dub.7. auth. ib. de cenſur. d. 2. q.2. p.4 .§,1.nu.7

Actum velleitatis, vel deſiderij, vel delectationis de re mala ſub conditione ſi liceret, elicere,eſt, vel non eſt peccatum, vt infra. Pro cuius difficultatis ſolutione notandũ eſt Primò, actum internum deſiderij, vel velleitatis eſſe actum inefficacem,qui bonitatem, vel malitiam ſumit à motiuo, & à ratione formali, ſub qua talis actus elicitur, ac diſtinctiones, quas habet opus externum. Secundo,notandum eſt eſſe differentiam inter hos duos modos vellem, & volo. Nam,vellẽ denotat actũ deſiderij inefficacem. Volo, eſt actus voluntatis efficax, quo quis tendit in obiectum per ordinem ad executionem quibus præmiſſis non eſt peccatum habere actum deſiderij velleitatis de re aliqua illicita ex motiuo honeſto, vel ſub conditione,qua per impoſſibile, vel poſſibile poſita, actus ille non eſſet peccatum. Excipe delectationem carnalem, & ſenſualem ſub conditione, ſi liceret à non coniugato sũptam cum hęc delectatio non ſolum ſit mala ratione motiui, propter quod elicitur, ſed ẽt ratione cauſalitatis, quam habet ad libidinem explendã. Valent.par.2. diſp.6. q.4.p.4. Vaſq.diſp.22.cap. 2. Eman Sà verb.peccatum nu.2.anth.ib. de magn.matr.ſacr.q.4. pu.8. num. 20.

Actum externum faciẽs ſine interno,incurrit cenſuram,quã-

do

do deficit actus internus, qui eſt de ſubſtantia actus externi præcepti, qualis eſt attẽtio diuini officij recitandi, vel reſpectu miſſæ audiendæ, ſecus quando actus externus poſſet ſubſiſtere abſque actu interno vnde communicans indignè in Paſchate, non incurrit excommunicationem latam, contra nõ communicãtes eo tempore, ita Suar.diſp.4.ſect. 2.num.27.Filiuc.q.3.num.116. auth.ib.de cenſur.d.1.q.1.p.3. nu.5.

Actus externus eſt explicandus in confeſſione, Henr.lib.4.c.4 nu.4.& alij DD. communiter auth.ib.de ſacrame. d.5. q.5. p.2.§.3.diffic.2.n.11.

Actus internus volũtatis eſt duplex, alter efficax,& alter inefficax; efficax dicit ordinem ad exequutionem, vnde quando quis delectatur de fornicatione, intendens illam actu committere dicitur habere actum efficacem; actus inefficax nõ dicit ordinem ad exequutionem, qualis eſt actus quo quis delectatur de copula abſque deſiderio illam committendi; propterea differunt inter ſe. Nam internus efficax cum reſpiciat actum externum, vt executioni mandandum, neceſſario fertur in illum ſecundum conditiones, & circumſtantias quas habet actus externus ex oppoſito, actus inefficax non fertur in obiectum, vt exequtioni mandãdum, ſed quatenus repræſentatur intellectui; hinc ſequitur actum internum habere ſolum illas conditiones ſecundum quas obiectum intellectui repreſentatur, Vaſq.par.2.c.3. diſt.3. auth.ib.vbi ſupra de magn.matrim.ſacr.q.4.p.8.n.3.

Actu vnico poſſumus pluribus præceptis ſatisfacere, quoties ſuperior concedit, vt eodem actu pluribus præceptis ſatiſfiat, num.5.Medin.C.de ſatiſfact.q.4.verſ.corollarie ſequitur, auth.t.2.de legib.d.1.q.j. p.9.nu.4

Actus factus contra legem irritãtem, inualidus eſt, in vtroq. foro, cap.quæ contra ius ſicut de reg.iur. in 6.Lect.de iuſt.& iur.c.7.dub.6. Salas de legib. diſp.16.ſect.4.num.6.auth.ib. p.7.§.5.

Actus irritus ipſo facto a lege cognoſcitur à forma verborum, aut ipſorum ſenſu præſertim ſi verba cõtineant irritationem, vel tantummodo negent actionem in iudicio, auth.ib.n.4.

Actus irritatio, vt incurratur nõ requiritur ſcientia legis irritantis limitatur in contrahentibus matrimonium clãdeſtinum, limitatur in eo, qui ex ignorantia profitetur ante 16. annum

annum, limitatur denique in eo, qui alienat bona Eccleſiæ non ſeruata debita forma ex ignorantia, Sanch. lib.3. de matr.diſp.17.num.10. Nauar. 23.n.44.Auth.ib.n.6.

Actus humana lege irritus non obligat in conſcientia, Sanch. lib.1.de matr.d.7.nu.16. & d. 20.nu.3. Soto l.4. de iuſt.q.5. ar.3.auth.ib. nu.7.

Actus factus contra legem prohibentem non eſt inualidus p ſe, & ex ſui natura; ſed ex eo ſolum capite, quod prohibetur à lege, Salas d.16.ſect.5.& alij relati per auth.de matr.q. 1.d.7.num.1.& idem auth. ib. nu.8.

Actus quando nam ſit irritus iure naturæ, recurrẽdum eſt ad poteſtatem mortalem alicuius, & ad materiæ capacitatẽ, Salas loc. cit. auth.ib.nu.9.

Actus factus contra ius commune, non eſt ita irritus, vt ſimpliciter, & ſecundum ſe ſit irritus in foro conſcientiæ, & ante ſententiam iudicis, auth. ib.n.10.

Actus celebratus, non ſeruata forma ſubſtantialiter pręſcripta, inualidus eſt in vtroq. foro, auth.ib.nu.14

Actus nõ redditur irritus, p quãlibet omiſſionẽ formę ſubſtãtialis, ſecundum opiniones Moli.in tract.2.de iuſt.d.81.in fi.& Ema. Sà verb.interpretatio nu.6. quas ſequitur auth. ib.num.21.

Actus ex iuſta, vel etiam vrgentiſſima cauſa factus ſine debita ſolemnitate inualidus eſt, argum.tex. in c.1. de conceſſ. pręb.in 6.Sãch.lib.3.de matr. d.17.n.10.Gut.de matr. c.61. nu.10.auth.ib.nu.22.

Actus omnes vitioſi poſſunt ab ab eccleſia prohiberi ſub cenſuris, vide infra verb.cenſure.

Actus interni poſſunt aliquã ratione prohiberi, auth.ib.p.5. nu.7.

Actus nullus datur in indiuiduo deliberatus, qui ſit indifferẽs, D.Th.1.2.q.18.ar.8. Sanch.in ſum.lib.1. c.11.nu.17.auth.ib. d.2.q.2.p.4.n.1.

Actus verſans circa ommiſſionẽ, cuius actus contrarius bonus eſt; eſt malus, Becan.12. tr.1. c.5.q.5.auth.16.n.4.

Actus deliberatus factus ratione non aduertẽte eſt indifferens, vt per DD.cõmuniter, auth. auth.ib.nu.5.

Actus dantur qui ſecundum ſpeciem ſunt indifferentes, auth. ib.nu.6.

Actus, quo quis ſibi graue malũ imprecatur, eſt mortaliter peccaminoſus, auth.ib.d.2.q.3.p. 3.nu.7.

Actus imperfectus ex indeliberatione, vel inaduertentia eſt venialis, auth.ib.n.9.

Actus voluntatis ſub conditione

eliciti non ſunt peccaminoſi, Sãch.in oper.moral.lib.j.c.10. nu.25.&alij,quos refert,auth. de matr.q.4.p.8.nu.20. & tenet id. auth. ib.d.2. q.4. p.5. nu.25.

Actus volũtatis moraliter interrupti conſtituunt tot peccata numero diſtincta, Suar. lib.5. de vot.c 6.nu.6. Armill.verb. peccatum nu.4. Auth.ib.p.2. nu.5.

Actus voluntatis moraliter tunc interrũpitur,quoties nec formaliter, nec virtualiter perſeuerat,auth.ib.nu.6.

Actus voluntatis moraliter interrupti explicandi ſunt in cõfeſſione, ſi pœnitẽs illorum recordetur,auth.ib.nu.7.

Actus voluntatis interrumpitur, vt nec formaliter, nec virtualiter perſeuerare dicatur; primò,ex actibus,qui ſucceſſiue fiunt circa plura obiecta. Secũdò, quoties poſt primum actum habita eſt cõtraria voluntas. Tertiò,ex ſomno,vel ſimili impedimento inter vnũ & alium actum interpoſito. Quartò, ex tẽpore inter vnũ, & alium actum tranſacto quãdo inter vnum, & alium actũ tantum temporis interponitur,vt prudentis arbitrio cenſeantur actus moraliter interrupti,Sot.lib.4.de iuſt.q.7.a.4 &lib. 5.q.5.a.1.Nauar.c.6.nu. 16.auth ib.nu. 14.

Actus facti à iudice laico erga delinquẽtem per vim extractum ab ecleſia,sũt irriti, Suar.to.j. de relig.tract.2.li.4.can.13.nu. 15.Valen.to.3.d.6.q.13.p.j.& 2.auth.ib.d. 3.q.7.§.5.n.2.

A C C V S A N S, & accuſatio.

Accuſans in cauſa ſanguinis incurrit irregularitatem ſequuta morte,vel mutilatione propter ſuam accuſationem, niſi hoc faciat petẽdo ſatisfactionem pro iniuria ſibi,vel ſuis rebus illata, Couar.clem.1. de homic.2. p.§.5. Vgòl.c.6.nu.j. auth.t.1. de cenſur.d.7.q.4.p. 2.n.1.

Accuſans in cauſa ſanguinis,& ſi præmittat proteſtationem in caſu ſuprapoſito mortis, vel mutilationis , incurrit irregularitatem petendo vindictam, Henriq.c.10.num.4.Vgol.c.6. §.3. Suar.d.47.ſect.2.nu.257. auth ib.nu. 2.

Accuſans aliquem de falſo crimine tenetur ad reſtitutionem, auth.t.2.de reſtit.d.1.q.2.p.3. nu.5.

Accuſans alterum de crimine vero,ſed occulto,quod falſis teſtibus probat,tenetur ad reſtitutionem, Nauar.in cap.inter verba 11.q.3.concl.6.nu.643. Reginal.lib.24.nu.130. f.415. Menoc.præſump.9.lib.j.auth. ib.nu.6.

Accuſans alterum iniuſtè, tenetur

tur falſam accuſationem manifeſtare, vt illum liberet, & hoc verum eſt etiam ſi accuſator manifeſtando ſuam falſam accuſationem damnandus ſit ad mortem, dummodo manifeſtatio accuſatoris profutura ſit ad liberandum innocẽtem, ita communiter DD. & auth. ib.d. 1.q.vlt.p.1.n.21.

Accuſare non poteſt excommunicatus, auth.t.1.de cenſur.d. 2.q.2.p.6.n.6

Accuſare eſt interdictum excommunicatis, proditoribus, publicis concubinarijs, vſurarijs, & quibuſcumque iure infamibus, Leſſ.lib.2.c.30.du.5.Clar. lib.5.a.10. Farin.in prax.crim. q.12.nu.7.quod limitatur in cauſa hæreſis, & criminis læſæ Maieſt. auth.t.2.de legib.d.10. q.3.p.1.n.10.

Accuſare eſt interdictum ſubditis reſpectu prælatorum, ſeruis reſpectu dominorum, filijs reſpectu parentis, niſi commune bonum poſtularet, vt admitterentur, ita S.Thom.2 2. q.68.ar.1. auth.ib.num.eod.

Accuſare eſt interdictum clericis, niſi pro crimine hæreſis læſæ Maieſtatis, & alijs, quæ vergunt cõtra bonum publicum, aut priuatum innocentis, aut cõtra propriũ, præmiſſa prius proteſtatione, Couarr. clem. ſi furioſus verſ.3. Clar. lib.5. q.4. Farin.in prax. crim.q.12. nu.12.auth.ib.num.eod.

Accuſare eſt interdictum inimicis, Farin. loc.cit.num.34. & Clar.q.14. auth.ib.nu.eod.

Accuſatio eſt delatio rei de crimine ad vindictam publicam libello facta, Clau.Reg.lib.12. c.14.num.11.Azor.lib.1.c.19 auth.ib.p.1.nu.1.

Accuſatio, vt valida ſit quinque de iure communi requiruntur; Primò, vt fiat in ſcriptis. Secũdò, quod nomen accuſatoris contineat. Tertiò, ſpetiem delicti demonſtret. Quartò, locum, & tempus delicti patrati oſtendat. Quintò, ſubſcriptione accuſantis validetur, quãuis hęc quinta in foro ſeculari non ſit in vſu Farin.in prax.cr.q.16.n.14.auth.ib.n.2.

Accuſatio differt à denuntiatione, eo quod accuſatio ſemper datur in ſcriptis cum ſolemnitatibus proximè relatis, quod ſecus eſt in denuntiationibus, Azor c.12. Clau.Reg lib 12. c.14.n.11. auth.ib.nu.3.

Accuſatio eſt licita de iniuria nobis facta, auth.ib.num.5.

Accuſatio fieri debet, quãdo crimina immediatè vergunt in damnum communitatis, vt eſt crimen hæreſis, & leſæ Maieſtatis, alias peccatur mortaliter, Nauar.c.25.nu.23.Clau. Reg. lib.12.c.16.nu.6. auth.ib.n.6.

Accuſatio non facta ab obligato ex ſola charitate, non obli-

gat ad reſtitutionem, ſed ſi nõ fuerit facta ab obligato ex iuſtitia obligat. in vtroque verò caſu non accuſans peccatum mortale cõmittit, Solon. 2. 2. q. 68. a. 1. contr. 3. dub. 2. Clau. Reg. lib. 12. c. 16. nu. 13. auth. ib. nu. 7.

ADIVRANS, adiuratio.

Adiurans creaturas irrationales per ſe, & ex ſuo genere peccat mortaliter, Nauar. lib. 5. conſ. 2. nu. 10. de ſent. excom. Suar. lib. 4 de adiur. c. 4. nu. 12. Sanch. in ſum. lib. 2. c. 42. dub. 13. nu. 37. ſed ratione bonæ fidei, vel leuitatis materiæ, vt plurimum talis adiuratio eſt peccatum veniale, auth. t. 2. de leg. d. 4. q. 1. p. vlt. nu. 4.

Adiuratio eſt conteſtatio rei ſacræ, cuius reuerentia intendimus alterum præmouere ad aliquid præſtandum, S. Thom. 2. 2. q. 90. ar. 1. Suar. tom. 2. de relig. lib. 4. c. 3. nu. 4. auth. ibid. nu. 1.

Adiuratio non fit in dęmonem adiuratione deprecatiua, ſed adiuratione imperatiua, quia eccleſia habet ſpecialem poteſtatem in dęmones; ei communicatam, S. Tho. loc. cit. Suar. loc. cit. nu. 3. Sanch. in ſum. lib. 2. c. 42. n. 12. auth. ib. n. 2.

Adiuratio dæmonum competit ſolis clericis habentibus ordinem exorciſtarũ, quoties adiuratio fit ſecundum publicam formam ab eccleſia præſcriptam, ſi verò adiuratio fit priuatè, alijs ẽt competere videtur, Suar. c. 2. n. 10. Sanch. loco cit. nu. 16. Reginal. lib. 17. nu. 184. auth. ib. nu. 7.

Adiuratio differt a iuramento, nã iuramento adducitur Deus in teſtem, in adiuratione verò adducitur Deus, vel res ſacra, vt eius amore, vel timore res petita obtineatur, Sanchez. loc. cit. nu. 1. auth. ib. n. 10.

Adiuratio aliquando fit cum cõmiſſione peccati mort. Suar. loc. cit. Sanch. vbi ſupra nu. 5. auth. ib. nu. 11.

Adiurator non peccat adhibendo rutam, ſtercus caprinum, & alia ſimilia, ſi adhibeat in cõtemptum dæmonis, q inde poſſit occaſionem cõfuſionis accipere, & corpus obſeſſum deſerere tanquam deinde minus aptum ipſi ſuperbiſſimo in domicilium, ſecus dicẽdum eſt. Primò, ſi hęc adhibeat qua ſi vim naturalem habeant ad fugandos dæmones, nam tunc committit peccatum ſuperſtitionis. Secundò, ſi hæc adhibeat cum magno detrimento infirmi, Suar. 3. p. tom. 3. d. 5. ſect. 4. & alij apud Sanch. loco cit. nu. 10. auth. ib. nu. 12.

Adiurator pęccat conueniendo pactioni dęmonis, ſeu promittendo

ſtendo aliquid dęmoni è corpore egreſſuro petenti rem malam, vt v.g. facultatem trāſeundi ad alium hominem; ſi verò dæmon non petat rem malam, non peccat promittēdo, ſed non tenetur conniuere, ſi petat nouis ſupplicijs nō cruciari, aut in infernum non relegari, auth.ib. nu. 13.
Adiurator pōt à dęmone ſignum petere, quo indicet ſe à corpore egredi, & nō rediturum, Sanch.loc.cit.nu.28. auth. ib. nu. 14.
Adiuratus non tenetur præſtare id, quod ab adiurante petitur, Suar. vbi ſupra nu. 14. Sanch. nu. 14. auth.ib.num. 6. niſi qui adiuratur ſit inferior, & imperatiuè adiuretur à ſuperiore.

ADMONITIO.

Admonitio prçquiritur in ferenda cenſura, Cap. ſacro de ſent. excom. Vgol. tab. 1. c. 18. Suar. d. 3. ſect. 8. nu. 2. & ratio eſt, qa ad incurrendam cenſuram requiritur contumacia, ſed nullus eſt cōtumax niſi ſit admonitus, ergo requiritur admonitio, Vgol. vbi ſupra, auth. t. 1. de cenſur. d. 1. q. 1. p. 9. nu. 1.
Admonitio triplex præmittenda eſt formaliter, aut virtualiter, cū ſententia fertur per modū cenſuræ, Cap. omnes decimæ 16. q. 7. cap. conſtituitur de ſentent. excom. in 6. auth. ib. nu. 3.
Admonitio omni caſu eſt neceſſariò præmittenda cenſuræ, Suar. d. 3. ſect. 10. num. 8. & 18 Filiuc. q. 2. & 4. auth. ib. nu. 10. quamuis aliqui DD. relati excipiant duos caſus. Primum in nolente parere iudici pro tribunali ſedente. Secundū, quando iudex inferior profert excommunicationem propter delictum, in cuius patratione erat lata à iure contra delinquentem aliqua cenſura.
Admonitio eſt faciēda delinquenti, ob cujus delictum fertur ſuſpenſio, vel interdictum contra communitatem, quia ipſe eſt inobediens, & contumax, non verò communitas, Suar. d. 3. ſect. 8. nu. 2. auth. ib. num. 11.
Admonitio eſt facienda coram teſtibus, cap. ſacro de ſentent. excom. Panorm. d. cap. ſacro, Suar. ſect. 11. num. 4. auth. ib. nu. 12.
Admonitio eſt facienda perſonaliter, nec ſufficit domi, niſi in tribus caſibus. Primo, quando reus per dolum ſe abſcondit, & ſi contingat reum non habere domiciliū ſufficiet admonitiones fieri in Eccleſia Cathedrali, vel principali illius loci, Suar. num. 6. Vgolin. §. 1. Secundò, quando ſemel fuerit facta citatio perſonalis, Vaſq. num. 10. Vgol. loc. cit. & Rot. in nouis deciſ. 399. Tertio, quan-

quando citatio facta domi innotuit delinquenti, Vaſq. & Vgol.vbi ſupra, auth.ib.nu.9.

ADOPTANS,

Adoptio.

Adoptans debet eſſe ſui iuris, & maior 25. annis de iure communi, non poteſt eſſe fæmina, quia fæmina adoptare non poteſt; quod habeat potẽtias naturales ad generandum, & excedat adoptatum in 18.annis, Silu.verb.adoptio n.2. Sanch. lib.7.d.63.auth.ib.de mag.matrim.ſacr.q.3.p.5.§.3. n.3.

Adoptans poteſt contrahere matrimonium cum filia adoptatæ, Nauar.c.22.nu.45.Sanchez d.63.nu.10.Henriq.lib.7 c.12.& è contra, auth.ib.nu.8. in fi.

Adoptati ab eodem poſſunt inter ſe matrimonium cõtrahere, Eman. Sà, verb.adoptio, auth.ib.nu.7.

Adoptio dicitur cognatio legalis eò, quod ſit à lege introducta, auth.ib.nu.1.ſed per alios DD.eſt legitima aſsũptio extraneæ perſonæ in filiam, vel nepotem, D.Thom.in 4.d.42. q.2.a.1.Sanch.lib.7.d.63

ADVOCATIO.

Aduocatus licitè in diebus feſtiuis poteſt dare operam ſtudijs cauſa litium, ſcribere, quibus ſtuduit, informare Iudices ſcripto, referre cauſas apud Iudicem, Suar.c.30.nu.9.Azo. cap.27. q.11. auth.ib.d.5.q. vnic. num.7.

Aduocatus non peccat contra iuſtitiam aperiendo crimina teſtium ad infirmanda eorum dicta, Valen.t.3.d.5.q.14.p. 3. Sot.lib.5.q.7.a.3.Reginal.lib. 24.nu.140. auth.ib.d.10.q.3. p.2.nu. 10.

Aduocatus peccat contra iuſtitiam, & tenetur ad reſtitutionem clienti, dum cliẽs cauſam perdidit ex aduocati negligentia, vel imperitia, verum non tenetur in omnibus caſibus parem adhibere diligentiam, ſed maiorem, vel minorẽ pro negotij, & cauſæ qualitate, auth. ib.p.4. nu 3. & ibi notat aduocatum teneri ad reſtitutionem, quando cliens ob aduocati imperitiam perdidit, ac etiam teneri ad reſtitutionem omnium damnorum, quæ ex defenſione iniuſtæ cauſæ proueniunt, auth.ib.nu.4.Item teneri ad reſtitutionem ſi parti cõtrariæ manifeſtauerit ſecreta cauſæ, ob quod cliens cauſam perdiderit, auth.ib.nu.5.

Aduocatus non poteſt trãſfigere cum damno clientis, Azor.3. p.lib.13.nu. 29.du.3.Nauar.c. 25.n.28. auth.ib.nu.6

Aduocatus non tenetur ad reſtitutionem fiſco, ſi cauſam nocentis defendat, Leſſ.dub.8.n. 50.Solon.2.2.q.71.a.4.cont.j. Clau.Reg.lib.12.c.23. nu.15.

auth.

auth.ib.num.7.

Aduocatus poteſt ſequi ſententiam probabilem,relicta probabiliore, ad patrocinandum, Regin.lib.25.n.673.Leſſ.lib.2. c.32 dub.9.auth.ib.nu.8.

Aduocatus recipere poteſt ſtipendium taxatum à lege, vel conſuetudine, niſi maius liberaliter donetur,l.ſi quis ff.de poſtul. quando verò pretium non eſt taxatum, aduocatus tantum recipere poteſt,quantum iudicio prudentis viri iuſtum videbitnr,habita ratione laboris, dignitatis, & ſcientiæ aduocati, nec non difficultatis cauſæ, Clau.Reg. lib.12. c.23.n.29.Tolet.lib.5.cap.60. Azor.3.p.lib.13. c.29. dub.7. auth.ib.nu.9.

Aduocatus nō poteſt paciſci de certa quantitate litis ex ſuppoſitione,quod cauſam vincat l.ſi quis C.de poſtul.Clau.Regia loc.cit. nu.30. Silueſt.q.17. auth.ib.n.10.

Aduocatus poteſt recipere ſtipēdium ſibi promiſſum etiam ſi cliens deſerat litem inchoatam, ſi ſtipendium abſolutè fuerit aſſignatum pro labore, ſeu pro lite, non habita ratione temporis.auth.ib.nu.11.

Aduocatus qui certum ſtipendiū ſingulis annis habet,poteſt illud totum recipere,ſi alium ſubſtituat aſſignato huic tantum, medio eo ſtipēdio, dummodo hoc faciat de conſenſu ſaltem tacito, & ſine damno eorum, quorum patrocinium ſuſcepit,Clau. Reg.li.12.c.14. nu.7.Tolet.lib.5.c.62.num.5. auth.ib.nu.12

Aduocatus,qui ſine ſtipendio,& ſponte cauſam inchoauit,non poteſt ea finita ſtipendium exigere,Rot.dec.183.in antiq. de ſent.& re iud. ſed Panorm. in cap.finem litibus de dol. & contum. Clau.Reg.cap.26. & Reginal. lib.25.n.682. ſequūtur eandem opinionem, dummodo aduocatus nullum damnum lucri ceſſantis, vel damni emergētis paſſus ſit, & Auth. ib.p.4.nu.4.idem tenet cum diſtinctione,quod vel aduocatus gratis hoc officium ſuſcepit, vel animo mercedis obtinendæ; ſi gratis non poterit, ſi verò animo mercedis poteſt exigere id, quod ordinarie aduocato daretur.

Aduocatus peccat differēdo cauſam cum damno clientis,Clau. Reg.c.26.Reginal.lib.25. nu. 682.auth.ib.nu.16.

Aduocatus,qui cauſam rei ſuſcipit,non fit irregularis, quādo ſequitur mors accuſatoris,qui expertus fuit calūniator.Vgolin.c.9.§.1.ad fi.Mol.d.74.nu. 11.Suar.d.47.ſect 4.n.6. auth. t.5.de cenſur.d.7.q.4.p.3.n.5.

Aduocatus fit irregularis, quando reus ex aduocati negligē-

gen-

tia adiudicatur morti, ipſa tamen morte ſequuta, ita Nauar. c.27.n.228. Vgol.loc.cit. nu.4.& Suar.loc.cit. auth.ib. nu.6.

Aduocatus accuſatoris fit irregularis ſequuta morte rei cõtra quem agebat, auth. ibid. nu.7.

Aduocatus nõ incurrit ſimoniæ labem impendendo operam ſuam in iudicijs, Suar.c.53.nu.9. Filiuc.de ſimon.c.12.quæſit.7.nu.11.auth.t.1.de tract.var. q.4.§.17.n.7.

AETAS.

Aetas requiſita in ſuſceptore ordinum eſt, ad primam tonſuram, & ad minores ordines 7.annorum completorum, ad ſubdiaconatum 22. inchoatorum; ad Diaconatum 23. ad presbyteratum 25. etiam ſi p mediam horam inchoati ſint, cap. nullus de temp.ord. Bull. Pij II.relat. per Quaran.verb. ordo, ad epiſcopatũ requiruntur 30.anni completi, cap. cũ in cunctis de elect. auth. t. 1. de ſacram.d.8.quæſt.vnic.p.5. num.12.

Aetas requiſita ad validitatem ſponſalium, tam in maſculo, quam in fœmina eſt ſeptem annorum, vt in tot.titul. de deſponſ.impub. auth. ib.de magn.matrim.ſacr. q.1. p.4. nu.1.

Aetas requiſita ad validitatem matrimonij eſt 14. annorum in maſculo, & 12.in fœmina, cap.fin.de deſponſ. impub. & c.2.eod.tit.& talis ætas debet eſſe in prædictis annis completis, ſed non phyſicè, quia ſufficit, quod ſit inchoatus vltimus dies, Sanch.de matr.lib.7 d.104 nu.2.auth.ib.n.10.

AFFINITAS.

Affinitas eſt vinculum, ſeu proximitas perſonarum prouenieñs ex copula licita, vel illicita, Sanch.lib.7.d.67. num.2. Guttier.de matr.d.32. dub.4. n.56. auth.t.1.de magn.matr. ſacr.q.3.p.12.n.1.

Affinitas eſt duplex, alia enim dicitur in linea recta, & æquali, & alia in linea tranſuerſali; in linea recta affinitatis conſtituuntur aſcendentes, & deſcẽdẽtes illius perſonæ, cum qua copula fuit habita; aſcendentes ſunt ſocer, vitricus, nouerca; deſcendentes ſunt gener, nurus, priuigna; in linea verò tranſuerſali conſtituũtur conſanguinei in linea tranſuerſa illius, cum qua copula habita fuit, Guttier.de matrim. d.32. dub.4.nu.56. auth.ib.nu.4.

Affinitas dirimit matrimonium ſaltem iure eccleſiaſtico, ſiue conſurgat ex copula licita, ſiue illicita, ita Henriq. lib.12. c.3. auth.ib.nu.6.

Affinitas ex copula licita dirimit matrimonium vſq. ad quartũ gradum

gradum; ex illicita, vſque ad ſecundum S.C.Trid.ſeſſ.24.c. 4.Sanch.lib.7.d.67.n.8. Guttier.de matrim.cap. 99. num. 12.auth.ib.num.eo.

Affinitas, vt inducatur, requiritur copula cũ ſeminis effuſione intus vas naturale fœminæ Em. Sà de impedim. num. 13. Sanch.lib.7.d.64.num.11.Reginal.lib.31. num. 147. auth. ib. num.11.

Affinitas non oritur, quando ſola fœmina ſemen emittit Sanchez lib. 7. d.64.num.1. Guttier.cap.54.num 23.ſecus verò in homine, nam ex eius ſola ſeminis intra clauſtra mulieris iniectione oritur affinitas auth. ib. num. 12.

Affinitas oritur, quocunque modo ſemen viri recipitur intus vuluam mulieris, Spec. 1. par.art.4.Sanch.l. cit. nu. 15. Guttier cap.54.num.23.auth. ib.num.13.

Affinitas nõ oritur ex matrimonio rato, nõ conſumato Guttier.d.cap. 54.num. 13. Sanch. d.lib.7.d. 64. num.13. auth. ib.num.17.

Affinitas nõ oritur ex actò prepoſtero, extra vas debitum, ſicut nec oritur expollutione extra vas fœmineum, ita cõmuniter D.D. & auth. ib. n. 15.

Affinitas oritur ex copula habita cum fœmina inuoluntaria, vel ebria, vel dormiente, vel inſana, vel ignorante auth. ib num.16.

Affinitas ſnpemeniens matrimonio duplicem effectum parit, primus eſt, vt cõiux, qui committit inceſtum cũ cõſanguinea alterius coniugis in prim. vel. ſecundo gradu, non poſſit ab ea petere debitum cap. 1.de eo, qui cognou.& Sanch. lib.7.d.15.Guttier.de matr.c. 87.num.2. Secundus eſt, vt coniux nocens nõ poſſit aliũ cõiugem ducere mortuo illo, quem de preſenti habebat d. cap.1.de eo, qui cognou.conſangu. quod ſi eo mortuo aliũ ducat nõ poteſt debitum petere ab eo, abſque diſpenſatione. Azor.3.par.li. 3.c.20.Leſſ. lib.4.cap.3.dub.11.num. 81. author ib.num.19.

Affinitatis ſtipes ſunt illæ perſonæ, quæ ſe carnaliter cognoſcunt, vnde duo illæ perſonæ nõ dicuntur affines, ſed principium affinitatis, Sanch.lib.7 d.64.num. 5. Guttier. de matrim. cap. 99. nu. 6. auth. ib. num.5.

AGNVS DEI.

Agnus Dei Benedicti ſunt materia ſimoniæ in Vrbe Roma, vbi extat ſpetialis prohibitio vẽdendi huiuſmodi agnos Valent.t.3.d.6.q.16.p. 2. concl. 7.verſ.poſterioris author.t.1. de tract.var.q.4.§.2.num. 2.

Agnus Dei benedicti à Papa ex cæ ra confecti,coli, & adorari poſſunt Vaſq.3.par.d.110. c. 2.verum eſt aduertendum huiuſmodi Agnos eſſe retinendos albos, nec minio, auro, alioue colore pingendos eſſe iuxta motum Gregor.xiij. auth. t. 2.de legib. d.3.q.1.p.4. num.11.& 12.

Agnus Dei non poteſt tangi à Laicis,vel Clericis in minoribus conſtitutis Cap. Sacratas diſt.23.auth.ib.num. 13.

ALIENATIO.

Alienatio bonorum Eccleſiaſticorum vetita eſt iure diuino, Cæſareo, & Canonico auth. t.1.de tractat.var.d.2. q. vnic, p.1.num.1.

Alienatio ex iuxta cauſa tenet, cum debita tamen ſollemnitate facta.extrauag.ambitioſe de rebus Eccl.non. aliena. auth. ib.num.2.

Alienatio valet ad breue tēpus, locationis,aut in cauſa emphiteoſis in caſibus à iure permiſſis, & de bonis in emphiteoſim ab antiquo dari ſolitis, & in euidentem Eccleſiæ vtilitatem, vt in d. extrauag. auth. ib.num.3.

Alienatio de re leuis, momenti, aut rerū,quæ ſeruādo ſeruari nō poſſunt tenet auth. ib.n.4 & 5.

Alienatio facta bona fide,aut nō perfecta non facit quem incurrere pœnas extrauag. auchor.num.6.

Alienatio facta ab eo, qui habet bonorum adminiſtrationē,facit,ꝗ alienans incurrat pęnas extrauag.& talis alienatio eſt nulla auth. ib. num.7.

Alienationis nomine intelligitur actus,quo dominium, aut ius in alium transfertur Suar.de cenſur.d.22.ſect.6.n.6. Azor. 2.par.lib.1.cap.1.q. 2. auth. ib.p.2.n.1.

Alienatio ab vna Eccleſia ad aliā fieri nequit ſine debita ſollennitate auth. ib.num.14.

Alienatio vini, olei, frumenti, ouium,Caprarum, & cęterorum valet abſque ſollennitate, verum totus grex ouium, de quo conſueuerunt percipi redditus,& emolumenta non poteſt vendi.Molin. diſt. 468. quarant verb. alienatio num. 25.in ſumma auth. ib. nu. 4.

Alienatio bonorū mēſę epiſcopalis, aut Eccleſiæ Cathedralis, vel Colleggiatæ immobiliū ad hoc, vt valida ſit plura requiruntur vltra iuxtā cauſam, primò requiritur vnus ſaltem contractus,ad quem conuocandi ſunt illi, quorum intereſt cap.ſine exceptione 12.q.2.ca.ſuper de reb. Eccl. non alien. ſecundò requiritur conſenſus expreſſus maioris partis eorum præſentiū, quorum intereſt cap.1.de his, quæ

ſiunt

fiunt à Prælat. &c'd. cap. ſine exceptione 12. q. 2. tertiò requiritur ſubſcriptio in caſib. in quibus ius ſubſcriptionem præſcribit; verũ Armill. verb. alienatio num. 6. & Leſſ. lib. 2. cap. 24. dub. 10. obſeruant ſufficere ſubſcriptionem Notarij, vbi talis conſuetudo extiterit. Quartò requiritur conſenſus ſuperioris Nauar. conſ. 8. de Alien. auth. ib. p. 4. n. 1. 2. 3. & 4.

ienatio facta à Prælato credẽte ſubeſſe cauſam legitimam, quæ tamen non ſit legitima, eſt valida Gl. in cap. ad noſtras de rebus Eccl. non alienan. Couarr. var. reſol. cap. 12. nu. 20. Molin. diſp. 468. num. 14. auth. ib. p. 3. num. 5.

ienatio bonorum Eccleſiæ Cathedralis de iure antiquo facienda cum facultate Sedis Apoſtolicę, facta ab Epiſcopo valet, etiam ſi iurauerit in cõſecratione ſe non alienaturum abſque dicta facultate, vel inconſulto Papa Panormi. cap. 1. de his, quæ fiunt à Prel. Molin. tract. de iuſt. d. 468. concl. 3. & 4. auth. ib. p. 4 n. 6.

ienatio bonorũ Eccleſiæ carentis collegio debet fieri, cũ cõſenſu Rectoris Eccleſiæ de licentia Epiſcopi, immo etiam cum aſſenſu Põtificis poſt extrauag. ambitioſe auth. ib. num. 9.

Alienatio bonorum Eccleſiæ ſine debita ſollemnitate inualida eſt, tam in foro externo, quàm interno, etiam ſi celebrata ſit ad fauorem Eccleſię auth. ib. num. 14.

Alienans malè, vel recipiens bona Eccleſiæ, vel conſentiens, ſi eſt Clericus eſt excommunicatus excommunicatione Papæ reſeruata Concil. Trid. ſeſſ. 22. cap. 11. item alienans bona Eccleſiæ, abſque iuxta cauſa, & non ſeruata debita ſollemnitate priuatur ipſo facto beneficijs, abſque alia declaratione. extrauag. ambitioſo, & auth. ib. num. 3. verum id. auth. ib. num. 4 inquit paucis in locis dictam extrauag. eſſe receptam nõ ſolum, quò ad priuationem beneficij, ſed etiam, quòad cenſuras, & ideò tenet eſſe attendendã locorum conſuetudinem.

Alienatio gratuita bonorũ Eccleſiaſticorum facta à Papa in Laicos ſine iuxta cauſa, iniuſta eſt. auth. ib. p. 5. §. 2. num. 10 ſed facta à Summo Pontificę, vt ſupra ſemper præſumitur facta cum iuxta cauſa auth. ib. num. 14.

Alienari nõ poteſt pecunia magna Eccleſiæ ſine ſollemnitate præſcripta Prax. Neap. cap. 60. num. 4. Quarant. in Summ. Bull. verbo alienatio num. 25. niſi ex cauſis ab auth. alla-

tis, ib. p. 2. num. 5. & in c. 1. de reſt. & contract. d. 3 q. 8. p. 4. num. 15.

Alienari nõ poſſunt reliquie inſignes, aut in murum Eccleſiæ infixe, vel clauſe. in conſulto Summo Pontifice auth. vbi ſupra de reſt. num. 17.

Alienari poſſunt oblationes Sacre imagini facte ſine ſollemnitate, de licentia tamen Epiſcopi, eo quod non veniunt nomine bonorum prætioſiorum, niſi fortè ſint vota aurea, vel argentea, auth. ib. 6. num. 18.

Alienari non poſſunt, nec incidi arbores fructifere, nec infructifere, ſolo Eccleſiæ adherentes, Quarant. l. cit. num. 37. auth. ib. num. 19.

Alienari non poſſunt bona Collegij, vel Hoſpitalitatis, ſiue Confraternitatis erectæ cum authoritate Ordinarij, Quarant. l. cit. nu. 28. & 41. auth. ib. num. 21.

Alienari non poteſt Eccleſia, ſiue Oratorium fundatum authoritate Epiſcopi ad perpetuum vſum Eccleſiaſticum, abſque ſollemnitatibus auth. ib. num. 22.

Alienari non poteſt comenda, abſq; aſſenſu Apoſtolico Couarr. var. reſol. cap. 16. num. 3. auth. ib. num. 23.

Alienari, quod non poſſit res Eccleſiæ ad aliam Eccleſiam tenet auth. ib. nu. 24. ſed contrariam, ego ſequor in meis deciſ. 38. & 74.

Alienari non poteſt ius patronatus in Laicum, abſque prædicta ſollemnitate auth. ib. num. 25.

Alienari non poſſunt bona Monaſterio acquiſita, abſque aſſenſu Apoſtolico auth. ib. nu. 27.

Alienari nõ poteſt locus, in quo alias erat Eccleſia, quæ profanata, & diruta fuit Gl. in c. ligna de conſecr. diſt. 1. auth. ib. num. 28.

Alienari non poſſunt bona incorporalia Eccleſiæ ſine ſollemnitate Gomes var. reſol. cap. 14. num. 14. Panorm. in cap. nulli de reb. Eccl. nõ alien. Silu. verb. alienatio quæſ. 10. auth. ib. num. 29.

Alienari non poſſunt bona pupillorum, abſque authoritate tutoris l. ſi minor C. de Prædijs minor. Menocch. præſũp. lib. 1. cap. 34. auth. ib. d. 3. q. 1. p. 3. num. 3.

Alienatio facta à delinquente, ob cuius crimẽ bona ſunt applicanda fiſco, valida eſt, modo non ſit facta in fraudem fiſci Peregr. de iur. fiſci. lib. 5. c. 1. num. 178. Gomes var. reſol. cap. 14. num. 14. Sanchez in Sum. lib. 6. cap. 21. num. 35. auth. ib. d. 3. q. 8. p. vlt. §. 2. num. 1.

enatio vbi fit in fraudem fi-
ſci fructus rei alienatę pendē-
tes poſt ſententiam ſpectant
ad fiſcum, non tamen fructus
percepti ante ſententiam Pe-
regr.lib.5.de iur.fiſc.t.1.num.
174.Sanch. in Summ.lib.2.ca.
11.num.41.auth.ib.num.3.
enatio facta poſt crimē, pro-
pter quod bona ipſo facto
publicantur, eſt valida Vaſq.
12.d.171.cap. 2. Azor.1.par.
ib.7.cap.7.quæſ 2.Sanch. lib.
2.cap.22.num.56.auth.ib.§.3.
num.1.

ALIENIGENA.

enegenarū Parochus eſt vter
que habitātium hieme in vno
oco,& eſtate in alio Guttier.
de matrim.cap.62. num.4. &
cap.64.num.2.Sanch.lib. 3.d.
24.num.2.Nauarr.conſ.82.de
ſponſal.auth.t.1.de magn.ma-
trim.ſacr.q.2.p.8.n.5.

ALIMENTA.

menta debentur filijs à parē-
ibus auth.t.2.de legib.d.6. q.
nica p.6.§. 1.n.2.
menta debentur filijs facto
diuortio, ab eo, cuius culpa
diuortium factū fuit Silu.verb.
ilij quæſ.21.Ang.eod.verb.n.
12 Sanch.de matr.d.20. Surd.
de alimen.tit.1.d.14. auth. ib.
num.5.
mentorum obligatio tranſit
ad hæredes illius,qui filios ale
re tenebatur Gomez ad l.Tau
ri num.39.Couarr.in epit.2.p.
§.6.num.14.Azor.2.par.lib. 2
cap.5.quæſ.5.auth.ib.n.7.

ALTARE.

Altare quomodo conſacretur.
Azor.t.1.lib.10.cap.27. quæſ.
2. & quæ reliquiæ requirun-
tur,Vaſq.3.par.d. 233. cap. 2.
num.6.niſi Papa diſpenſet ca.
placuit de cōſecr.diſt. 1.auth.
t. 1.de Sacram.d.4.q.vlt. p. 9
num.13.
Altare non opus eſt reſpicere
orientem, & perinde ſeruari
debet conſuetudo auth. ib.
num.eo.
Altare in quo Epiſcop. celebra-
uit non debet adhiberi à ſim-
plici Sacerdote,niſi conſenſus
Epiſcopi, vel neceſſitas aliud
expoſcant cap.fin.de conſecr.
diſt. 2. Nald.in Summ.verb.
Epiſcopus num. 31. auth.ib.
num.15.
Altare oportet eſſe cōſecratum
ad celebrandum cap. placuit
cap.nullus præsbyter, & cap.
miſſarum de conſecr. diſt. 1.
auth.ib.num.eo.
Altare conſacratum definit eſſe
Sacrum, quoties notabiliter
frangitur, vel quādo frangitur
repoſitorium reliquiarum, &
dicitur frangi notabiliter,quā
do in reſiduo non poteſt cō-
modè contineri pes calicis, &
hoſtia cum patena ſine piculo
labendi, aut quando omnia
cornua, quæ iunguntur ſunt
fracta,aut quādo mouetur lo-
co

co ſepulchrum, in quo ſunt reliquiæ,& hoc procedit in altare portatili Coninch. q. 83. art.3.dub.2.Henriq.lib.9.cap. 28.num.2.auth.ib.n.14.

Altaria ſunt viſitanda ad obtinendam indulgentiam cōceſſam viſitantibus quinque altaria, non ſingula; ſed poteſt quis, dum exiſtit in vno loco Eccleſiæ orare verſus quinque altaria, & conſequi indulgentiam Eman. Sà verb.indulgentiam num.6. Graff.de indul. c. 5.num.54.auth.ib.d.6.q. 1. p. 5.num.25.

AMENS.

Amens erit baptizādus, quando ad ſe redierit,ſi adſit ſpes reſipiſcentiæ, ſublata verò tali ſpe erit quantocius baptizandus Belarm.de Baptiſm.cap.9 Henriqu.lib.2.cap.44. num.4. auth.t.1.de ſacram.d.2.q.2.p. 6.num.19.

Amens de quo dubitatur, an petierit baptiſmum, eſt baptizādus ſub conditione ſi petijt Baptiſmum,modo non cōſtet permanſiſſe in ſtatu peccat mortalis Henriq.ca.29. in fin. auth.ib.n.20.

Amens, qui antea dederat ſigna contritionis poteſt abſolui. Em.Sà verb.abſolutio nu. 10. Vaſq. q. 91. art. 2.dub.1.author.ib.d.8.quæſt. 5. p.2.§.4. num.8.

Amens durante amentia non eſt capax Euchariſtiæ, niſi in articulo mortis,quando antequā inciderit in amentiam implicitè, vel explicitè Euchariſtiā petierit, dummodo non adſit periculum vomitus, vel alterius irreuerentiæ. Ledes;de Euchariſt.cap.13.verſ.octaua cōcluſ.Reginal. lib. 29. num. 79. Suar.d.69.ſect.2. auth.ib.d. 4. q.6.p.1.n.4.

Amentes,æbrij,dormientes, & furioſi non ſunt teſtes idonei ad matrimonium Gutier. ca. 60.num.2.Sanch.de matrim.l. 3.d.41.num.3.author t.1.de magn.matr.Sacr.q.2.p. 8. nu. 42.

Amentes,inſani,& furioſi perpetui non afficiuntur cenſuris. auth.ib. de cenſur.d.1.q.1.p.4 num.8.

Amentes,& furioſi habitualiter, ſunt irregulares propter periculum ſcandali, & noui lapſus in morbum cap. maritum il 2. diſt. 33. & ideò non poſſunt celebrare,abſque approbatione Pontificis,cui conſtare debet de ſanitate recuperata, & quod omnino liberati ſint Maiol. lib. 2. cap.14. Nauarr.cap.27.num. 303. auth. ib. d. 7.quæſt.2.p.2. num. 23.

Amens inualide vouet tempore amentiæ Sanch.lib.1.d.8.num. 23.de matrim.vbi refert alios DD. auth. t. 2. de legibus d. 4.q.

4. quæſt. 2. p. 1. num. 4.
Amens ſubiectus eſt legibus re-uocatus ab amentia auth. ib. d. 1. q. 1. p. 6. n. 4.

ANIMALIA.

Animalia irrationalia non ligãtur ce ſuris Nauarr. cap. 47. num. 13. Reginal. lib. 9. n. 133. auth. t. 1. de cenſur. d. 1. q. 1. p. 4. n. 5.

Animalia veniunt ſub nomine incertorum §. fære inſtit. de rerum diuiſ. auth. t. 2. de reſt. & contract. d. 1. quæſt. 3. p. 7. num. 1.

Animalia, quæ nullum habẽt dominum, ſunt occupantis ibid. inſtit. de rerum diuiſ. auth. ib. num. 2.

Animalia fera fiunt primi occupantis, & idem eſt de manſuetis effectis feris DD. inſtit. l. cit. auth. ib. n. 3.

Animalia fera, ex ſui natura mãſuefacta non fiunt capientiũ, quoties habent conſuetudinẽ redeũdi ad priorem dominum auth. ib. n. 4.

Animalia manſuefacta iudicio boni viri ſtandum eſt, ſi quæratur, an ammiſerint conſuetudinem redeundi ad dominum: quamuis Nauarr. cap. 17. num. 127. & Silu. verb. inventum quæſ. 2. dicant videri conſuetudinem redeundi amiſiſſe, quando ad horas, & dies conſuetos bis redire non conſueuerunt auth. ib. n. 8.

Animalia færa, quæ cuſtodiuntur in loco paruo ſunt domini cuſtodiæ auth. ib. n. 9.

Animalia ab vno vulnerata, & ab alio capta, ſi vulnerãs færã vulneratam inſequebatur, cũ probabile ſpe, & morali certitudine, eam capiendi, vulnerantis eſt, non capientis, ſi verò vulnus non erat lethale, & færa fugere, & ſe abſcondere poterat eſt, capiẽtis, Molin. d. 24. auth. ib. n. 10.

Animalia, vel piſces extractos ex alterius rete, vel inſtrumento tenetur reſtituere capiens, vel extrahens, vna cum æqualitate pro illis, qui probabiliter etiam capi poterant, rete non extracta, vel inſtrumento non inordinato auth. ib. n. 12.

Animalia capta per venationem prohibitam, vel illicitam non ſunt obnoxia reſtitutioni, ſi animalia ſic capta ſuam retinebant libertatem author. ib. num. 16.

Animalia alterius occidens, vel lethaliter vulnerans, dum in ſuo prædio dannum inferunt, peccat mortaliter Cl. Reg. l. 6. n. cap. 20. num. 29. Nauar. ca. 17. num. 120. auth. ib. num. 24.

Animalia occidi poſſunt in vſum hominum, Molin. t. 4. de iuſt. tract. 3. d. 4. Arrag. de iuſt. & iur. q. 64. art. 1. auth. ib. d. 2. q. vlt. p. 1. n. 1.

AN-

ANNATA.

Annata eſt mędia pars fructuũ, quæ per impetrantes beneficium à Sede Apoſtolica ſoluitur Cameræ Apoſtolicæ, in ingreſſu ipſius beneficij, modo excedat ſummam ducatorum 24. Gigas de penſ. q. 26. num. 2. Paris de reſignat. lib. 10. q. 2. num. 63. auth. t. 1. de Hor. canon. d. 2. q. 6. p. 1. nu. 2. & non ſoluitur de diſtributionibus id. Paris num. 63. Gonzal. ad reg. 8. §. 7. in proem. nu. 166. auth. ib. num. 7. & non ſoluitur in permutatione beneficiorum id. auth. n. 8.

ANNIVERSARIA.

Anniuerſaria, quamuis non ſint diſtributiones, ipſarum priuilegio gaudent Monet. cap. 3. num. 12. auth. t. 1. d. 2. q. 2. p. 2. num. 3.

APOSTASIA,

Apoſtata.

Apoſtaſia eſt cauſa ſufficiens diſſoluendi ſponſalia Sanch. lib. 1. d. 56. num. 3. Guttier. de matrim. cap. 31. num. 5. auth. t. 1. de Magn. matr. ſacr. q. 1. p. 8. num. 7.

Apoſtata apoſtatando à fide duplex peccatum committit. ſ. peccatũ hæreſis, & peccatum paganiſmi, vel iudaiſmi auth. t. 2. de legib. d. 3. quæſt. 2. P. 6. num. 3.

Apoſtata dicitur, qui à vera religione diſcedit animo deſerendi ſtatũ religioſum, ſeu intentione non redeũdi ad religionem Sanch. lib. 7. cap. 8. num. 1 Nauarr. cõſ. 7. de ſtat. monac. auth. ib. de clauſur. q. 2. p. 11. §. 1. num. 1.

Apoſtatæ, & fugitiui non ſunt idem. Rodriq. t. 1. q. regul. q. 30 art. 2. Mandoſ. de ſign. gratiæ verb. licentiæ Sanch. in oper. moral lib. 6. cap. 8. n. 1. auth. ib. num. 6.

Apoſtatæ, & fugitiui, vbique capi poſſunt à ſuo ſuperiore Nauarr. comment. 3. de regul. num. 50. Rodriq. t. 1. q. 30. art. 6. Sanch. l. ci. n. 33. & 36. auth. ib. §. 3. n. 1.

Apoſtata non gaudet priuilegio Religionis, ſi dimiſſo habitu prætendat irritam eſſe profeſſionem S. C. Trid. ſeſſ. 25. cap. 19. de regul. Sanch. l. cit. nu. 34. auth. ib. n. 2.

Apoſtata, & fugitiuus gaudet priuilegijs totius religionis Mãdoſ. de priuileg. ad inſtar Gl. 3 num. 8. Sanch. vbi ſup. nu. 35. auth. ib. n. 3.

Apoſtata fugiẽs, cum habitu ſuæ religionis, non afficitur excõmunicatione author. ib. p. 2. num. 5.

Apoſtata poteſt eligi in ſuperiorem peracta pœnitentia, niſi alia ſubſit circumſtãtia Azor. 1. par. lib. 12. cap. 17. quæſ. vlt. Sanch. lib. 6. cap. 8. n. 32. auth. ib. p. 11. §. 3. n. 6.

Apo-

poſtata iure communi non eſt excommunicatus Sanch. q. *r*. p.2.num.*ſ*.vbi ſup.Leſſ. lib.2. de iuſt.cap.41.dub.1*ſ*.n. 109. Azor. *r*. par. lib. 12.cap.17. quæſ.6.author.ib.*§*.4 n.1.

poſtatę in aliquibus religionibus ſunt excõmunicati, vt in Societate Ieſus auth. ib. n. 2.

poſtata religionum participãtium priuilegia Societatis Ieſu non ſunt excommunicati præciſis ſuæ religionis priuilegijs auth.ib.num.3.

poſtata non poteſt ordines ſuſcipere,nec ſuſceptos exercere Vgol. de irregul. cap. 36.*§*. 4.Maiol.lib.*ſ*.cap.30. Sanch. lib.6.cap.8.num. 26. auth. ib num.4.

poſtata, qui tempore apoſtaſiæ Sacrum ordinem ſuſcepit, non poteſt dimiſſa apoſtaſia ad ſuperiorem ordinem promoueri ante diſpenſationem Summi Pontificis Sanch.l.cit. num.10.Panorm.in cap.fin.n. 2.de apoſtaſ. auth.ib.n.5.

poſtatam detinens non eſt excommunicatus, niſi admonitus ab ordinario loci eum dimittere nolit,iux.Bull.Paul. 4. auth.ib.*§*.*ſ*.n.1.

poſtatã detinens ordinis prædicatorum in ſuis Monaſterijs excommunicatus eſt ex conſtit.Bonifacij teſte S.Antonin. 3.par.tit.24.cap.7. author ib. num.2.

Apoſtata à fide nõ eſt capax indulgentiæ D.Thom. in add.ad 3.par.q.27.art.1.Suarez d.*ſ*2. ſect.2.auth.t. *r*. de Sacram. d. 6.q.*r*.p.4.n.2.

Apoſtatæ à fide ſunt denunciandi cap.non poteſt 2.q.7.ca. beatus 2.q.4. cap. Chriſtianos de heret. in 6.Valent.t.3. d. r.q. 12.p. 1. auth.ib.de tractatio. var.d.6.p.2.n.10.

Apoſtata valide celebrat matrimonium Guttier.de matrim. cap.114.Reginal.lix.31. num. 167. auth ib. de Magn. matr. Sacr.q.3.p.7.n.2.

Apoſtata an dicatur, qui dimittit habitum ſuæ religionis vide inf.lit.H.verb.habitus.

APPELLATIO.

Appellatio eſt licita die feſto.Panor.in cap.fin.de fer. Gl. i*b*. Caiet.2.2.q.122.artic. 4.verſ. ſed ad hoc.auth.t. 2. de legib. d.*ſ*.q.vnic.p.2.n.13.

Appellatio eſt facienda corã Iudice Eccleſiaſtico,quando cauſa fuit ſemel deciſa per duos Iudices,vnum Eccleſiaſticum, alterum verò laicum, in quos fuerat compromiſſa Calcan. conſ.final. Felin. in cap.1. de præſcript.n.6.Couarr.var.reſol.cap. 12. in principio t. 2. auth.ib.d.10. q.2. p.1.*§*.1.nu. 31.

Appellatio à ſententia ſub conditione lata,excuſat ab incurrenda pœna, etiam ſi poſtea ap-

appellatio ipſa fuerit derelicta Couarr. in cap. Alma mater p. 1. §. 10. Vgol. tab. 1. cap. 13. n. 18. auth. t. 1. de cenſur. d. 1. q. 2. p. 2. n. 3.

Appelatio in dubio non præſumitur præceſſiſſe excommunicationem, ſed è contrario Couarr. l. cit. §. 2. Sanch. in Sum. lib. 1. c. 10. num. 59. auth. ib. n. 5.

Appellationis legitime duo ſunt conditiones, prima vt fiat in probabili cauſa, & ſufficienti, vel ſaltim, vt appellans, hoc faciat bona fide, ſecunda, vt appellatio fiat debito tempore. Cap. quo ad conſultationē de re iud, auth. ib. n. 8.

AQVA.

Aquam non benedictā adhibens in baptiſmo grauiter peccat Clem. vnic. de baptiſm. Em. Sà verb. baptiſmus num. 3. & alij author. t. 1. d. 2. q. 2. p. 7. num. 19.

Aqua à vite extorta non eſt materia Euchariſtiæ S. Thom. q. 74 art. 5. Suarez d. 43. ſect. 1. Valent. t. 4. d. 6. q. 2. p. 1. verſ. nunc, quo ad alterum auth. ib. d. 4. q. 2. p. 2. n. 7.

Aqua eſt miſcenda vino in conſecratione S. C. Trid. ſeſſ. 22. cap. 7. & 9. & ſolum de neceſſitate præcepti Tolet. lib. 2. c. 25. num. 3. Graff. p. 2. lib. 1. ca. 6. num. 17. Vaſq. 3. par. d. 176. c. 1. auth. ib. p. 4. n. 1.

Aquam omittens in conſecratione calicis peccat Nugn. q. 74. art. 7. & qui ſcienter, hoc facit priuatur offitio, & beneficio. cap. literas de celebrat. miſſar. cap. cum omne crimen de conſecr. diſt. 2. author. ib. num. 2.

Aqua miſcetur cū vino in conſecratione ex pluribus rationibus. prima ad imitationē Chriſti, Secunda, quia tali modo rapreſētatur ſanguis, & aqua, quæ de Chriſti latere effluxerunt. Tertia, quia Sacramentum Euchariſtiæ fuit inſtitutū per modum potus, & cibi, & ſicut vinum ſolet in potu, cū aqua miſceri, ita in hoc Sacramēto. Quarta, quia per huiūſmodi commiſtionem repreſentatur effectus Sacramenti, qui eſt vnio cū Chriſto aqua n. ſignificat populum, ita S. C. Trid. ſeſſ. 22. cap. 7. author. ib. num. 3.

Aquam ex obliuione ommittēs, ſi id aduertat ante conſecrationē, debet illam ſtatim apponere etiā ſi moraliter ſciat aquā nō eſſe in vinum conuertendā; peracta verò cōſecratione nullum extat præceptū de infundenda aqua Suarez. d. 45 ſect. 2. concl. 2. author. ib. num. 6.

Aquæ vino miſcenda quantitas debet eſſe modica S. Thom. q. 74. art. 8. Suarez l. cit. num. 27.

Viual.

Viual.de Euchariſt.p.3.n. 10. auth.ib.num.4.
qua miſcenda eſt vino iux. cõſuetudinem Eccleſiæ circa tẽpus Graff. 2.par. lib.1.cap.6. num.17.Suarez ſect. 3. Regin. lib.29.num.27.auth.ib.n.5.
qua vino mixta non immediatè conuertitur in ſanguinem S. Thom.q.74.art.8.Vaſq.3. par.diſp.178. cap.2.Azor.lib. 10. cap. 28. quæſ.1.licet mediatè mediante vino, in quod aquá prius conuertitur auth. ib.n.7.
qua nondum in vinum conuerſa ante conſecrationem, non cõuertitur in ſanguinem poſt conſecrationem. Vaſq.3. par. q.79.cap.2.auth.ib.n.8.
qua in vinũ conuerſa poſt inchoationem formæ, quamuis non ſit forma abſolutè completa non ſit ſanguis Suarez d. 57.ſect.1.auth.ib.n. 10.
qua non in vinum conuerſa inchoata forma, ſit poſtea vinum ſi remaneat cum ſpeciebus vini per tempus ſufficiẽs ad conuerſionem Valent.t.4. d.6.q.5.p.3 in fi.Reginal. lib. 39.num.36.Suarez d. 57. ſect. 1.auth.ib.n.11.
qua verè benedicta remittit peccata venialia ſecus ſi fuerit recepta,vt benedicta à ſic ſibi perſuadente, cum non fuerit benedicto Graff.lib.1.deciſ.c. 6.num.11.auth. ib.d.4.q. 1.p. 2.n.6.& 7.

Aqua benedicta ſumi non poteſt ab excommunicato.Suarez d. 12.ſect. 3. n.8.Nauarr.ca. 27, num.12.Couarr.cap. Alma mater §. 3.num.7.auth. ib.de cenſur.d.2.q.2.p.3.§.2.n.9.
Aquam inuenire adhibita virga ſalicea,vel amigdalina, vel ſãguinula nõ eſt ſuperſtitioſum auth.t.2.de legib.d.3.q.5.p.4 num.14.

ARCHIEPISCOPVS.

Archiepiſcopus poteſt diſpenſare in votis ſuffraganeorum Cl.reg.lib.6.cap.11.n. 7.dub. 12.Sanch.lib.4.de vot.cap.38 num.76.Henriq. de pœnit. q. 7.p.5.§.2. num.6. author t.2. de legibus d. 4. q. 2. p.2.§.4. num.7.
Archiepiſcopi poſſunt leges cõdere in eorum dioceſi, non tamen poſſunt obligare totã prouinciam, extra prouinciale Concilium cap. ſicut primas.q.9.3.cap. ſicuti olim.de accuſat.Sanch.de matrim.lib. 8.d.17.num.36.auth.ib.d.1.q. 1.p.3.n.25.
Archiepiſcopus inualidè diſpenſat ſine cauſa in decret. Concilij prouincialis auth.ib. q.2. p.3.n.4.
Archiepiſcopus non poteſt abſoluere ſubditos ſuffraganeorum à reſeruatis, niſi in caſu viſitationis prouinciæ, vel in caſu appellationis cap fin. de cenſur.in 6.Henriq.lib.9 cap. 7.n.

F 2

7. num. 5.& 16.Suarez.d.25. ſect.1.num.14.& d.30. ſect.2. num. 8. auth.t.1.de Sacram. d.5.q.7.p.5.§.2.n.5.

Archiepiſcopi poſſunt abſoluere Epiſcopos ſuffraganeos, Henriq.l.cit.auth.ib.n. 6.

Archiepiſcopi cænſure non cõprehendunt ſuffraganeos, eorumque ſubditos,niſi ſint latę in Concilio prouinciali.Vgol. tab.1.cap.1.§.15. & 16.Sayr. de cenſur.lib 1.cap.7. nu. 23. auth.ib.de cenſur.d.1.q: 1. p. 11.n.19.

Archiepiſcopus non poteſt abſoluere ſubditos ſuffraganeorum à cenſuris latis à ſuffraganeis,vel à Sede Apoſtolica, niſi in caſu appellationis, vel delegationis.Suarez. d.7.ſect. 2.num.32.t.5.& etiam poteſt eos abſoluere, quando ſuffraganeus malitioſè differt abſolutionem, & in caſu viſitationis diœceſis, Couarr. all.cap. alma mater. p. 1.§.2.Auil.2. par.cap.7.d.1.dub.10.Suar.t. 4.d.30.ſect.2.n.8.auth.ib.d.1. q.3.p.2.n.7.

ARMA.

*A*rma deferre iure humano eſt prohibitum clericis Clem. 1. de vit.& honeſt.cler.& incurrũt excommunicationem ferendam ab Epiſcopo auth.t.1 de Sacrament.d.8.q vnic.p.5. n.5.& 6.

*A*rma tradens alteri, quibus accipiens hominem occidit non fit irregularis, ſi tradens ab occiſo non poterat ſe defendere Nauarr.cap.27.nu. 212. Sayr.lib.6.cap.7.nu.14. Reginal. lib.30.tract.2.num. 109. auth.ib.de cenſur.d.7.q. 4.p.6 num.9.

*A*rma præbens Clericus gerentibus bellum iuſtum, non fit irregularis, dummodo non præbeat arma ad occidẽdum hunc, vel illum in particulari Suarez ſect.6. num. 11. Reginal.l.cit.n.159.auth.ib.d.7. q. 4.p.4.n.11.

*A*rma vendens in bello iuſto nõ fit irregularis cap. petitio tua de homicid. Auila p. 7. d. 6. dub.2.auth.ib.n.9.

*A*rma Saracenis deferens vnicã incurrit cenſuram.Sayr. lib.1. cap.10.n.11.auth.ib.d.1.q.1. p.5.n.12.

*A*rmorum fabricatores,nõ ſunt irregulares Suar.d.45. ſect. 3. n.5.Nauarr.cap.27. num. 68. auth.d.7.q.4.p.1.n.13.

ASSASINIVM.

*A*ſſaſini nomen, tripliciter accipitur. primo pro quodam generę infidelium Saracenorum Suarez c.11.n.15.Secũdo pro illis, qui homines in vijs publicis inuadunt.Tertio pro illis,qui pecunia,vel alio pretio accepto, promiſſoue; prauio mandato occidunt homines Imol.in ca.1.de homicid.in 6.

Sua-

uarez l. cit. cap. 11.num.15. Menoch.de arbitr.iudic.lib.2 entur.4.caſu 360.n.41. Clar. .aſſaſſinium in princip. auth. .2.de legib.d.3.q.7.§.4.num. 8.

ſſini non gaudent immuniate Eccleſiaſtica ex conſtit. Greg.xiv. auth. ib.n.17.

ſſinium rei natura,tam comniĉtitur, occidendo fidelem, uam infidelem,ſed veraciteron commiĉtitur,niſi occidaur Chriſtianus Clar. l.cit.Baard.in addit. additi Clar.§.aſaſſinium num.13 Maſcar.t.1 oncl.138.num.1.auth. ib. nu. 9.

ſſinium proprie commiĉtiır,dum datur mandatũ occiendi,non aut mutilandi tanım cap. pro humani de hoicid.in 6.Gabr.concl. 1.deelict. num. 30. Decian.lib.9. ap. 30. num. 41.& alij apud laſcard.l.cit.num.2.auth.ib. um.20.

ASSECVRATIO.

curatio eſt contractus, quo iis ob pretium, vel aliud inreſſe, ſiue gratis ſuſcipit in periculum rei alienæ, obliındo ſe ad illius compenſaonem ſi perierit, & hic conactus reducitur ad contraum innominatum,Silu. verb. goriũ. quæſ. 4.Graff.1.par. .2 cap.11.Leſſ.lib.2.cap.28. ıb.4.auth.ib n.2.

Aſſecurationis conditiones plures ſunt, prima vt adſit æqualitas inter pretium datum aſſecuranti, & obligationem, quam aſſecurator in ſe ſuſcipit conſideratis circumſtãtijs temporis,loci,& perſonarum Secunda, vt qui petit aſſecurationem non cogat alterum ad cõtractum aſſecurationis. Tertia, vt aſſecurator admoneatur, vel certus ſit de veris periculis ab eo,qui petit aſſecurationem, quibus res aſſecuranda ſubiacet, Quarta, vt res de qua aſſecuratio petatur verè exiſtat.Quinta,& vltima, vt non ſolum res ſubſiſtat,ſed etiam ſit periculo expoſita alias ſi aſſecurator ſciret ante contractum rem deueniſſe ad portum, nihil poſſet accipere Azor. 3.par.lib. 11.ca.18.dub.5.9. & 10. auth. ib. n.3.

Aſſecurationis contractus non eſt validus, quando aſſecurator fingit ſe habere bona ad ſatisfaciendum,re pereunte, cum re vera non habeat Mol. t.2.d.257.Azor.l.cit. auth. ib. num.4.

Aſſecuratores tenentur ad reſtitutionem re pereunte iuxta conuentionem.Molin.l.cit.n. 6.auth.ib.n.5.

Aſſecurari poteſt vita. Molin. l. cit.num.7.Azor.l. cit. dub. 8. Garſ. de contract.par.2.cap. 15.

15. contra Silueſtr. verb. negotium quæſ.4 in fin auth. ib. num.6.

ATTENTIO.

Attentio in oratione eſt neceſſaria Caiet. 2. 2. q.83.art.3. Suarez t.2.de religioſ.lib.3. c. 4.num.3.auth.t.1. de horis canon. d. 1.q.3.p.2.§.2.nu.1.eſt etiam neceſſaria ad officium recitandum Nauarr. cap. 25. num.133.Azor.par.1.lib.10.c. 12.quæſ.6.auth.ib.num.4.ſiue ſit ad verba, ſiue ad ſenſum verborum Suar.l. cit. num.18. & auth. num. 5. etiam in eo, qui coronam recitat ex deuotione, id Azor. cap. 12.quæſ. 11.& auth.ib.num.7. niſi quis recitaret recreationis, vel memoriæ cauſa,vide inf.verb.recitans.

Attentio virtualis ſufficit ad officium deuotè recitãdũ Azor. d.cap.12.Tolet.lib.2. cap. 13. num.9.auth.ib.num.15.& 17. Sed non ſufficit habitualis, vt ib.habetur,& dicitur actualis, qua quis actualiter attendit ad ſenſum verborum, vel ad pias meditationes, virtualis qua,quis in principio orationis cogitat, & proponit velle orare attentè, & deuotè, ſed inuolũtariè diſtractus proſequitur orationem, hic talis dicitur virtualiter orare. Habitualis eſt qua, quis ex vſu, ſiue ex conſuetudine orat nihil in principio de oratione cogitando, & propterea nihil ad actum,quem facit aduertẽdo auth.ib.num.16.& 17.

Attentio ſufficit implicita,& tacita Nauarr.de oratio.cap.13 num.15.Suar.lib.3.cap. 3. nu. 6.auth.ib.num.18.

Attentio in intentione includitur auth.ib.n.19.

Attentio ſufficiens in intentione generali includitur auth. ib.num.21.& dicitur ſufficiens in eo,qui Deum laudare intẽdit, vel muneri ſuo ſatisfacere Suar.t.7,de relig.lib.3. cap. 3. num.6. auth.ib.num.23.& inf. verb.recitans.

ATTRITIO.

Attritio eſt dolor quidã imperfectus ad diſtinctionem contritionis, quæ eſt dolor perfectus, qua quis deteſtatur peccatũ, & eſt multiplex, prima eſt qua, quis dolet de peccatis commiſſis ob finem turpẽ, & hæc non eſt vera,& bona attritio,ſed illicita, & peccaminoſa. Secunda eſt, qua quis dolet de peccato ob motiuũ, ſeu finem naturalem,vt ſi quis doleat de peccato, quatenus eſt contra rationem, vel quatenus eſt offenſa Dei conſiderati, non vt finis ſupernaturalis,ſed vt finis naturalis. Tertia eſt attritio particularis, & non vniuerſalis, qua quis dolet ſolum de aliquo peccato,

&

& non de omnibus. Quarta eſt, qua quis dolet de peccatis, abſque firmo propoſito ea in futurum vitandi, Quinta eſt attritio ſupernaturalis, quæ elicitur impulſu Spiritus Sancti excitantis, & mouentis hominem ad talem actum eliciendum,& hæc eſt vera,& bona attritio, quæ duplex inuenitur vna,qua quis deteſtatur peccatum,ob turpitudinẽ ipſius peccati, quatenus eſt iniuria Dei, altera, qua quis deteſtatur peccatum ob timorem gehennæ, aut aliarũ pœnarum, & ad iſtam attritionẽ reuocatur dolor, & deteſtatio peccati ex amore vitæ æternæ ita Bellam.de pœnit.lib. 2.ca. 7.verſ.tertius eſt timor. Coninch. d. 1. de pęnit.num.21. auth.t.1.de Sacram. d.5.q.5. p.3.n.1.

Attritio ſufficit ſuſcipienti bona fide Euchariſtiã Suar.d.7. ſect. .de Sacram. Coninch. q. 62. art.1, dub. 2.auth.ib.d.1.q.4. p.2.n.4.

Attritio virtualis ſufficit ad matrimonium, ſiue ad baptiſmum, Suar.d.29.ſect. 3. concl. 3.S. Thom.q.69.art. 14.Sot.diſt.6. ſect.1.art.7.auth.ib.d.2.q.1.p. n.9.

Attritio eſt neceſſaria ſuſceptuo baptiſmum C.Trid.ſect. 6. can.7.S.Thom.q.64.artic. 4. Vaſq. 3.par.d.168.cap.4.Tol. lib.2.c.21.n.3.anth.ib.d. 2. q. 2.p.6.n.24.

Attritionis defectu in baptiſmo impeditur gratia, nõ character auth.ib.n.28.

Attritio eſt neceſſaria in Sacramento pęnitentiæ Coninch. d.4.dub.5.num.39.concluſ.1. Suar.d.5.ſect.1.n.1.auth.ib.d. 5.q.5.p.3.n.2.

Attritio ſupernaturalis efficax, & vniuerſalis requiritur ad recipiendum Sacramentum pęnitentiæ, vt teſtantur DD. communiter contra Sot.in 4. diſt.18.q.3. & alij, apud Suar. d.5.ſect.1.n.4. auth. ib. num.3. & 8.

Attritio differt ſpecie à contritione multis ex rationib. Prima,quia attritio dicitur dolor imperfectus, contritio verò dolor perfectus,Secunda,quia diuerſus eſt inter attritionẽ, & cõtritionem motiuus,Tertia,quia cõtritio eſt actus charitatis, attritio verò eſt actus virtutis pęnitentiæ, Quarta quia contritio eſt ex ſe diſpoſitio ad gratiã, cum peccator per contritionem cõſtituatur in gratia, attritio verò non ſufficit,quo ex ſe ad conſequẽdam gratiam,niſi coniungatur cũ Sacramento, ita S.Tho.q. 1.de part.pęnit.art.3.Suar. d. 5.ſect.3.Vaſq.q.82.art.1.dub. 2.n.14.auth.ib.n.11.

Attritio, quæ eſt eſſentialis pars Sa-

Sacramenti differt à ſupernaturali, quæ requiritur ad recipiendum Sacramentum cum fructu, quia attritio, quæ eſt pars eſſentialis Sacraméti poteſt eſſe dolor naturalis, dolor verò requiſitus ad fructũ Sacramenti debet eſſe ſupernaturalis Henriq. ca. 26. num. 2. Vaſq. q. 92. art. 2. dub. vnic. n. 13. auth. ib. n. 12.

Attritio ex ſe non delet venialia C. Trid. ſeſſ. 14. cap. 5. Vaſq. in manu ſcript. art. 1. q. 87. dub. 1. contra Suar. d. 15. ſect. 3 num 8. auth ib. q. 6. p. 3. n. 8.

Attritus recipit gratiam in ſuſcipiendo Sacr. ordinis, vel confirmationis auth. ib. d. 1. q. 6. p. 2. n. 14. & 15.

Attritus non iuſtificatur per ſacrificium Henriq lib. 9. ca. 14. num. 15. Mirand. in manual. prælat. par. 1. q. 41. art. 8. concluſ. 2. & 3. auth. ib. d. 4. q. vlt. p. 3. n. 3.

Attritus nõ poteſt ſaluari, abſq; Sacramento pęnitentiæ ſi habeat copiam confeſſarij auth. ib. d. 5. q. 2. p. 5. n. 7.

B

BALSAMVM.

BAlſamum eſt de neceſſitate Sacramenti confirmationis Pitigian. d. 7. art. 3. q. 1. & colligitur ex Concil. florent. & alijs, quãuis Valent. t. 4. d. 5. q. 1. p. 2. verſ. quæſtio, quãuis Nauar. c. 22. num. 8. Em. Sà verb. cõfirmatio num. 7. teneant eſſe ſolum de præcepto auth. t. 1. de Sacram. d. 3. q. vnic. p. 3. n. 2.

Balſamum ab Epiſcopo eſt benedicendum S. Tho. q. 72. art. 4. Suar. d. 33. ſect. 2. auth. ib. num. 3.

Balſamum non eſt neceſſarium in magna quantitate auth. ib. num. 6.

BANNITI.

Banniti poſſunt à priuato homine interfici, Silu. verb. homicidium 2. par q. 3. nu. 7. & verb. aſſaſsinus quęſ. 3. Azo. 3. par. lib. 2. cap. 2. quæſ. 2. Tolet. lib. 1. cap. 25. auth. t. 2. de reſt. d. 2. q. vlt. ſect. 1. §. 2. n. 2.

Banniti poſſunt ſe ipſos inuicem proditoriè, & per inſidias occidere Clar. §. homicidiũ, verſ. ſed an licebit Decian. tract. crim. lib. 7. cap. 31. quamuis Sotus ſit in contraria opinione, & eiuſdem eſt auth. ib. num. 3.

Banniti nõ poſſunt occidi à Clericis auth. ib. n. 4.

BAPTISMVS.

Baptiſmus eſt Sacramentũ conſiſtens in ablutione corporis exteriore ſub præſcripta verborum forma, inſtitutus à Christo ad regenerationem ſpiritualem. S. Tho. q. 66. art. 1 Nauarr. cap. 22. num. 5. auth.

t. 1.

. 1. de Sacram. d. 2. q. 2. p. 1. um. 1.
ptiſmus nõ eſt iterabilis. Roriq. in Summ. cap. 25. de marim. concluſ. 2. Vittor. de batiſ. concl. 35. auth. ib. q. 2. p. 5 um. 20.
tiſmus non poteſt conferri nfanti in vtero matris exiſtẽi, licet ſtante periculo mors poſſit baptizari, eo modo, uo poterit, dummodo aqua nfũdi poſsit, vt deueniat ad nfantem S. Thom. 3. p. q. 68. rt. 1. Tolet. lib. 2. cap. 18. num. .& alij auth. ib. p. 3. n. 24.
tiſmus eſt neceſſarius neceſtate medij in re, vel ſaltim in oto, quando non eſt facultas lum ſuſcipiendi in re. Vaſq. 3 ar. d. 149. cap. 1. 2. & 3. Henq. lib. 2. cap. 3. Suar. d. 27. eſt etiam neceſſarius neceſsite præcepti auth. ib. p. 2. um. 3.
iſmum filijs conferendum tabiliter differentes peccãt ortaliter, niſi dilatio nõ exdat tres, vel quinque dies æciſo periculo infãtis bapandi Henriq. l. cit. num. 3. ſq. 3. par d. 149. ca. 4. num. .& 39. auth. ib. n. 6.
iſmum ommittens non poſt ſaluari auth. ib. n. 8.
iſmus fuit neceſſarius Bea. Virgini Henriq. l. cit. cap. 5 . Sot diſt. 4. q. 6. Silu. verb. tiſmus nu. 11. auth. ib. n. 9.

Baptiſmi ſuſceptio non incepit obligare poſt prædicationem ipſius baptiſmi, ſed poſt mortem Chriſti reſpectu eorum, quibus Baptiſmus fuerat promulgatus, reſpectù verò omnium perſonarũ incepit obligare poſt ſufficientẽ promulgationem Euangelij factam vniuerſo mundo auth. ib. n. 11 & 12.

Baptiſmo adhibetur ſolũ aqua, non autẽ ignis auth. ib. p. 3. n. 11.

Baptiſmus non eſt validus ſi tãtum capilli abluantur, ſi verò baptizandus ſit natus cũ pelle peroſa, itavt aqua penetret & perueniat ad carnes infantis; valet baptiſmus Silu. verb. baptiſmus 4. num. 2. auth. ib. num. 20.

Baptiſmus eſt inualidus, quando contigit ſubſtantialis mutatio in verbis, ſecus verò ſi mutatio fiat tãtummodo accidentalis, ita Tolet. lib. 2. cap. 19. num. 4. Viuald. de baptiſ. cap. 2. num. 9. Graff. 2. par. lib. 1. c. 3. num. 16. auth. ib p. 4. n. 9.

Baptiſmus collatus in nomine Dei, Crucis, vel Chriſti non eſt validus S. Thom. q. 66. art. 5. auth. ib. n. 8.

Baptiſmus non poteſt valide adminiſtrari in nomine genitoris, geniti, & ſpirati, S. Thom. l. cit. Tolet. l. cit. num. 2. Rodriq. in Summ. ca. 25. de bap-

tiſm.num.1.auth. ib.num.12.

Baptiſmus inualide miniſtratur ſub hoc modo; intendo te baptizare auth.ib.n.14.

Baptiſmus eſt validus ſi ommittatur ego, & amen, non autẽ alia verba Sot. diſt.3.artic.5. Vaſq.d.142.num.30. Henriq. lib.2.cap.8.num.6.auth. ib.n. 16.

Baptiſmus collatus in nomine Beatæ Mariæ Virginis, vel Sãctorum non eſt validus cap. ſi non te. de conſecr.diſt.4. ita Sot. diſt. 1. ſect.1.art.8.Henriq.l.cit.cap.8.num.2.auth.ib. num.19.

Baptiſmus poteſt pluribus vnica forma conferri Henriq. lib.1. cap.7.num.5.& lib.2.cap. 12. num.1.& 3.& cap.30. num.1. Vaſq.d.148.cap.7.num.50.S. Tho. q.66.art.5.ad quartum auth.ib.n.21.

Baptiſmus nõ poteſt à pluribus vnica forma conferri, S.Tho. 3. par. q.67.art.6.Vaſq. ib.d. 148.cap.1.num.2.& 4.Valẽt. t.4.d.4.q.2.p.2.auth.ib. num. 25.

Baptiſmus collatus cum errore perſonæ eſt validus, Sot.in 4. diſt. 1. q. 5. art. 8.Silu.verb. Baptiſmus 3.quæſ.5.Sayr.de Sacram.in gen.lib.2. cap.4.q. q.6.auth.ib.num.26.

Baptiſmus collatus ab hæretico validus eſt Tolet.lib.2.ca.20. num.5.Rodriq.in Summ.cap. 25.de baptiſ.concl.1. Vict.de Sacram.q.30.auth.ib.p.5.n.6.

Baptiſmus in caſu neceſſitatis conferendus eſt hoc ordine, vt præſente viro fœmina non baptizet; nec vir Laicus præſente Clerico, nec Clericus, licet Diaconus præſẽte Sacerdote; inuerſio, autẽ huius ordinis non inducit culpam mortalem; niſi adſit Sacerdos, verum in hoc caſu, etiam propter ignorantiam poſſet excuſari, aut etiam propter neceſſitatem infantis ſi Sacerdos nollet baptizare Suar. d. 31. ſect.4. verſ. ſed quæres primo Rodriq.in Summ.dicto.ca.25. de baptiſ.concl.1.Tolet.lib.2. cap.19.num.8.auth.ib.nu. 21.

Baptiſmus collatus, iam baptizato non eſt validus, auth. ib. num.21.

Baptiſmus ſuſceptus, cum metù graui eſt validus, ſi baptizatus habuit intentionem illum ſuſcipiendi, ſecus verò ſi nõ habuit intentionem auth.ib.p.6 num.21.

Baptiſmus à non attrito, vel carenti debita reuerentia ſuſceptus, validus eſt, quo ad caracterem non autẽ, quo ad gratiam, & remiſſionem pœnæ, auth.ib.n.28.

Baptiſmi adminiſtratio inducit cognationem Spiritualem vide inf.verb.cognatio.

Baptiſmi iteratio publica, vel oc-

occulta inducit irregularitatem, & conſequenter, tam baptizans, quam re baptizatus ſit irregularis cap. ex literarũ de apoſt. cap. confirmandum diſt. 50. Couarr. in Clement. ſi furioſus. 1. p. num. 8. Nauarr. cap. 2. num. 246. auth. ib. de cenſur. d. 7. q. 3. p. 3. n. 1.

Baptiſmi iteratio facta ex ignorantia iuris, vel facti excuſat ignorantem ab irregularitate Tol. lib. 1. cap. 20. Auila p. 7. d. 7. dub. 2. auth. ib. n. 3.

Baptiſmi ſuſceptionem differẽs, vſque ad ſenectutem, vel egritudinem incurrit irregularitatem Suar. d. 42. ſect. 1. num. 1. Tolet. lib. 1. cap. 65. nu. 7. quæ irregularitas non tollitur per ipſum baptiſmum auth. ib. nu. 11. & 12.

Baptiſmum iterans, poteſt diſpenſari ab Epiſcopo ſuper irregularitate, quæ incurritur, quando quis alium publice baptizat, ſed neſcitur vtrum, qui baptizatur fuerit antea baptizatus Sanch. de matrim. lib. 2. d. 37. num. 13. Sayr. lib. 7. cap. 10. num. 16. auth. ib. num. 10.

Baptiſmus, & confirmatio poſſunt adminiſtrari tempore interdicti localis cap. quoniam de ſent. excomm. in 6. cap. Alma mater eo tit. auth. ib. d. 5. p. 3. 5. 1. n. 1.

Baptiſmus, & confirmatio poſſunt adminiſtrari perſonæ interdictæ perſonaliter; interdicto generali, ſed ſi fuerit ſpecialiter interdicta talis perſona nõ licebit extra neceſſitatem Sayr. cap. 7. num. 6. Suar. d. 33. ſect. 1. num. 6. auth. ib. num. 5.

Baptizandus eſt abluendus in illa parte corporis, qua abluta verè ſit dicere hominem eſſe ablutum Chamerot. tract. 2. de baptiſ. cap. 2. dub. 6. & alij auth. ib. de Sacram. d. 2. q. 2. p. 3. n. 19.

Baptizandus eſt, quis inuitus parentibus, ſi vſum rationis habeat, & petat baptiſmum S. Thom. 3. par. q. 68. art. 15. Em. Sà verb. baptiſmus num. 11. ſi verò dubitetur, an vſu rationis vigeat, tunc etiam baptizandus eſt ſecundum opinionem Sot. diſt. 39. art. 3. & diſt. 5. art. 15. auth. ib. p. 6. num. 11. tenet talem eſſe baptizãdum ſi ſeptem nium compleuerit, ſi verò non compleuerit, & eſt filius infidelium, non erit baptizandus inuitis parentibus, quia vſu rationis caret.

Baptizandus cum ſolo peccato originali, non tenetur dolorẽ elicere Suar. d. 28. ſect. 1. S. Tho. in add. q. 2. art. 2. Henriq. lib. 2. cap. 24. num. 3. & ca. 26. num. 1. auth. ib. n. 26.

Baptizans ſollemniter infantem alterius parochiæ, abſque neceſ-

ceſsitate, peccat, ſed aliquam pœnam non incurrit auth. ib. p. 5. num. 10.

Baptizans ſub conditione eum, quem ſcit eſſe baptizatū, non eſt irregularis Sayr. cap. 28. n. 23. auth. ib. de cenſur. d. 7. q. 3. p. 3. n. 4.

Baptizans alterum abſolutè de quo dubitat, an ſit baptizatus non ſit irregularis, ſi diligentiā adhibuerit ad veritatem percipiendam auth. ib. n. 5.

Baptizans filium propriæ cōcubinæ, non poteſt deinde cum ea matrimonium contrahere Guttier. cap. 84. nu. 12. Sanch. lib. 7. d. 62. num. 14. auth. ib. de magni matrim. Sacram. q. 5. p. 5. §. 2. n. 11.

Baptizans proprium filium incurrit impedimentum impediens matrimonium, dummodo hoc agat malo animo, vt contrahat cognationem cum alio coniuge, ne debitū reddat hic enim contrahit impedimentum, vt mortuo coniuge, non poſſit cum alio cōtrahere Can. de eo 30. q. 1. auth. ib. p. 14. n. 17.

Baptizare licet in peccato mortali ob neceſſitatem infantis S. Thom. q. 64. artic. 6. Nauar. cap. 25. num. 12. Sayr. lib. 2. c. 7. q. 1. Vaſq. d. 139. ca. 3. num. 31. idemque eſt in laico Vaſq. l. cit. num. 139. Em. Sà verb. ſacramentum n. 1. auth. ib. de Sacram. d. 1. q. 3. p. 2. §. 2. num. 11.

Baptizare non licet ſine conſueta ceremonia Sot. in 4. diſt. 10 q. vnic. art. 8. concl. 3. Henriq. cap. 7. num. 4. auth. ib. d. 2. q. 2. p. 3. n. 17.

Baptizare non licet omnibus, abſque neceſſitate S. Thom. 3 par. q. 67. art. 3 Henriq. lib. 2. cap. 18. n. 1. Suar. d. 31. ſect. 4. verſ. ſecundò grauiter auth. ib. p. 5. n. 9.

Baptizare non dicitur, qui animo iocandi, vel lucrandi baptizat auth. ib. p. 5. num. 14.

Baptizatus non videtur ille, cuius pes tantum fuit ablutus S. Thom. in 4. ſent. diſt. 6. q. 1. art. 1. Tolet. lib. 2. cap. 18. num. 8. Victor. de Sacram. q. 31. auth. ib. p. 3. n. 23.

Baptizatus non dicitur, qui fuit delatus ad fontem, ſed periit forma nondum perfecta, ita communiter DD. contra Silu. auth. ib. n. 25.

Baptizatus remanet moribūdus in flumen deiectus, Suar. d. 2. ſect. 3. verſ. qua propter Vaſq. d. 145. cap. 3. n. 19. Henriq. c. 3. n. 3. auth. ib. n. 26.

Baptizatus remanet, qui ſubmiſſus fuit aquæ defluenti è tecto auth. ib. n. 28.

BEATI.

Beatis non prodeſt miſſæ ſacrificium, niſi quatenus per ſe ipſum coluntur, & honorantur Silu.

Silu. verb. miſſa quæſ. 8. num. 8. Armill. eo. verb. num. 8. auth. ib. de Sacram. d. 4. q. vlt. p. 5. num. 7.

eatis non proſunt indulgentiæ, auth. ib. d. 6. q. 1. p. 6. num. 10.

eatis non proſunt ſuffragia, auth. ib. q. 2. p. 3. n. 8.

eati non vtuntur virtute fidei, vel ſpei S. Thom. de fid. q. 5. art. 5. Becan. 2. 2. de fid. ca. 11. q. 1. num. 4. auth. t. 2. de legib. d. 3. q. 2. p. 1. n. 7. & 8.

Beatis nondum canonizatis, quænam adoratio tribui debeat, & an poſſint publicè inuocari, vide ſupra verb. adoratio, & inf. Sancti.

Beatiſſima Virgo habuit debitũ contrahendi, non tamen de facto contraxit peccatũ originale auth. ib. d. 2. q. 1. p. 3. n. 2. & 3.

Beatiſſima Virgo Maria nõ peccauit contrahendo matrimonium cum haberet votum caſtitatis auth. t. 1. de magn. matrim. Sacr. q. 2. p. 1. n. 10.

BELLVM.

Belli Duces non ſunt irregulares auth. t. 1. de cenſur. d. 7. q. 4. p. 4. n. 8.

Bello iuſto, ſiue iniuſto occidens fit irregularis auth. ib. n. 1.

Bello iuſto intereſſe poſſunt Clerici, abſque metu irregularitatis, hortando milites, vt fungantur ſuo officio Henriq. lib. 14. cap. 3. Suar. c. 19. num. 13. Auila p. 7. dub. 2. diſt. 6. auth. ib. n. 7.

Bello iuſto aſsiſtentes differunt ab aſſiſtentibus bello iniuſto, nam aſſiſtentes bello iniuſto ſunt irregulares ſequuto homicidio etiam ſi ipſi non occiderint, vel mutilauerint ꝓpria manu, aſſiſtentes verò bello iuſto ad hortandum nõ ſunt irregulares cap. petitio tua de homicid. Suar. l. cit. auth. ib. n. 10.

Bellum adeuntes alio fine, quam occidendi, non fiunt irregulares occidendo aliquẽ ad tuẽdam propriã vitam Auil. ſect. 3. dub. 4. auth. ib. n. 2.

Bellum agẽtes fiunt irregulares, quando diuiſo exercitu in duas partes, illa pars ſolum committit homicidia, non verò altera; Vgol. cap. 13. §. 1. n. 3. Henriq. lib. 14. cap. 11. nu. 3. contra Suar. lib. 6. ca. 19. nu. 5. auth. ib. n. 12.

Bellum gerentes effecti irregulares à ſolo Sum. Pontifice diſpenſari poſſunt, auth. ib. num. 13.

Bellum quando eſt iniuſtum milites non tenentur ad reſtitutionem, ſed ad damnum illatũ auth. t. 2. de reſtit. d. 1. q. 3. p. 3. num. 8.

Bellum quando fuit iniuſtũ Dux tenetur ad refectionem dãni illati Clau. reg. ca. 15. num. 13

Na-

Nauarr.lib.3.cap.4.n.5.)auth. ib.p.1.n.12.

Bellum deſumptum eſt à Belluis, eo,quod nihil habeat bellum, & eſt armorum cōflictus, ſeu profeſſio nocendi vi,& armis contrariæ parti, & eſt duplex, vnum offenſiuum,quod etiam vindicatiuum appellatur,alterum defenſiuum, quo quis ſe tuetur contra aggreſſorem auth.ib.d 2.q.vlt.p.vlt.n. 1.

Bellum iniuſtum gerenti, non poteſt tradi pecunia.auth. ib. d.1.q.vlt.p.1.n.5.

Bellum eſt licitum apud Chriſtianos Molin.t.1.d.99.Valent.t. 3.d.3.q.6. Clau.reg.lib.7.cap. 13.n.2.auth.ib.n.2.

Bellum agitari poteſt à Republica,Principe,ſiue Senato, non recognoſcente ſuperiorem Molin.d.100.Couarr.reg.peccatum p.2.§.9.num.1.Caet.2.2.q.40.art 1. Sot. de iuſt.q.3. art.5.auth.ib.n.4.

Bellum iuſtum gerenti,licite præbetur auxilium auth.ib.n. 5.

Bellum iuſtum gerenti licitum eſt conuocare etiam infideles Reginal. t.2.lib.21.num.100. Rodriq.1.p.cap. 126. num.2. auth.ib.n.6.

Bellum ex pluribus cauſis geri poteſt,prima quando negatur id,quod de iure debetur, ſecūda pro tuenda republica cap. ſecundum leges de heret. in 6. Tertia contra eos, qui ferunt opem, & auxilium hoſtibus, Quarta quando contumelia publica Principi eſt illata, quinta quando ſubditi ſunt rebelles, ſexta quādo fertur auxilium malefactori, ſeptima quando violantur fœdera, & pacta inhita Auth.ib.n. 7.

Bellum non poteſt indici ab eo, qui dubitat an indicendi habeat iuſtam cauſam ante diligentem inquiſitionem, immo neq; etiam poteſt indici poſt inquiſitionem manente dubio iuſtæ cauſæ,ſi res ſit in poſſeſſione alterius auth.ib.n.8.

Bellum nō ſemper poteſt à Principe indici poſita iuſta cauſa, ſed prius petenda eſt ab aduerſario condigna ſatisfactio Molin.d.103.Em.Sà verb.bellum num.9.contra Caet.auth. ib.n.9.

Bellum quando gerunt milites non tenentur examinare, an ſit iuſtum, quia militibus ſubditis Principi indicenti bellū, vel recipientibus ſtipendium à Principe etiam pacis tēpore,ſatis eſſe videtur, ſi ſciant cauſam belli non eſſe iniuſtā, quando verò non ſunt ſubiecti Principi, nec eius ſtipēdiarii,non poſſunt ſponte ad bellum accedere cum dubio de iuſtitia belli auth.ib.n.10.

Bellum non poteſt eſſe iuſtum materialiter, & re ipſa ex vtraq; parte, nam realiter cō-

perit

petit ius vni ſoli, formaliter verò, & per accidens poteſt eſſe iuſtum, ex vtraque parte, vt propter opiniones probabiles, Couarr. ad reg. peccatū p.2.§.6.n.10.auth.ib.n.11.

Bellum ad ſciendū an poſſit geri contra infideles, eſt notandum, triplex eſſe genus infidelium; quidam enim ſunt ſubiecti Principi Chriſtiano de facto, & de iure, vt ſunt iudei in Italia, quidam ſunt ſubiecti de iure, & non de facto, vt sūt turcæ inique occupantes terras in quibus Chriſtiani habēt ius licet de facto à turcis poſſideãtur, quidam denique non ſunt ſubiecti de iure, neque de facto, vt ſunt indi, & pagani, Hoc ſuppoſito, quo ad primū interueniente iuſta cauſa licitum eſt bellum inferre infidelibus primi generis, ad ſecundum licitum ſemper eſt bellū inferre turcis, & pōſſunt priuari bonis, & vita, ad tertium non eſt licitum contra infideles nullo iure ſubiectos, nec de facto ſubditos, & conſequenter non eſt licitum eos priuare bonis, & vita, auth.ib. n.12.

Bellum licitum operatur, vt omnia licitè fiāt in bello, quæ accomodata ſunt, aut ad rem ablatam recuperandam, vel compenſationem faciendam, aut ad vindictam ſumendam pro modo culpæ, aut ad pacē componendam Silu.verb.bellum quæſ.1.& 2.Vitto. d.117. auth.ib.n.14.

Bellum gerentibus (ſeclusis mēdacijs) licitum eſt procurare vittoriam per inſidias, & ſtratagemmata, dummodo non fuerit data fides non ponendi inſidias S.Thom.2.2.q.40. art.3.Molin.d.111.Azor. 3. p. lib.1.cap.7.quæſ.14.& 15.auth.ib.n.15.

Bellum quādo geritur non poſſunt occidi, & ſpoliari innocentes Molin.d.119. auth. ib. num.17.

Bellum quando geritur nō poſſunt clerici ſpoliari, & Eccleſiæ comburi, aut dextrui, niſi vittoria alia ratione non poſſet reportari auth.ib.n. 18.

Bellum quando geritur poſſunt vrbes in cauſis grauiſſimis dari in prædam militibus Molin. d.122.ſed non licet pro paruo damno ſibi illato dannum lōge excedens hoſtibus inferre auth.ib.n.20.

Bellum ineuntes poſſunt acquiſita vittoria occidere eos, qui contra ſe, iniuſtè pugnabant, vt pax melius conſeruetur Molin.dicta d.122.Lopez par. 1.cap.61.verſ. at quando auth.ib.n.21.

Bello bona mobilia acquiſita, acquiruntur militibus acquirentibus, niſi aliter ſtatutum ſit,

ſit, vel conſuetudo, res verò immobiles fiũt principis auth. ib. num. 22.

Bellum ineuntes non poſſunt occidere eos, qui ſe dederunt, ſi ſint innocentes, ſecus verò ſi nocentes auth. ib. n. 25.

Bellum quando geritur peccant mortaliter, & tenentur ad reſtitutionem, qui plures perſonas repreſentant, vt plura ſtipendia recipiant. Nauarr. lib. 2. de reſtit. cap. 3. nu. 285. Rodriq. 1. par. cap. 127. num. 1 Molin. t. 1. d. 116. auth. ib. nu. 27.

Bellum quando finitur, Princeps non poteſt compoſitionem facere de dannis ab aduerſario illatis iniuſte, niſi adſit cõſenſus ſubditorum, qui dannũ paſsi ſunt Silu. verb. bellum, quæſ. 12. auth. ib. n. 28.

Bellum iuſtum geri poteſt à clericis in minoribus conſtitutis propria manu, à clericis verò in maioribus non poteſt Nauarr. cap. 29. num. 219. Em. Sà num. 11. auth. ib. ſ. 4. num. 29.

Bellum inhiri poteſt quolibet tempore, excepto tempore induciarum, & die feſto, tamen hoc de conſuetudine nõ ſeruatur auth. ib. n. 30.

BENEDICTIONES.

Benedictiones non ſunt de nouo recipiendę, quando iterum celebratur matrimonium occultum, quod antea fuerat inualidè celebratum Guttier. de matrim. cap. 48. ad fin. Sanch. lib. 2. d. 37. auth. t. 1. de Magn. matr. Sacr. q. 2. p. 9. n. 11.

Benedictiones ommittendo non peccant mortaliter contrahentes matrimonium Sanch. lib. 7. d. 82. Guttier. l. cit. num. 12. Em. Sà verb. matrimonium num. 6. contra Henriq. lib. 11. cap. 16. num. 2. auth. ib. q. 4. p. 6 num. 2.

Benedictiones matrimonij ſunt faciendę ab ordinario, vel à paroco Sponſæ, vel Sponſi, vel ab alio Sacerdote de ipſius licentia Henriq. lib. 13. cap. 38. num. 2. Soar. de cenſur. d. 12. cap. 4. num. 13. Nauarr. conſ. 1 de pęnit. auth. ib. n. 3.

Benedictiones matrimonij faciens, abſque licentia parochi vel ordinarij præter ſuſpẽſionem, non incurrit excommunicationem latam in Clem. 1. de priuil. Suar. de cenſur. d. 12. c. 4. num. 13. Sayr. lib. 4. cap. 15 num. 2. de cenſur. contra Nauarr. conſ. 1. de pen. auth. ib. num. 4.

Benedictiones non ſunt de nouo recipiende, quando, quis mortuo coniuge matrimoniũ cum alio contrahit Sanch. lib. 7. d. 82. num. 15. Guttier. de matrim. cap. 48. num. 14. Nauarr. cap. 22. num. 83. auth. ib. num. 5. [illegible]

Be-

Benedictio ſollemnis non eſt prohibita Epiſcopis extra ſuã diœceſim auth.ib. de Sacram. d.3.q.vnic.p.2.n.11.

Benedictio, vel conſecratio facta ab excommunicato eſt valida Siueſtr. verb. conſecratio nu. 6.Sayr.lib.2.cap.1.nu.1.Suar. d.11.ſect.2.num.9.auth. ib.de cenſur.d.2.q 2.p.2.§.4.n. 5.

BENEFICIVM.

Beneficiũ parochiale iniuſtè retinens, validè aſſiſtit matrimonio, dummodo non fuerit eo, in iudicio ſpoliatus auth. t.1. de magn. matr. Sacr.q.2. p.8. n.24.

Beneficij collatio, ſeù præſentatio facta excommunicato eſt inualida, Nauarr cap.27.num. 21.Suar.t.5.d.13.ſect.1. Sayr. lib. 2. cap. 5.num.5. Reginal. lib. 72. num. 43.& ſic beneficiatus non poteſt percipere fructus Henriq.lib.13.cap. 3. num.3.auth.ib.de cenſur.d.2. q.1.p.4.n.1.

Beneficium obtinentis in excõmunicatione acta geſta iuriſdictionis,& officij ſunt inualida Suar. d. 13.ſect.1.num.31. Auila 2.par. cap.6.d.6 dub.7. auth.ib.n.7.

Beneficium validè confertur ei, qui tempore collationis putabatur excommunicatus, ſed non erat, Suar.d.13.ſect. 2.nu. 19. Vgol.lib.12.cap.5.§.1.n.2 auth.ib.n.8.

Beneficiũ validè acceptatur ab eo, qui tempore acceptationis eſt excommunicatus, ſed tempore collationis, vel electionis non erat, Vgol.l.cit.n. 2. Sayr. lib. 2.cap.5. num.11. Pariſ. de reſign. benef. lib.10. q.8.num.39.auth.ib. n. 9.

Beneficiũ inualidè retinetur ab eo, qui erat excommunicatus tempore electionis, ſed electionem acceptauit tempore, quo erat abſolutus Leſſ. lib.2. cap.34.dub.22.num.119. Coninch.d.14.dub.9.nu. 7. auth. ib. num. 10.vbi etiam in fine ſuſtinet contrariam opinionẽ non eſſe improbabilem: talẽ collationem valere, dummodo tempore abſolutionis collatores, ſeu electores Beneficij permanſerint in prima voluntate; pro qua opinione all.Henriq.cap.13, de excommunicatione n.1.

Beneficium obtinens in excommunicatione debet curare, vt ſibi denuo cõferatur poſt obtentam abſolutionem Nauar. cap.27.nu.21.Suar.d.13. ſect. 2.auth.ib.n.11.

Beneficium validè confertur ab Epiſcopo excõmunicato tolerato, ſecus à vitando auth. ib.p.5.n.6.

Beneficium validè renunciatur ab excommunicato, tam tolerato, quàm non tolerato ad fauorem tertij.auth.ib.num.7

quamuis contrarium teneant Suar.& Couarr.vt ibi.

Beneficium inualidè confertur ſuſpenſo ab officio auth. ib.d. 3.p.2.n.11.

Beneficium inualidè confertur infami Azor.2.par.lib. 6. cap. 7.q 3.Auila d.4. dub. 7. Pariſ. lib.4.de reſign.q.3. auth. ib.d. 7.q.3.p.1.n.11.

Beneficium recipiens in irregularitate,non poteſt percipere fructus Suar.d.40. ſect.2.num. 41.& 42.Vgol.cap 65.§. 1. n. 4.auth.ib.q.1.p.4.n. 7.

Beneficium conferens, vel recipiens ſub conditione mutui, ſimoniam committit Nauarr. conſ. 23. de ſimon. Leſſ.lib.2. cap. 20. dub. 9.concl.3.auth. ib.de tract.var.q.1.§.1.n.7.

Beneficij appellatione intelligũtur ea ſolum,quæ proprie beneficia vocantur Nauarr.cap. 23.num.111.verſ.7.Leſſ.lib.2. cap.35.dub.25.nu.137. Azor. 3.par.lib.12.de ſimon.ca. 21. q.6.in fin.auth ib.q.7.§.2.n.3.

Beneficij collationem validè obtinens nõ verò poſſeſſionem gaudet priuilegio fori Farin. de inquiſit. q. 8. num.70.Menocch.t.3.cõſ.356. Maccard. concl.32.auth.t.2.de legib.d. 10.q.2.p.1.§.4.n.12.

Beneficium conferens indigno, relicto digno, aut digno relicto digniori, non tenetur ad reſtitutionem, niſi iuſtitiæ diſtributiuæ ſit annexũ aliquod ius pertinens ad iuſtitiam cõmutatiuam Rebell. lib.13.q.7. Bannes 2. 2. q. 62.art.1.dub. 12.Nauarr.in manual.cap.17. num.69. auth.ib.de reſtit.d.1. q.1.p. 1.n.10.

BENEFICIARIVS.

Beneficiarius habet dominium bonorum patrimonialiũ: cõmuniter DD.auth.t.1.dè tractat.var.d 4.p.1.n.3.

Beneficiarius habet dominium bonorum, quaſi patrimonialium Couarr.cap. cum in officijs de teſtam. num. 4.Vaſq. de reddit cap.1.§.2.Molſeſ. in Summ. cap. 20 tract.6.nu.42. auth.ib. n.4.

Beneficiarius habet dominium prouentuum,& fructuum beneficij Sayr. lib. 4. de reddit. Eccleſ.Graff.1.par.deciſ. lib.2 cap.10. Reginal lib. 30. tract. 3.n.78 auth.ib.n.5.

Beneficiarius inſumẽs bona patrimonii in vtilitatem Eccleſiæ, poteſt tantundem ex beneficij fructibus inſumere. Silu. in Summ. verb. clerico quæſ.14.Couarr.all. cap. cum in officijs de teſtam. Reginal. lib.30.tract.3.n.99.auth.ib.p. 2.n.5.

Beneficiarius fructus ſuæ ſubſtẽtationi ſuperfluos nõn expẽdẽs in opera pia grauiter peccat,vt communiter DD.auth. ib.n.2.& n.9.

Bene-

Beneficiar ijſructus ſuperflui sũt erogandi in pios vſus,etiam ſi incorporati reliquis beneficiarij fructibus fuiſſent. Nauarr. de ſpol.§.2.n.1.Filiucc. tract. 43.cap.3.auth.ib.num. 10.

Beneficiarius poteſt fructus ſuperfluos expendere in opera hoſpitalitatis auth.ib.n.11.

Beneficiarius poteſt aliquã partem fructuum ſibi neceſſariã ſubtrahere, & conſanguineis diuitibus tradere Molin. d. 146.auth.ib.n.14.

Beneficiarius poteſt aliquos fructus ſuperfluos expendere in ludos licitos, aliaſque recreationes honeſtas ſpectata clericatus conditione Molin. d. 145.Garſ.2.par.c.1.nu.19.auth.ib.n.12.

Beneficarius poteſt fructus, tam ſibi neceſſarios, quam ſuperfluos tradere titulo paupertatis parent bus, & conſanguineis indigentibus Azor. 2. par.li.10.quæſ.9.Angel. verb. doſ.num. 5. & verb. Clericus n.11.auth.ib.n. 13.

Beneficiarius poteſt ex beneficij fructib. alere filios legitimos, & ſpurios,ſi non habet aliundè, vnde eos alat Molin. loc. cit.d. 146.Azor.l.cit.quæſ.10. auth.ib.n.15.

Beneficiarius poteſt quotidianas diſtributiones ſuo arbitrio diſpenſare Azor.l.cit. ca. 9.quæſ.10.Clar. de teſtam. q. 27.Gonzar. reg. 8.§.7. in proem. num. 164. auth. ib. num. 18.

Benificiarius non poteſt ad ſui libitum inſumere fructus Eccleſiæ,aut bona,quæ ipſe emit ex pecunijs, aut nominè Eccleſiæ auth.ib.n.20.

Beneficiarius de iure antiquo non poteſt de beneficij fructibus teſtari ad cauſas profanas cap.1.12.q.4.C.relatum il 2. de teſtam. cap.1.de pecul. cleric.quod limita ex conſuetudine,vel priuilegio Leſſ.lib. 2.cap.4.dub.6.in fin. Gonzal. ſuper reg.8.cancell.§.7. num. 165.Monet.de diſtribut. 3. p. q.2.nu. 7. auth.ib.p.3 num.1. & 2.

Beneficiarius non poteſt licite teſtari de fructibus ſuperfluie auth.ib.n.5.

Beneficiarius habet ius in fructus pro rata temporis, ſeu anni,Couarr.par.1.cap.15. n. 12.Garſ.de benef.2.par.cap.1 num.97.auth.ib.n.7.vbi dicit, hoc valere in locationib. domorũ,& ſimilibus,ſecus verò de fructibus, qui à terra colliguntur;nam beneficiarius prædeceſſor ius ad eos fructus habet, qui tempore mortis è ſolo ſeparati erant,licet fortè nondum recõditi, nec in horrea tranſlati fuiſſent iux. deciſ.in vna foren. penſio. 19.lunij 1573.apud Garſ. n.95.109. & alijs

Beneficiarius beneficij fructus ſuperfluos expendens in vſus profanos, non tenetur ad reſtitutionem Couarr. in cap. cũ in officijs nu. 3. de teſtam. Sot. de iuſt. q. 4. art. 3. Leſſ. lib. 2. ca. 4. num. 43. neque ad reſtitutionem tenetur is, qui tales fructus ab eo accepit Leſſ. lib. 2 ca. 19. dub. 4. num. 48. auth. ib. p. 4. n. 1. & 2.

BESTIALITAS.

Beſtialitas eſt coniunctio carnalis cum re alterius ſpeciei ex. gr. cum Bruto, vel cum Demone auth. ib. de Magn. matr. Sacram. q. 4. p. 12. n. 1.

Beſtialitas committitur cum demone pluribus modis, vel. n. fit Demone comparente in forma bruti, vel in forma hominis; vel cum demone incubo, vel Succubo, ita Philiar. de off. Sacerd. t. 1. par. 2. lib. 3. c. 8. auth. ib. n. 2.

Beſtialitas cum demone cõmiſſa habet, præter malitiam beſtialitatis, malitiam ſuperſtitionis, quæ circumſtantia eſt aperienda in cõfeſſione. Caet. 2. 2. q. 15. art. 11. quem ſequitur Em. Sà verb. luxuria num. 6. auth. ib. n. 3.

Beſtialitas non differt ſpecie pro diuerſitate belluarum cũ quibus perpatratur Azor. p. 3 lib. 3. c. 22. Em. Sà l. cit.

Beſtialitas nõ eſt caſus reſeruatus in illis locis, in quibus eſt reſeruatus caſus ſodomiæ auth. ib. n. 5.

Beſtialitas eſt cauſa ſufficiens faciendi diuortium auth. ib. p. 5. num. 4.

BIGAMIA.

Bigamia eſt quædam irregularitas conſurgens ex multiplici matrimonio contracto, & conſumato Vgol. cap. 56. n. 1. Sayr. lib. 6. cap. 3. Suar. d. 49. ſect. 1. auth. t. 1. de cenſur. d. 7. q. 2. p. 5. n. 1.

Bigamia triplex eſt, ſcilicet vera, interpretatiua, & ſimilitudinaria, vera eſt, quando quis duas vxores legitime duxit, & cognouit carnaliter, ſiue ante, ſiue poſt Baptiſmum cap. acutius diſt. 26. cap. ſi quis viduam diſt. 34. Sayr. lib. 6. cap. 3 num. 23. interpetratiua eſt, quando quis re vera non contraxit cum duabus, ſed ſecundum interpetrationem iuris cenſetur cõtraxiſſe cum duabus, vt puta quando, quis iam coniugatus de nouo contrahit cum alia, quamuis inualidè eam ducat cum impedimento dirimente, vel quando quis contrahit cum vidua, quæ cõſumauerat matrimonium cũ primo viro, vel cum alia, quæ fuerat carnaliter cognita. ca. maritum. diſt. 32. & cap. curãdum diſt. 2. ſimilitudinaria eſt, quando quis poſt votum ſollennæ caſtitatis emiſſum in pro-

profeſſione religionis, vel in ſuſceptione Sacrorum ordinum, matrimonium celebrat, & conſumat. cap. quot quot diſt. 27. q. 1. cap. nuper de bigam. Sanch. d. 84. nu. 14. auth. ib. num. 2,

Bigamus, ſiue verè, ſiue interpretatiuè, ſiue ſimilitudinariè eſt irregularis cap. 1. 2. & 3. de Bigam. S. C. Trid. ſect. 23. cap. 17. de reform. auth. ib n. 3.

Bigamia, vt incurratur, duo requiruntur, primũ, vt matrimonium, verè cum duabus contrahatur, aut interpretatiuè, aut ſimilitudinariè, ſecundũ, vt interſit copula actualis auth. ib. n. 4.

Bigamia non inducitur ob multiplicitatem matrimoniorum ratorum, nondum conſumatorum. cap. vlt. diſt. 34. Sanch. l. cit. d. 83. Tol. lib. 1. cap. 65. & 66. auth. ib. n. 5.

Bigamia nõ contrahitur ob multiplicata adulteria. cap. acutius 28. Sanch. l. cit. & ideò non ſufficit copula nefanda Vgol. cap. 56. §. 1. n. 5. auth. ib. num. 7. & 9.

Bigamia non inducitur, quando quis cum fœmina corrupta contraxit matrimonium inualidum dummodo non conſumauerit Henriq. lib. 14. cap. 4. Auila p. 7. d. 8. dub. 2. contra Nauarr. cap. 27. nu. 195. Suar. d. 46. ſect. 3. auth. ib. n. 9.

Bigamia eſt, quando quis cognoſcit propriam vxorem, quæ alium duxit credens bona fide mortuum eſſe priorem maritum; Nauarr. cap. 27. n. 195. Tol. lib. 1. cap. 66. nu. 4. auth. ib. n. 11.

Bigamia inducitur, quando quis duxit corruptam, quam putabat eſſe virginem. cap. curandum diſt. 34. Couarr. clem. ſi furioſus cap. 1. §. 2. nu. 2. Vgol. l. cit. §. 2. num. 7. auth. ib. num. 10.

Bigamia incurritur ab eo, qui facta ſeparatione cum vxore adultera, illam cognoſcit, poſt quam cum ea reconciliationẽ inhijt. Couarr. l. cit. Sãch. l. cit. num. 17. auth. ib. n. 12.

Bigamia incurritur ab infidelĩ (qui in infidelitate ſæpius cõtraxit matrimonium) ſuſcepto baptiſmo. auth. ib. n. 13.

Bigamus diſpenſatur à ſolo Papa. Couarr. l. cit. Henriq. lib. 14 cap. 20. num. 2. Sayr. cap. 6. n. 10. Sanch. d. 86. S. C. Trid. ſect. 23. cap. 17. in fin. Garſ. 7. p. c. 6 num. 5. de benefic. qui refert declar. S. Congregationis, & hoc in bigamia vera, & interpretatiua. in ſimilitudinaria, autem poteſt diſpenſare Epiſcopus cum eo, qui contraxit cum virgine, Iure ſic concedente in cap. qui Clerici, vel vouentes. Abbates verò, & alij Religioſorum Superiores

non

non poſſunt diſpenſare, niſi habeant particularia priuilegia Sayr. cap. 6.num. 14. Rodriq. 1. p. cap. 158. auth. ib. nu. 14. & 15.

Bigamus gaudet priuilegio clericali, ſi fuerit ordinatus ordine Sacro, quia viuere, vt laicus amplius non poteſt, non autē ſi fuerit ordinatus minoribus ordinibus. cap. vnic. de bigam. in 6. Vgol. §. 5. num. 3. Sayr. c. 5. n. 2. & Sanch. l. cit. auth. ib. n. 16.

BLASPHEMIA.

Blaſphemia eſt conuitium, ſeu verbum cōtumelioſum, quod iacitur in Deum, aut Sanctos S. Thom. 2. 2. q. 13. & alia eſt cordis, alia oris, & etiam committitur blaſphemia, factis, vel ſignis, vt accidit, quando, quis conculcat imagines Sanctorum, ſed nō propriè auth. t. 2. de legib. d. 3. q. 8. p. 1. nu. 1. & 2.

Blaſphemia rurſus alia eſt ſimplex, alia hereticalis. Hereticalis eſt illa, quæ articulis fidei directè opponitur, ſeu aliquid aſſeritur fidei contrariū, qualis eſſet hęc, ab nego Deū, aut fidem, aut Crucem Chriſti, & ſimilia. Sanch. lib. 2. cap. 32. num. 11. & 36. ex quo ſequitur non commicti blaſphemiam hereticalem, ſi quis renegat aliquem Sanctum, quia iſte commictit ſimplicem blaſphemiam. Sāch. oper. moral. lib. 2. cap. 32. num. 37. ſimplex dicitur illa, quæ non opponitur directè articulis fidei, quales blaſphemie ſunt illæ, quæ per modos optandi, imperādi, aut imprecandi proferuntur, vt ſi quis dicat maledictus ſit Deus, &c. ita Em. Sà in director. inquiſitorum 2. par. q. 41. Suar. t. 1. de relig. tract. 3. lib. 1. c. 5. n. 8. auth. ib. n. 3. & 4.

Blaſphemia duobus modis commictitur, primo tribuendo, aliquod Deo per contumeliā, quod non habet, & eius diuinitati repugnat, appellando Deum iniuſtum, crudelem; Secundo auferēdo aliquid, quod habet, dicendo non poſſe facere, quod poteſt facere, non habere rerum prouidentiam &c. Suar. t. 2. de relig. tract. 3. lib. 1. cap. 4. auth. ib. p. 2. n. 1.

Blaſphemia commictitur deteſtando diuina, vt maledicēdo Deum illiq; mala imprecando Suar. l. cit. ca. 5. num. 8. Sanch. l. cit. num 25. Rodriq. in Sum. 1. par. cap. 34. auth. ib. n. 2.

Blaſphemia commictitur exprobando ea, quæ Deus habet, ſeu tribuēdo Deo, ea quæ habet, ſed irreuerenter, ex ira, vel indignatione contra Deū auth. ib. n. 3.

Blaſphemiam nō commictit, qui iurat contra hominē per corpus, & ſanguinem Dei, quia

hæc

hæc non dicit per irreuerentiam, ſecus ſi iuret per pudẽdas partes Chriſti, vel Sanctorum. Rodriq.l.cit.nu. 2. Suar. lib. 1. cap. 4. num.9.auth.ib. num.4.

Blaſphemia committitur maledicendo creaturis, vt creaturæ Dei ſunt, vel blaſphemando res Sacras auth.ib.n.5.

Blaſphemia ſæpius repetita ex eodem impetu iræ, non conſtituit plura peccata. auth.ib. d.2.q.4.p.2.n.11.

Blaſphemia committitur ſpernendo Sanctos, ſecus ſi quis, aliquid de ipſis referat, quod eis euenit ante Sanctitatem. Suar. nu. 22. Cordub.lib.1.q. 17.num.15.Reginal.lib. 18.n. 195.auth.vbi ſup.d.3.q.8.p.2. num.6.

Blaſphemia committitur, dum ea, quæ ſũt Dei propria, creaturis communicantur Suar. t. 1.de relig.lib.1.cap. 6. nu. 13. Sanch.lib.2.cap.32.n. 9. auth. ib.n.7.

Blaſphemia nõ committitur dicendo, può far Iddio, vel al coſpetto di Dio, modo hæc verba nõ dicãtur animo proferendi conuitium in Deum, vel detrahendi ipſius potentię auth ib.n.8.& 9.

Blaſphemia dicitur, quando turpibus verbis laudatur Deus ab intendente eum laudare auth.ib.n.10.

Blaſphemia non præſumitur, ſi dicatur al diſpetto di quel becco, che mi tiene al Mondo. auth.ib.n.12.

Blaſphemia non committitur, dicendo, hoc eſt, ità verum, ſicut euangelium, vel ſicut Chriſtus natus eſt ex Maria Virgine Azor.1.par. lib. 11. cap.3. quæſ.2.Medin.in Summ.lib.1. cap.14.contra Suar.t.1. de relig.lib. 1. c.5.de irregul.auth. ib.n.13.

Blaſphemia committitur, dicendo al diſpetto di di, vel rinego di, tacita vltima.vocali, o, Lazar. q. 3.num.36.& 37.auth. ib.n.11.

Blaſphemia eſt peccatum mortale ex ſuo genere S.Thom.2. 2.q.13.art.2.Nauarr.cap. 12. num.84.Reginal.lib.18. num. 197.auth.ib.p.3.n.2.

Blaſphemia non cõmittitur maledicendo proximo Leſſ.lib.2 cap.45.dub.5.num.29.Tolet. lib. 4. cap.13.Clau.reg.lib.6. cap. 13. num.3. & 7.auth.ib. num.4.

Blaſphemia in Deum non differt ſpecie à blaſphemia in Sãctos Valẽt.2.2.d.1.q.13.p.1.Azor. lib.9.c.18.quæſ.10.auth.ib.p. 4.n.1.

Blaſphemiæ cognitio ſi ſit hereticalis, ſpectat ad inquiſitores fidei, non hereticalis ad mixtũ forum Lazar. in compendio Nauarr. verb. blaſphemia

Azor.

Azor.prima par.lib.9.cap.29. quæſ.5.Couarr.de pact.1.par. §.7.n.12.verſ.crimen.auth.ib. p.1.n.5.

Blbſphemie qualitatis ſi fuerit in Deum, vel Sanctos eſt explicanda Suar.t.1.de relig. tract. 3.lib.1.cap.6.auth.ib.p.4. n.2.

Blaſphemia in Spiritum ſanctũ dicitur irremiſibilis,non quia, non remictitur, ſed quia difficiliter remittitur. auth. t. 1.de Sacram.d.5.q.6.p.2.n.1.

Blaſphemans ex habitu in pluribus caſibus peccat mortaliter, primo quoties aduertit ad prauum animum, ſeu conſuetudinem,illamque non conatur euellere,quia dicitur voluntariè perſiſtere in ſtatu peccati mortalis, ſecundo dum blaſphemat, cum ſufficienti aduertentia; nam hoc caſu blaſphemia eſt in ſe voluntaria, tertio dum blaſphemat, abſque aduertentia ſufficiente,quia in hoc caſu, & ſi non peccet de nouo,attamen peccat in cauſa, quatenus nõ abſtulit prauam conſuetudinem. ita Suar.lib.1.cap.6.n. 2. Nauarr. cap.12.num.8 ;.Sanch.in Summ. lib. 3.cap.5.auth.vbi ſupra t.2.de legib.p.3.n. 3.

Blaſphemi gaudent immunitate Eccleſiaſtica, contra Decian. cap.28.num.6. Ambroſin. de immunitate Eccleſ.c.8.nu.10 auth.ib.q.7.§.3.n.3.

Blaſphemos non denuncians incurrit plures cenſuras, ſi plures late ſint auth. t. 1.de cenſur.d.1.q.1.p. 5.n. 14.

Blaſphemos non denuncians ligatur excõmunicatione prolata pro tali cauſa ab Epiſcopo, abſque alia monitione Mir.lib.1.c.12.Suar.d. 3. ſect. 8.n.5.auth.ib.p.9.n.2.

BONA.

Bona incerta ſũt theſauri,&alia inuenta,vel acquiſita,quorum ignoratur dominus,auth.t. 2. de reſtit.d.1.q.3.p.4.n.1.

Bona incerta non ſolum ea dicuntur, quæ nullum vnquam habuerunt dominum, vt ſunt gemme,& ſupradicta,ſed etiã ea,quæ de præſenti habẽt dominum, qui ignoratur auth. ib.n.eo.

Bona incerta reſtituenda ſunt, quia res aliena retineri non poteſt,auth.ib.n.2.

Bona incerta diſtribuuntur pauperibus cum Epiſcopi authoritate, vbi viget conſuetudo, vel Epiſcopi reſeruatio auth. ib.n.4.

Bona alterius inueniens, poteſt aliquid accipere pro re inuẽta humilibus precib.Michael. Salont.2.2.q.62.ar.6.cõtrou. 4. concluſ. 1. fol.27 niſi fortè aliquid fuerit promiſſum, vel aliter conſuetudine ſit receptum Reginal.lib.13.num. 179. auth.ib n. 7.

Bona

Bona incerta acquiſita ex contractu reſtituenda ſunt pauperibus Leſſ.lib.2.ca.14. dub. 6.auth.ib.n.8.

Bona incerta acquiſita ex delicto, vt ex iniuſta venditione, furto, vel alia fraude ſunt reſtituenda pauperibus ex iure poſitiuo.cap. cum tu de vſur. Azor.lib 4.ca.26. quæſ.1. Reginal.lib.10.num.196.auth.ib. num.9.

Bona incerta ſunt reſtituenda pauperibus illius loci, in quo dominus rei præſumitur commorari auth.ib.num.10.& reſtitutio facienda eſt communitati, quando dannum fuit commune, vt quãdo quis deprædatus fuit Ciuitatem, nam tunc dannum non cenſetur incertum cum non ignoretur Ciuitas, quãdo verò dannum illatum eſt aliquibus perſonis tantum, & particularibus incertis, reſtitutio fieri poteſt pauperibus alterius loci, & quando ſcilicet, tam pauci ſũt fraudati, vt quãuis fiat diſtributio in eodem loco, veriſimiliter credatur fore, vt res nõ perueniat ad proprios dominos, aut quando adhibita ſufficienti diligentia ſciri non poteſt, quibus reſtitutio debeatur Molin.d. 747. Caet.2. 2.q.62.art.5.Vaſq.de reſtit.c. 5.dub.1.auth.ib.n.eo.

Bona incerta, quomodo ſint reſtituenda, quando quis in vini menſura, vel alio modo aliquos fraudat.Molin.d.745. n. 4.inquit, eum, qui fraudauit multos, quorum aliquos cognoſcit, & alios ignorat, teneri portionem debitam ijs reſeruare; quos noſcit; portionem verò debitam ignotis erogare in pauperes, vel in alia opera pia, ſeu potius tradere capſis incertorum iuxta conſuetudinem,& decreta locorum. auth.ib.n. 11.

Bona, quorum dominus ſcitur, ſed ignoratur, vbi habitet, vel ſatis longe abeſt, reſtituenda ſunt pauperibus, ſi credatur dominus non rediturus, nam perinde eſt, ac ſi dominus ignoraretur Nauarr. cap. 17. nu. 29.d.748. num. 5.auth.ib. num.12.

Bona incerta poſſunt retineri pro ſe, titulo paupertatis de licentia Epiſcopi, vel confeſſarij facultatem habentis applicandi; vbi viget conſuetudo diſtribuẽdi pauperibus authoritate Epiſcopi, alias poteſt retinere pro ſe authoritate propria, auth.ib.n.13.

Bona incerta non ſunt reſtituẽda cuicunque aſſerenti ſe dominum illarum eſſe. Nauarr. lib.4.cap.2.dub.8.Molin. t. 3. d.745.n.2.auth.ib.n. 16.

Bona incerta, quando ſunt applicata pauperibus ſi reperia-

tur earum dominus, applicã-tem ad nihilum teneri, ſi applicata fuerunt poſt debitam diligentiam. Molin. d. 747. nu. 4. Zechius de caſ. reſer. cap. 7. Azor. 3. par. lib. 4. c. 26. quæſ. 1 auth. ib. n. 17.

Bona incerta habens nõ poteſt abſolui, quando eſt caſus reſeruatus, & bona retinentur, vel fuerunt accepta cum peccato mortali, poteſt tamen confeſſarius, etiam ſi non habeat facultatem caſuum reſeruatorum, abſolutionis beneficium conferre pœnitẽti, qui non peccauit mortaliter, in accipienda, vel retinenda, re incerta, caſus enim reſeruatus ſupponit peccatum mortale, cum venialia non ſoleant reſeruari. Molin. l. cit. nu. 4. Nauarr. cap. 17. num. 93. Lopez 1 par. cap. 137. Auth. ib. nu. 19.

Bona incerta, quæ per compoſitionem Papa concedit, poſsũt retineri. Nauarr. cap. 17. num. 93. Reginal. lib. 10. num. 201. Sot. in 4. q. 7. ar. 1. Em. Sà verb. reſtitutio n. 61. auth. ib. num. 21.

Bona vacantia dicuntur ea, quæ remanent poſt mortem non relictis heredibus, nec confecto teſtamẽto, Bona verò derelicta ea nuncupantur, quæ abijciuntur animo non amplius illa recipiendi, & bona ſic derelicta fiunt occupantis §. alia ſane, inſtit. de rerum diuiſ. auth. ib. par. 5. num. 5. & 6.

Bona laicorum morientium ab inteſtato, abſque heredibus infra decimum gradum deuoluuntur ad fiſcum l. vacantia C. de bon. vacant. lib. 10. auth. ib. n. 4.

Bona peregrini mortui ab inteſtato, non pertinent ad hoſpitem, penès quẽ mortuus eſt, ſed per Epiſcopum loci tradenda ſunt heredibus, ſi fieri poteſt, vel diſtribuẽda in pias cauſas. Authent. omnes peregrini C. comm. de ſucceſſ. Leſſ. lib. 2. cap. 14. dub. 7. num. 4. Molin. t. 5 d. 5. auth. ib. n. 5.

Bona inuenta ſunt in duplici differentia, alia ſunt, quæ aliquãdo dominum habuerunt, vt ſunt theſauri, alia, quæ nunquã habuerunt, vt ſunt gemmæ coralia, & alia ſimilia auth. ib. p. 6. n. 2.

Bona caſtrentia ſunt ea, quæ acquirit filius militando, aut, quæ illi ratione militiæ tradũtur, etiam ſi ſint immobilia, Molin. d. 230. Leſſ. de iuſtit. li. 2. cap. 4. dub. 3. Bona quaſi caſtrentia ſunt illa, quæ gaudent priuilegio caſtrentium, licet non ſint acquiſita ex militia, & ſunt ea, quæ acquiruntur ex officio publico, vt aduocati, Medici, tabellionis, aut alicuius profeſſionis ex ſeptem arti-

artibus liberalibus, ſub quib. etiam cōtinentur ea, quę Clericus acquirit ex officio, vel beneficio Eccleſiaſtico auth. t.2.de reſtit.d.2.q.10.p.1.n. 1.

Aduentitia ſunt illa, quorum filius habet proprietatē, & pater habet vſufructum l.cum oportet, & l. cum non ſolum C.de bon.quæ liber.ad quæ reducuntur ea, quæ aliquis ex ſuo labore, vel induſtria, vel fortuna, aut Iure hereditario, vel à cōſanguineis, vel amicis lucratur Silu.verb. pæculium 1. quæſ. 12.num.12. Molin.d.234.Profectitia verò ſunt illa, quæ dantur filio principaliter intuitu patris, quorū proprietas, & vſufructus ſpectant ad patrem. auth.ib. nu. eo.

Bona cōiugum ſunt triplicis generis, alia ſunt propria mariti, alia propria vxoris, alia vtrique communia.

Bona communia Iure communi ſunt illa, quæ coniuges percipiunt ex fructibus dotis, & arrharum, & horum adminiſtratio, & vſufructus ſpectat ad maritum, propria mariti ſunt illa, quæ maritus poſſidet iure proprio, excepta dote, & donatione facta cauſa nuptiarum, propria vxoris ſunt dos, & bona paraphrenalia, inter quæ, hæc eſt differentia, nam adminiſtratio, & vſufructus dotis ſemper pertinet ad maritum, dominium verò, & adminiſtratio paraphrenalium pertinet ad vxorem. Nauarr. cap.17.num.15.Graff.1.par. lib.2.c.7.auth.ib.p.2.n. 1.

Bona Eccleſiæ mobilia dicuntur ea, quæ loco moueri poſſunt, vt equs, veſtis, &c. Immobilia, quæ loco moueri nō poſſunt, vt domus, ager, &c. rurſus alia sūt corporalia, & ſunt ea, quæ recenſuimus. incorporalia verò ſunt actiones, iura, & ſeruitutes, auth.ib.d.3.q.8 p. 4.n.1.demum alia ſunt prætioſa, alia non prætioſa, quorum prætioſorum, & non prætioſorum, alia ſeruando ſeruari poſſunt, vt ſunt vaſa aurea, argentea, vel tapetes, & quæ per triennium corrumpi non ſolent, alia, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, eo, quod facile corrumpuntur, vt ſunt fructus, oleum, vinum, in quibus etiam continetur pecunia Eccleſiæ, quæ non fuit deputata ad acquirendas res immobiles auth.ib.n.2.

Bona Eccleſiæ mobilia, etiam prætioſa, quæ ſeruādo ſeruari non poſſunt, licitum eſt, abſque alia ſollennitate vendere Molin. d. 468. num. 1.quæ ſeruando autem, ſeruari poſſunt inualidè alienantur, niſi iuſta ex cauſa; & addita iuris ſollennitate Couarr.2.var.ca.

I 2 17.

17. num. 2. Molin. tract.2.d. 468. num. 2. Quar. in Summ. Bulla. verb. alienatio quæſ. 2. & dicitur iuſta cauſa alienationis neceſſitas vrgens, Pietas, vel euidens Eccleſiæ vtilitas auth.ib.n.3.& 4.

Bona Eccleſiæ, vt valide poſſint alienari requiritur ſollennitas & ideò requiritur vnus ſaltim tractatus Clem.1. de reb. Eccleſ. non alien. ita Couarr. 1. variar.cap.17.nu.1.Silu. verb. alienatio.quæſ.4. Secundo requiritur conſenſus expreſſus maioris partis capituli,eorum ſcilicet, qui ſunt præſentes Molin.l. cit. verum, tamen eſt non requiri conſenſus abſentis cap. 1. de his, quæ fiunt à præl. cap. ſine exceptione 12. q. 12. Tertiò requiritur ſubſcriptio in caſibus, in quibus ius ſubſcriptionem preſcribit, videlicet in donatione, venditione,& permutatione,Quarto requiritur conſenſus Superioris. Quinto in alienatione bonorum Eccleſiæ Cathedralis Iure antiquo requiritur facultas,ſeu cõſenſus Papæ, qui conſenſus hodie, per extrau. ambitioſæ requiritur in qualibet alienatione rerum Eccleſiaſticarum exceptis aliquib. caſibus,vt ſupra auth.ib.n.7.

Bona relicta Eccleſiæ,ſub conditione, quod poſſint alienari, abſque prædicta ſollennitate, non poſſunt alienari niſi eadẽ ſollennitate ſeruata, Armill. verb.alienatio num. 19. Quarant. l. cit. num. 31. auth.ib. num.8.

Bona Eccleſiæ alienans,abſque prædictis ſollennitatibus peccat mortaliter, & afficitur pœnis Eccleſiaſticis,nec non emptor tenetur ad reſtitutionem fructuum l. iubemus, authent.qui res C.de Sacroſãct. Eccl.Molin.d.468. ac etiam male fide emptor tenetur ad damna Silu.l.cit. nu.14.Quar. l.cit.in fin.auth.ib.n. 11.

Bona Eccleſiæ alienantes. ſi fuerint Epiſcopi, vel Abbates incurrũt interdictum ab ingreſſu Eccleſiæ, & ſi per ſex menſes in ipſo permanſerint hijs lapſis remanent ſuſpenſi à regimine, & adminiſtratione Eccleſiæ, cui præſunt in temporalibus, & ſpiritualibus, ſi verò fuerint inferiores Epiſcopis, & Abbatibus.priuantur ipſo facto (abſque alia declaratione)beneficio, vel oficio, cuius bona alienare præſumpſerunt Sayr.lib.4. de cenſur. cap.12.num.54.& lib.3. c. 32. num.22.Suar.de cenſur. t.5.d. 22.ſect.6.num.6.Silu.verb.excommunicatio n. 63. & verb. alienatio quęſ.3.auth.ib.num. 14.

Bona non ſolita tradi in feudum, vel emphiteoſim, non poſſunt em-

emphiteoticari, vel infeudari, abſque dicta ſollẽnitate, nam traditio in feudum, vel emphiteoſim eſt alienatio, ſi verò ſint ſolita, poſſunt tradi in feudum, ũel emphiteoſim, abſque prædicta ſollennitate, concurrentibus iſtis conditionibus. Prima, vt adſit euidens Eccleſiæ vtilitas. Secunda, vt fiat eo pacto, quo prius res eadem tradita fuit, ita vt ſi tradita erat pro deſcendentibus tantum, non tradatur pro extraneis, vel ſi conceſſa erat ad tres vitas, non concedatur in perpetuum Cl. in §. emphiteoſis. q. 28. Molin. d. 369. Tertia, vt fiat antequam res incorporata ſit Eccleſię, ideſt antequam ſit applicata menſæ, vel vſibus Eccleſiæ, coniuncto dominio directo, cum vtili auth. ib. n. 30.

Bona Eccleſiæ non poſſunt pignorari, vel hipotecari, extrauag. ambitioſe, Molin. l. cit. n. 6. Quar. l. cit. num. 16. & 17. Rodriq. q. reg. q. 27. art. 5. fol. 173. auth. ib. n. 31.

Bona Eccleſiæ non poſſunt locari ad longum tempus, & ſic vltra triennium; alias locatio eſt inualida, etiã pro ipſo triẽnio, Clem. 1. de reb. Eccl. non alien. niſi fiat cum prædicta ſollennitate, & cum iuſta cauſa. ita Azor. 3. par. lib. 8. §. de locato cap. 3. quæſit. 3. Em. Sà verb. conductor nu. 13. auth. ib. n. 32.

Bona patrimonij, ad quorum titulum aliquis fuerit ordinatus non poſſunt alienari, abſque Epiſcopi licentia, donec clericus fuerit adeptus aliquod beneficium Eccleſiaſticum, vel aliunde habeat ex quo viuere poſſit. Conc. Trid. ſeſſ. 21. cap. 2. Silu. verbo Clericus quæſ. 13. Nauarr. cap. 22. num. 18. auth. ib. num. 33.

Bona Eccleſiæ prætioſa nõ poſſunt alienari in vtilitatem Eccleſiæ, abſque prædicta ſollennitate, etiam ſi pretium conuerteretur in fabricã Eccleſiæ Rodoan. q. 13. num. 8. de reb. eccl. non alien. Quar. l. cit. nu. 24. auth. ib. nu. 3. contrarium tamen deciſum referimus in prax. deciſ. noſtr. deciſ. 7.

Bona Eccleſiæ non poſſunt concedi ad beneplacitum auth. qui all. noſtr. deciſ. 74. & 68. ib. num. 37.

Bona illa pertinent ad fiſcum, quæ pertinebant ad delinquẽtem tunc temporis, quo bona publicata fuerunt, modo non ſint bona affixa perſonæ Leſſ. lib. 2. cap. 6. nu. 37. & 38. Azor. 1. par. lib. 5. cap. 7. quæſ. 8. auth. ib. p. vlt. §. 1. n. 1.

Bona delinquentis mobilia, & immobilia cenſentur publicata; publicatis eius bonis auth. ib. n. 2.

Bona

Bona alicuius quando publicantur, cenſentur publicate actiones, & iura Cl. lib. 5.§.fin.q. 79.n.9.Sanch. in Summ.lib.2. cap.14.num.2.auth.ib.num.3.

Bona, quæ reo debentur ex contractu ſub aliqua conditione, ſequta conditione ſpectāt ad fiſcum, & fiſco competit ius adimplendę conditionis poſt bonorū publicationem. Menocch.conſ.101.num.26. t.1. Azor.1.par.lib.3.cap.7. quæſ. 8.Vaſq.12.d.169.c.1.n. 7. auth.ib.n.4.

Bona ex teſtamento, vel legato acquiſita à reo poſt condennationem non debentur fiſco Menocch.l.cit.num.25.Azor. p.1.lib.5.cap.7.quęſ.8.Sanch. in Summ.cap.14.nu. 15. auth. ib.n.6.

Bona relicta in hereditate alicui ante patratum delictum non deuoluuntur ad fiſcum, ſi criminoſus non adierat hereditatem ante publicationem bonorum Sanch.l.cit.nu 48. Peregr.de Iure fiſc.lib.5.t.1. nu. 95.auth.ib.n.7.

Bona repudiare, ſed non cedere poteſt criminoſus in fraudem fiſci auth.ib.n.8.

Bona poſt condennationē acquiſita à reo nō pertinent ad fiſcum.Sanch.l.cit.cap.14.num. 10.Azor.par.1.lib.5.c.7.quęſ. 8.auth ib.n.9.

Bona alicuius quando publicantur, non cenſentur publicata iura perſonalia.Peregr. de Iure fiſc.lib.5.tit. 1. poſt nu. 90. Sanch.in Summ.lib.2.cap. 14. n.6.auth.ib.n.10.

Bona quando publicantur, cenſentur etiam publicati vſufructus Vaſq.12.d.169.c.1.num. 10.Gomez 2.var.cap. 15.nu. 18.Peregr.l.cit.n.73.auth. ib. num.11.

Bona quando publicantur, remanet publicata res cenſui ſubiecta.Azor.1.par.lib.8.c. 12. q.12.Vaſq.1.2.d.169.cap.1. n. 10.Sanch.l.cit.c.19.n. 18. auth.ib.n.12.

Bona quando confiſcantur vniuerſaliter cenſetur etiam publicatum IusPatronatus, quoties tamen ad extraneos peruenire poteſt, ſed ſi publicentur tantummodo bona mobilia, & immobilia, non per hoc cenſetur publicatum Ius Patronatus.Farin.in ſua prax. t. 1. q. 25. de delict. & pęn. num.109.Sanch.in Summ.lib. 2.ca.14.num.2.auth. ib. num. 13.

Bona patris quando publicātur, non remanent publicata bona filij caſtrentia, vel quaſi, Bona verò aduentitia publicantur, quo ad vſufructum auth.ib.n.14.

Bona mariti ſi publicantur, non cēſentur publicata bona vxoris.auth.ib.n.16.

Bona,

Bona, quæ ipſo facto publicātur, inualidè alienantur poſt commiſſum delictum auth.ib. §. 2. n.1.& §.3.n.2.

Bona quando publicantur fructus ſunt tradendi fiſco à die perpetrati facinoris, quando bona ſunt ipſo facto addicta fiſco Sanch.in Summ.lib.2.ca. 22.num.5.Molin.t.1.d.96.auth.ib.§.2.num.3.& §.3. n. 3.

Bonis criminoſi confiſcatis tenetur fiſcus ad ſoluenda debita illius,Surd.de alim.tit.8.priuil. 59.Vaſq.cap.9.de teſtam.§.4. num.110.auth ib. §.4.n.1.

Bona religioſi, quando ab vno monaſterio ad aliud tranſmittitur pertinent ad totum ordinem, ſeu religionem, & ad generalem ſpectat illa applicare, niſi aliter cōſuetudo ferat; quod procedit quando religioſus certam ſedem non habet.auth.ib.de clauſu. q. 2. p.8.§.4.difficul.1.n.1.

Bona monaſterij incendio, vel alia ratione deſtructi, debentur monaſterio, ad quod religioſi illius tranſmittūtur. Rodriq.t.3.q.5.art.4.& 6.Sanch. lib.7.cap.32.num.59. auth.ib. num.3.

Bona religionis à Summo Pontifice delete, acquiruntur Epiſcopo, ſi non fuerat religio exempta, nō tanquam domino, ſed tanquam diſpenſatori bonorum vacantium Sanch.l. cit.num.58.Azor. par. 1. lib. 12.cap.16.q.10.auth.ib.n.4.

Bona, quæ religioſus acquiſiuit poſt tranſitum ad aliam religionem,non pertinent ad primam Azor.1.par.lib.12.ca. 10. quæſ.7.Sanch.nu. 61. auth.ib. num.12.

Bona, dum, quis facit tranſitum à religione capaci ad incapacem pertinent ad heredes ab inteſtato venientes mortuo religioſo auth ib.n.13.

Bona, quæ Priori Monaſterio acquiſita ſunt,remanent apud prius Monaſterium, quando religioſus ad aliam religionem trāſit;niſi forte poſterius Monaſterium cogatur religioſum ſuſcipere,tunc enim ei debentur pro religioſi alimētis.Silu. verb.religioſo 4.quæſ.10. Nauarr.conſ.55.num.9.de regul. Em.Sà verb. religio. num.35. auth.ib.n.2.

Bona, quæ religioſus acquiſiuit poſt tranſitum ad aliam religionem non pertinent ad primam Azor.par.1.lib.12. cap. 10.quæſ.2.Sanch.lib.7.cap.13. num.61 auth.ib. n. 12. & quæ religioſus extra monaſterium de licentia ſuperioris acquiſiuit pertinent ad prius monaſterium,auth.ib.n.14.

BREVIARIVM.

Breuiarium Romanum recipiētes non poſſunt eo recepto ad priſtinum redire auth. t. 1.

de Hor.canon.d.1.q.3.p.5.n. 2.& vbi receptum nō eſt, ante communem acceptationē, nullus,nec in publica,nec priuata recitatione poteſt illud adhibere.id.auth.ib.n.eo.

Breuiarium non Romanum ex priuilegio adhibens (regulariter loquendo) vti non poteſt Romano.Silu.in Summ. verb. hora,quæſ.1.Graff 2.par.lib.3 cap.16.num.26.&Breuiarium, quodlibet adhibere non poteſt, qui ad titulum patrimonij ordinatus eſt, Suar. de relig.Domi.t.2. lib. 4.cap.23.n. 4.Bellar.lib.1.de bon.oper. c. 18. & Breuiarium Romanum (propriæ Eccleſiæ conſuetudine relicta) poteſt adhibere, qui contrario decreto non prohibetur Leſſ.lib.2.cap. 37. dub. 12. nu.74.Caet.verb.hora §.2.& Breuiarium loci adhibere debet extraneus,dum ibi maiori anni parte moratur auth.ib. n.3.4.5.& 8.

Breuiarium mutare non licet de licentia Epiſcopi, Nauarr. ca. 25. de orat. num.24.Armill. verb.horæ canonicæ num.13. auth.16.num. 10. verum concurrente capituli cōſenſu poteſt Epiſcopus recipere Breuiarium Romanum,& curare, vt ab alijs recipiatur auth. ib. n.20.

Breuiarium in nihilum tanquam officij partē adaugeri poteſt Suar.cap.15.num.15. auth.ib. num.21.

Breuiarium non habens excuſatur à recitatione officij, dummodo adſit impotentia illud habendi, & non fuerit in culpa,Suar.cap.27.num.9.Tolet. lib.3.c.15.n.5.auth.ib.d.6.p.2 num.10.

C

CALIX.

Calix cōſecratus eſt neceſſarius ad miſſæ celebrationem, & ex argento, vel ſtanno ſaltim confectus.cap.vt calix. de conſecr.auth. t. 1.de Sacram. d.4.q.vlt.p.9.n.16.

Calicem ligneum, vel non conſecratum adhibens ſuſpenſionem incurrit, nec Epiſcopus poteſt diſpenſare. auth.ib. nu. eo.

Calix ſignificat Sepulchrū Chriſti,Patena verò ſignificat lapidem Sepulchro ſuper poſitū auth.ib.n.17.

Calix ammittit conſecrationem non ſolum ſi notabiliter frangatur, ita vt non poſſit ſeruire ad vſum præfixum, & conſtitutum, ſed etiam per nouā deaurationem.Vaſq,3. par. d. 233.cap.4.num.34.auth.ib.n. 18.

Calix non ammittit conſecrationem,ſi eius cuppa ſeparetur à pede

pede, quoties ſeparatio fit abſque fractione, vt eſt in calice tornatili cuius partes ſeparantur, & coniūguntur, abſque fractione Suar. d. 81. ſect. 1. Henriq. lib. 9. ca. 28. num. 2. auth. ib. n. 10.

Calix non poteſt tangi à laicis, abſque peccato ſaltim veniali (ſecluſo ſcandalo) ca. Sacratas diſt. 23. auth. ib. nu. 20. ſed Barthol. ab Ang. §. 321. putat nullum eſſe peccatum, abſque contemptu.

CAMBIVM.

Cambiū dicitur contractus, quo pecunia per pecuniā permutatur, ad differentiam permutationis propriè acceptę, & aliarum permutationum, & contractuum, & nomine cāpſoris intelligitur is, qui dat ad cambium, & campſarij, qui recipit ad cambium, auth. t. 2. de reſt. d. 3. q. 5. p. vnic. n. 1.

Cambium eſt duplex, reale, ſeù verum; & fictum, ſeù ſiccum, Reale eſt illud, quo vna pecunia, cum alia re, verè commutatur; ſiccum non eſt verū cambium, ſed ſimulatio, quia caret humore, ſiuè iuſto titulo accipiendi lucrum. Nauarr. cap. 17. nu. 283. & Cambium reale eſt duplex, minutum, & locale, ſeu per literas; minutū eſt contractus, quo minora numiſmata permutātur cum maioribus, aut maiora cum minoribus, vt quando moneta Aurea, mutatur cū Argentea, vel cum ærea; locale, ſeu per literas eſt illud, quo accipitur pecunia, vt alibi ſoluatur, & tribus modis fieri ſolet auth. ib. n. eo.

Cambium ſiccum illicitum eſt, & vſurarium, quia ob dilationem accipitur lucrum ex mutuo, ita in Bull. Pij V. anno 1571. auth. ib. n. 2.

Cambium reale minutum eſt licitum auth ib. n. 3.

Cambium exercēs pecunia aliena, poteſt lucrum ſibi retinere Leſſ. lib. 2. cap. 23. dub. 2. n. 18. Molin. tract. 2. d. 402. Salaſ. tract. de camb. dub. 7. auth. ib. n. 5.

Cambium reale locale, quo quis ſoluit pecuniam hic, vt alibi eam recipiat, eſt licitum. Nauarr. cap. 17. num. 289. Em. Sà verb. cambium. n. 4. Garſ. de contract. cap. 33. n. 7. auth. ib. num. 6.

Cambium eſt licitum reale locale, ſeu per literas, quo campſor accipit hic pecuniam cum certo lucro, vt eam alibi ſoluat. auth. ib n. 7.

Cambium reale per literas cum recambio, quo litere remittuntur ad locum præfixum, nō eſt vſurarium, Em. Sà verbo cambium num. 8. auth. ib. num. 8.

Cambium reale, vt ſit licitum plu-

plura requiruntur, primò vt campſarius literas ſcribat, quæ mittantur, & non referantur inanes, nec contrahẽtes fingant celebrare cambia ad proximas nundinas, vel alia loca; Secundo, ne pactũ fiat de certo, & determinato intereſſe lucri ceſſantis, vel danni emergentis, ſoluendo à Campſario, ſi nõ ſoluat tempore conſtituto; Tertio, ne Campſor protrahat terminũ ſolutionis ob pactũ recipiendi lucrum; Quarto, ne detur ad cambia, niſi pro nundinis proximis, pro terminis proximis iux. conſuetudinem, & vſum locorum; Quinto, & vltimo, ne termini ad ſoluendũ longiores ſtatuantur, quam poſtulat diſtantia locorum, eo quòd ſi termini longiores præfigerentur, daretur occaſio committendi vſuram, & propter hoc non improbantur termini ad nundinas conſtituti, vt habetur in Bull. Pij V. auth. ib. n. 8. & *9.*

Cambium eſt licitum, quando ſoluitur pecunia ex alio cambio accepta. Silu. verb. vſura quæſ. *4.* auth. ib. n. 12.

Cambium eſt licitum, quando traditur pecunia ſibi ſoluenda, cum eo lucro, quod ſoluitur ad proximas nundinas. auth. ib. num. *3.* Verum, ſubdit duo requiri, primum, vt ſit tanta diſtantia, quanta eſt inter locum, in quo nundinæ cælebrantur; Secundũ, vt cãpſor neſciat, aut probabiliter credat pecuniam plus valere in eo loco, vbi ſolutio ſibi facienda eſt, quam valeret in nundinis; alioquin videretur excedere in pretio. auth. ib. num. eo.

Cambij pretium poteſt augeri, vel minui propter maiorem, vel minorem æſtimationem pecuniæ. auth. ib. à num. *14.* vſque ad *19.*

Cambium exercens poteſt exigere pignus, vel fideiuſſorem pro ſecuritate crediti. auth. ib. eo. num. *19.* Verum fructus pignoris ſunt computandi in ſortem, ſi forte pignus ſit fructiferum, alioquin aliquid acciperetur vltra ſortem principalem æqualitatis. auth. ib. num. eo.

Cambium exercens non poteſt pactũ inhire, vt ſi campſarius debito termino non ſoluat, ſibi liceat accipere aliam pecuniam ad cambia, & recambia, niſi certo moraliter ei conſtaret, campſorem tãtum lucri percepturum ab alijs; ſi ſolutio ſibi fieret, ſtatuto loco, vel tempore, Leſſ. de iuſt. & iur. dub. *9.* num. 8*3.* Graff. 1. par. deciſ. lib. 2. cap *110.* num. *15.* Salon. de camb. dub. 22. concluſ. 2. auth. ib. n. 20.

Cam-

Cambium exercens, cum ei tradita ſit pars debiti, poteſt illam computare, vel pro capitali, lucro, vel intereſſe capitalis. Leſſ. dub. 19. num. 96. Salaſ. dub. 25. num. 2. auth. ib. n. 21.

Cambium exercens non poteſt tantum exigere, ſi pecunia ſibi ſoluatur in loco, vbi eam tradidit, quantum exigeret, ſi ſolueretur in loco cõſtituto, niſi ratione damni emergentis, & lucri ceſſantis. Salon. de camb. q. 4. art. 2. controuer. 7. n. 3. Salaſ. eo tit. dub. 15. nu. 2. auth. ib. n. 22.

Cambium licitum eſt, & prauẽtus accipere poteſt lucrum, ſi campſor, & campſarius æquale comodum ſentiant, auth. ib. n 23.

CELEBRANS.

Celebrans, quando ſumpta hoſtia aduertit materiam, quam in calice appoſuit, non eſſe ſufficientem, ſed acetum, vel aliũ liquorem, curare debet, vt vinum deferatur, abſque ſcandalo, ſi verò periculum ſit grauis ſcandali, perficere poteſt Sacrificium in vna tãtum ſpecie. auth. t. 1. de Sacram. d. 4. q. vlt. p. 10. n. 3.

Celebrans, quando animal cecidit in calicem ante conſecrationem, aliam materiam debet ſibi porrigi facere, & ſic conſecrare; ſi vero poſt. & nõ poteſt ſine incommodo vtramque ſumere, ſuma t ſpecies conſecratas extracto animali, cuius poſtea combuſti, cineres mittendi ſunt in locum Sacrum; ſi vero animal eſt venenoſum, non tenetur ſumere, ſed ſpecies conſecratas ſeruari facere donec corrumpantur, & corruptas mittere in Sacrarium. auth. ib. num. 8. & 9.

Celebrans cum peccato mortali grauius peccat ſimulãdo conſecrationem, quam ſe irreuerenter ad illam ingerendo. S. Thom. 3 par. q. 8. art. 6. ad ſecundum. auth. ib. d. 1. q. 6 p. 4. n. 16.

Celebrans poteſt aliquando partem hoſtiæ præbere infirmo, ac etiam ſano, ſi adſit rationabilis cauſa. Angel. verb. miſſa, num. 27. Henriq. lib. 8. cap. 6. num. 2 Em. Sà verb. euchariſtia. num. 15. auth. ib. d. 4. q. 5. p. 1. n. 13.

Celebrans cum peccato mortali, tenetur confiteri poſt miſſam finitam, ſi adſit periculum ſcandali, ſed eo ceſſante tenetur confiteri miſſa inchoata, quando recordatus eſt peccati, vel habet commoditatem confeſſarij. Suar. diſt. 66. ſect. 4. auth. ib. n. 15.

Celebrans non tenetur ſumpta hoſtia, aliã conſecrare, quando tenetur vinum cõſecrare.

Suar.diſt.85.ſect.1.Rodriq. in Summ.ca. 251. auth.ib.q.vlt. p.10.n.5.

Celebrans non tenetur aquam ſumptam expuere; in loco sãguinis in calice repertam, ſed vinum deinde conſe cratũ ſic non ieiunus ſumere. auth. ib. num.7.

Celebrans ſubmiſſa voce non peccat; contra Nauarr.auth. ib.p.11.n.20.

Celebrare non licet, abſque veſtibus (præciſa inaduertentia) ſine labe peccati mortalis. Graff. 1. par. deciſ. cap. 42. n.2.auth.ib.p.9 n.27.

Celebrare licet ſingulis diebus. Suar.diſt.80. ſect. 2. Reginal. lib.26.num.109.auth. ib. q.7. p.2.n.17.

Celebrare ex cauſa neceſſitatis, licet pluries in die, & quę ſint iſte neceſſitates.auth.ib.q.vl. p.7.§.5.num. 9. & 10.in quibus omnibus eſt attendenda conſuetudo loci.

Celebrare ante aurorã, vel noctu non licet, abſque neceſſitate. auth.ib.p.9.n.3.

Celebrare nonlicet in eo altari, in quo illa die celebrauit Epiſcopus, Nald.in Summ. verb. Epiſcopus nu. 31. & in verb. miſſa. num. 17. auth.ib.num. 15.

Celebraturus ex præcepto excuſatur à confeſſione præmittenda (ſi non adſit copia confeſſorij) præmiſſa tamen contritione.auth. ib.q.6.p. 1.nu. 23.

CENSVRA.

Cenſura eſt pęna ſpiritualis, inflicta, ab Eccleſiaſtica poteſtate, priuans hominem baptizatum vſu aliquorum ſpiritualium in ordine ad ſalutem.auth.t. 1.de cenſur.q.1.P.1.n.1.

Cenſura inferri poteſt ab Eccleſia.Suar. de cenſ. d. 1.ſect.2. fol.5. Vaſq.de excom. dub. 1. auth.ib.n.2.

Cenſura diuiditur in excommunicationem, ſuſpenſionem, & interdictum. auth.ib.n.4.

Cenſura non includit ceſſationẽ à diuinis Suar.d.39.ſect. 1.nu. 29.nec irregularitatem, nec degradationem, aut depoſitionem.auth.ib.num. eo. per totum.

Cenſura alia eſt ab homine, alia à iure, à iure dicitur ea, quæ fertur à legislatore cum intẽtione condendi legem perpetuam; ab homine dicitur, quę fertur à Superiore aliquid præcipiente non animo faciendi legem perpetuã. Silu. verb.excommunica, num.3. Suar.d.3.ſect.1.auth.ib.n.5.

Cenſura, ſiuè excommunicationis, ſiuè ſuſpenſionis, ſeù interdicti, alia eſt latæ sẽtentiæ, alia eſt ferendæ; latæ dicitur, quæ ipſo facto incurritur, abſque alia iudicis ſententia.Feren-

rendæ verò, quæ non ipſo facto incurritur; ſed ſolum eſt comminatoria, & expectat ſententiam iudicis, auth.ib.n. eo.in fin.

Cenſura nulla eſt de iure diuino. auth.ib.p.2.n.2.

Cenſura, vt feratur, aliquę conditiones requiruntur, prima eſt, vt feratur à viuente, ſecūda, vt ferens habeat vſum rationis. Tertia, vt ſit baptizatus, Quarta, vt non ſit laicus. auth.ib.n.3.

Cenſura non poteſt ferri à fœmina, niſi de poteſtate abſoluta Summi Pontificis. Sot.d. 20. q. 1. Nauarr. conſ. 72.de ſent.excomm.auth.ib.n. 4.

Cenſura ferri poteſt à Summo Pontifice reſpectū omnium Chriſtianorum, & ab Epiſcopis, Archiepiſcopis, & Patriarchis reſpectu ſubditorum; nō tamen à Parrocho. Nauarr. cap.27.num.5.Henriq.lib.14 cap.24.num.3.auth.ib.n.5.

Cenſura poteſt inferri à clerico poteſtatem habente à legitimo Superiore, vel ex conſuetudine valida.auth.ib.n.6.

Cenſura maior, vt incurratur, requiritur aliquis actus peccaminoſus exterior, ſiuè peccatum exterius mortale. Rodriq.2.par.ca.67. Nauarr. cap.27.num.253. Sayr.lib.1. cap.17.num.8.auth.ib.p.3.n. 2.& 7.

Cenſura incurritur ab eo, qui facit actum externum, abſque interno, quando actus internus eſt neceſſarius ad perfectionem externi præcepti, vt in recitante officium, abſque attentione, ſi lata fuiſſet cenſura contra non recitantes; cū attentio faciat recitationē perfectam pro adimplendo præcepto.auth.ib.n.5.

Cenſura eſt duplex, grauis, & leuis, ſiuè maior, & minor, ſicut peccatum mortale, & veniale, pro mortali poteſt ferri cēſura maior, pro veniali minor.ca.1. de ſent.excom.in 6. auth.ib.n.6.

Cenſura maior non incurritur, quando actio externa non habet malitiam peccati mortalis. ex. gr. cenſura excommunicationis non incurritur ab eo, qui intendit ex odio, & mala voluntate clericum percutere, ſed re ipſa leuiter tantummodo tangit. Sayr. lib. 1. c.17.n.8.auth.ib.n.7.

Cenſura maior non poteſt ferri propter quodlibet peccatum mortale, ſed ſolum, quando peccatum alia ratione corrigi, vel impediri non poteſt. Conc.Trid.ſeſſ.25.c.3. de reform.auth.ib.n.8.

Cenſura maior nō incurritur ab eo, qui profert mendaciū iocoſum, aut verbum otioſum prohibitum ſub maiori cenſura.

ſura. auth. ib. num. 9.

Cenſura lata contra eos, qui res certæ perſonæ abſtulerunt, non ligat eum, qui acum Sartori furatus eſt, quamuis ſartor paſſus ſit notabile dannũ. auth. ib. n. 11. qui etiam declarat talem non incidere in excõmunicationem latam contra furantes; ſed ſi excommunicatio feratur, generaliter contra iniuſtos detentores, aut damnificatores, certũ eſt, eum non ligari excommunicatione, qui modicam quantitatem detinet, niſi conſtet detinenti talem rem ſumptã cum alijs conſtituere materiam grauem; vel ex retẽtione damnum graue inferri domino. Suar. d. 4. ſect. 6. nu. 12. Nauarr. c. 17. n. 4. auth. ib. nu. eo.

Cenſura ad hoc, vt liget requiritur effectus completus, quẽ legislator intendit. Nauarr. de pœnit. diſt. 1. ex cap. cum autem verba. nu. 11. auth. ib. num. 12. niſi ſub cenſura principaliter prohibeatur ipſa actio, vel conatus.

Cenſura non incurritur, quãdo actus exterior nõ habet eam malitiam, quæ ſub cenſura prohibetur. Nauarr. cap. 11. num. 25. Auil. 1. par. dub. 11. auth. ib. n. 14.

Cenſuram non incurrunt mandantes, vel conſulentes, non ſequuto effectu, quando ſcilicet effectus fuit principaliter prohibitus, mandatum verò, vel conſilium fuit tantummodo prohibitum acceſſoriè, ſecus autem ſi mandatum, vel conſilium fuerit principaliter prohibitum. auth. ib. n. 15.

Cenſura non ligat eum, qui exercet actionem de ſe inſufficiẽtem ad effectum ſub cenſura prohibitum. auth. ib. n. 16.

Cenſura lata ſub conditione, nõ incurritur ante conditionis euentum. Suar. d. 3. ſect. 4. & 5 Sayr. lib. 1. ca. 11. n. 18. auth. ib. num. 17.

Cenſura non incurritur ſemper ob quodlibet voluntarium. Suar. diſt. 4. ſect. 2. nu. 9. Salaſ. de legib. d. 15. ſect. 9. nu. 114. auth. ib. n. 18.

Cenſura nõ poteſt ferri pro peccato præterito, abſque contumacia. Sayr. lib. 1. cap. 9. nu. 25. Henriq. lib. 13. cap. 17. auth. ib n. 19.

Cenſura ligat ſolũ homines viatores, ſeu viuos, auth. ib. p. 4. num. 1.

Cenſura nõ ligat mortuum, qui in vita commiſit delictum ſub cenſura comminatoria prohibitum. Sayr. lib. 1. c. 8 n. 11. Vgol. tab 1. cap. 17. §. 2. nu. 5. auth. ib. n. 3.

Cenſura nõ ligat demones. Nauarr. cap. 47. num. 13. auth. ib. num. 4.

Cen-

Cenſura non ligat animalia irrationalia. auth.ib.n.5.

Cenſura non ligat locum, cap. ſi Ciuitas de ſent. excomm. in 6. Auil. p.5. diſt. 1. dub. 5. concl. 1. auth. ib. nu. 6.

Cenſura ſolum ligat baptizatos adultos, auth. ib. num. eo. per totum; ſed aduerte, quod etiã impuberes, dum ſint doli capaces ligantur cenſuris, non ſolum à iure, ſed etiam ab homine. auth. ib. n. 7.

Cenſura non ligat perpetuo amentes, inſanos, vel furioſos, quia iſti non ſunt capaces doli, niſi delictum fuiſſet patratum tempore ſanitatis. auth. ib. n. 8.

Cẽſura ligandus, debet eſſe perſona determinata. auth. ib. n. eo. Couarr. par. 2. var. cap. 8. num. 9. Suar. d. 5. ſect. 1. nu. 29. & ideo tota vniuerſitas, vel collegium non poteſt excommunicari cap. Romana, de ſent. excom. in 6. verum poſſunt interdici, & ſuſpendi. Suar. d. 28. ſect. 3. num. 1. Rodriq. 1. par. cap. 78. n 2.

Cenſura non ligat Summũ Pontificem, quia nullum habet ſuperiorem. auth. ib. n. 9.

Cẽſura generaliter lata à Papa, ſi eſt excommunicatio ligat etiam Epiſcopos, niſi illorum fuerit facta exceptio, ſi verò erit ſuſpẽſio, vel interdictum, non eos ligat niſi de ipſis fieret expreſſa mentio. auth. ib. num. 11. ligat etiam excommunicatio Papalis Generaliter facta, Cardinales, & Patriarcas. Azor. 1. par. lib. 5. Salaſ. de legib. d. 14. ſect. 14. auth. ib. n. 12.

Cenſura non poteſt ferri propria authoritate contra ſe ipſum, quia nullus eſt inferior vel maior ſemetipſo. Suar. d. 1. ſect. 4. verſ. ſecunda, & d. 5. ſect. 1. num. 28. auth. ib. num. 13.

Cenſura nõ poteſt ferri in equalem authoritate propria. auth. ib. n. 14.

Cenſura ab Epiſcopo lata non incurritur ab habentibus priuilegium à Summo Pontifice. quo exumuntur ab Epiſcopi authoritate. auth. ib. n. 15.

Cenſura aliqua ligatus poteſt aliam incurrere, quæ licet actu non priuet bonis Eccleſiaſticis cum cadat in ſubiectũ illis, iam priuatum, attamen vim habet priuãdi. Silu. verb. excommunicatio. n. 10. Auil. 2. par. cap. 4. d. vnic. dub. 7 auth. ib. p. 5. n. 1.

Cenſura duplex non incurritur ab eo, qui clericum ſæpius ſucceſſiuè percutit, abſque interruptione morali. auth. ib. n. 3.

Cẽſura duplex incurritur ab eo, qui furatur in Eccleſia, ſi lata ſit cenſura cõtra fures, & cõtra Sacrilegos, quia quamuis talis

talis actio ſit vna numero entatiuè, & phiſicè, nihilominus eſt multiplex, formaliter, & moraliter. auth. ib. n. 4.

Cenſura lata contra facientes aliquid, non ligat mandantes, vel conſulentes, niſi eis nominatim expreſſis. Nauarr. cap. 27. num. 51. Auil. 2. par. cap. 3. d. 3. dub. 2. auth. ib. p. 6. n. 1.

Cenſura lata contra mandãtes, vel conſulentes, non ligat, niſi verè influant in effectum prohibitum ſub cenſura. Nauarr. dicto cap. 27. num. 51. Auil. loc. cit. dub. 3. auth. ib. n. 2.

Cenſura fieri debet per ſigna exteriora. Silu. verb. excommunicatio. num. 13. Nauarr. cap. 27. n. 12. auth. p. 7. n. 1.

Cenſura valet, quamuis non feratur per verba determinata. Silu. l. cit. num. 12. Vgol. tab. 1 cap. 20. in princ. auth. ib. n. 2.

Cenſura ſub conditione lata, eſt inualida. Suar. d. 3. ſect. 2. n. 12 Filiucc. quæſ. 5. nu. 58. auth. ib. num. 4.

Cenſura eſt inualida, ſi feratur hoc modo, excõmunico vnũ de duobus, quia talia verba ſunt indeterminata reſpectu perſonæ; ad quam determinatio expreſſa fieri debet: auth. ib. n. 7.

Cenſura non in ſcriptis lata, inualida non eſt; quamuis etiam cauſa non eſprimatur, ſi neceſſitas hoc expoſcat. Suar. de cenſ. d. 3. ſect. 17. num. 8. lib. 5. de legibus cap. 32. auth. ib. p. 8. nu. 3. quia talis ommiſſio non dicitur ommiſſio formæ ſubſtantialis, ſed accidentalis

Cenſura lata ſine admonitione eſt inualida. Sayr. de cenſur. lib. 1. cap. 12. Suar. d. 3. ſect. 12 num. 4. Vgol. tab. 1. cap. 18. auth. ib. p. 9. num. 1. quæ admonitio in cenſuris ferendis pro culpis præteritis, vel præſentibus requiritur diſtincta, pro futuris verò non requiritur diſtincta, à lege mandãte, vel prohibente aliquid ſub cenſura.

Cenſura eſt valida, quando vna tantum admonitio præceſsit, etiam abſque neceſsitate vrgente. Suar. d. 3. ſect. 2. num. 4. Vgol. tab. 1. c. 18. in princ. n. 4. auth. ib. n. 6.

Cenſura non dicitur iniuſta, quę non prouenit ex amore iuſtitię, ſed potius ex odio. Suar. d. 2. ſect. 6. Vaſq. de excom. dub. 11. num. 4. auth. ib p. 10. n. 2.

Cenſura eſt inualida, quãdo fuit prætermiſſus ordo iuris neceſſarius. Suar. l. cit. Filiucc. tract. 11 cap. 2. quæſ. 10. auth. ib. n. 3.

Cenſura eſt inualida materialiter, quando cauſa propter quam fertur non ſubſiſtit. auth. 1. num. 4. contra Iuris peritos.

Cenſura materialiter iniuſta nõ priuat

priuat ſuffraggijs Eccleſiæ, ſiue fidelium conſortio. Auil. p. 5. d. 4. Suar.d.4.ſect.7.nu.14. auth.ib.num.5.

Cenſura materialiter iniuſta ligatus, poteſt celebrare, ſecluſo ſcandalo. Suar.l.cit.nu. 20. Vaſq.de excom.dub.11.n.21. auth.ib.n.6.

Cenſura materialiter iniuſta nō priuat iuriſditione in foro cōſcientiæ.auth.ib.n.7.

Cenſura continens errorem intolerabilē inualida eſt. Vgol. cap.20.§.vlt.Suar.d.3.ſect. 7. num.3. & dicitur continere errorem intolerabilem, quādo iudex eam fert, nō habēs, neque indicans ſe habere rationem, & iuſtam cauſam ad cenſuram ferendam.Sayr.lib. 1.cap.16.num.32.auth.ib.nu. 8.& 9.

Cenſura præcipiens aliquid turpe, non obligat in conſciētia. Suar.ſect.6.num.5.auth.ib. n. 10.

Cenſura eſt ſeruanda, quando dubitatur an ſit iuſta. Suar. l. cit.n.6.Henriq.lib.13.cap.15. auth.ib.n.11.

Cenſura, vel fertur per modum ſententiæ, vel per modum ſtatuti, quæ fertur per modum ſtatuti obligat ſolum exiſtentes, & delinquentes in territorio legiſlatoris, quæ verò fertur per modum ſententiæ, afficit perſonas ſubditas, vbicunque fuerint, etiam extra territorium. Suar. de cenſur. diſt.5 ſect.5.nu.7.Auil.2. par. cap. 3. diſt. 2. dub.2.concl. 1. auth.ib.p.11.n.7.

Cenſura non poteſt ferri extra proprium territorium, quando ad illam ferēdam opus eſt iuriſditione contentioſa. Nauarr. cap.27.num.7.Auth. ib. num.3.

Cenſura non incurritur ab eo, qui violat pręceptum proprij Epiſcopi in Parrochijs exemptis exiſtētibus in dioceſi proprij Epiſcopi.Vgol.tab. 1.c.9. §.3.num.3.Suar.de leg. lib. 3. cap.32.num.9.Auth.ib. n.8.

Cenſura lata contra accedentes ad monaſteria monialium, ligat, accedentes etiam ad monaſteria exempta.Vgol. tab. 1 de cenſur. cap. 9.§.3.num.3. Auil.l.cit.dub.5.auth.ib.n.9.

Cenſura lata ab Epiſcopo cōtra furantes, non incurritur ab eo, qui (murato domicilio) furatur extra dioceſim.auth.ib. num.13.

Cenſura per ſententiam lata, ligat ſubditos in alieno territorio exiſtētes.Suar.diſt.3. ſect. 5.n.5.Sayr.lib.1.c. 11.nu.18. Auth.ib.n. 14.

Cenſura Papalis ligat omnes Chriſtianos, vbique exiſtentes. Suar.d.5.ſect.4.n.3. auth. ib.n.6.

Cenſura ex ſuppoſitione lata con-

L

contra Sacerdotes extra diœceſim celebrantes incurritur ab ijs, qui extra diœceſim celebrant. Suar. ſect. 4. n. 12. auth. ib. n. 17.

Cenſura lata contra fures non reſtituentes, ligat fures non reſtituentes, etiam ſi extra territorium ſe transferunt. Suar. ſect. 5. num. 5. Auth. ib. n. 18.

Cenſura lata ab Archiepiſcopo, non extenditur ad ſuffraganeos, eorumque ſubditos, niſi ſit lata in concilio prouinciali Vgol. tab. 1. cap. 1. §. 15. & 16. Sayr. lib. 1. cap. 7. nu. 23. auth. ib. n. 19.

Cenſura lata à Superiore alicuius loci, non ligat extraneos commorantes pro breui tẽpore. Auth. ib. num. 20. & 21.

Cenſura lata per metum iudici incuſſum, eſt valida. Vgol. tab. 1. cap. 2. §. 4. Suar. d. 2. ſect. 5. num. 2. Auth. ib. p. 12. n. 1.

Cenſura ferenda eſt ſeruato ordine, ſcilicet, vt minor feratur ante maiorem. Sayr. lib. 1. c. 4 n. 3. auth. ib. n. 2.

Cenſura ferri non poteſt die feriato ad honorem Dei, & cultui diuino. Sayr. l. cit. num. 6. auth. ib. num. 3. & 4. ſed ſi feratur eſt valida.

Cenſura ferenda eſt ad ſalutem, & emendationem delinquentis. Auth. ib. p. vlt. n. 1.

Cenſura inducit priuationem aliquorum bonorum ſpiritualium. Auth. ib. n. 2.

Cenſura non incurritur à viro indocto, quãdo conſuluit doctos, ſed non potuit inuenire veritatem. auth. ib. d. 1. q. 2. p. 1. n. 16.

Cenſura, vel fertur purè, vel ſub conditione, purè quando ipſo iure excõmunicatur propter delictum cõmiſſum, quod erat prohibitum ſub comminatione cenſuræ ipſo facto incurrendæ; ſub cõditione; quãdo iudex præcipit alicui ſub cenſura, quod aliquid faciat, vel ommittat. Auth. ib. p. 2. num. 1.

Cenſura facta à ſuperiore contra ſubditum, ſi intercedat deinde appellatio, non ligat. Silu. verb. excommunicatio n. 16. auth. ib. n. 9.

Cenſura ſuſpenditur per conſenſum illius, in cuius fauorem eſt conceſſa. Suar. de cenſur. d. 3. ſect. 6. num. 8. Sayr. lib. 1. cap. 11. num. 20. Auth. ib. p. 4. num. 1.

Cenſura ligat debitorem, elapſo termino prorogato à creditore. Suar. d. 3. ſect. 6. n. 11. auth. ib. n. 2.

Cenſura in quam reincidit pœnitens nõ ſe præſentando ſuperiori, non eſt eadem, ſed diuerſa ab ea, quæ fuit ablata. Suar. de cenſur. d. 22. ſect. 1. num. 62. Sayr. lib. 3. cap. 28. Auth.

Auth.ib.q.3.p.3.n.16.
Cenſura lata ſub conditione, incurritur ab impediente, ne conditio adimpleatur. Auth. ib.p.8.n.6.
Cenſura non poteſt ferri in genere. Auth.ib.d.1.q.1.p.7.n.3
Cenſura duplici ligatus, duplicem irregularitatem incurrit. Auth.ib. d. 7.q.3.p.5. nu. 10.
Cenſuras plures incurrit, faciẽs vnum actum habentem plures circunſtantias mutantes ſpecies actus moralis, & ſingulas ſub cẽſuris prohibitas, ſecus quando ſunt eiuſdem ſpeciei. Auth.ib.d.1.q.1. p. 5. num.8.
Cenſuras plures incurrit faciens contra Clem.1.de ſepult. Auth.ib.n. 10.
Cenſuras plures non incurrit faciens cõtra legem ſepè ſub cenſura repetitam. Auth. ib. n.13.
Cenſure tot ſunt, quot ſunt actus moraliter, & formaliter contra præceptum. Auth.ib. d.1.q.1.p.5.n.2.
Cenſure late à viſitatoribus dicuntur late à iure, ſeu per ſtatutum, ſi late ſint, ea intẽtione, vt perpetuò durent, ſi verò ad tempus per modũ pręcepti, tunc dicuntur ab homine. Auth.ib.diſt. 2.q.1.p.2. num.3.
Cenſure contente in Bulla Cęne, cẽſentur late per modum ſtatuti. Auth.ib.n.4.
Cenſura incurritur etiam ſi peccatum præceſſerit, & fuerit retractatum. Vaſq. par. 2.d. 94. cap. 4. Auth.t.2.de legib. d.2.q.4.p.4.n.7.
Cenſura non incurrit, qui cum ignorantia comitãte, aliquid facit, cui cenſura eſt annexa. Auth.ib.q.8.p.3.n.36.

CENSVS.

Cenſus eſt ius percipiendi certã pẽſionem ex re alterius fruggifera, ſiuè penſio ſit fructuaria, ſiue pecuniaria. Auth.t. 2. de reſt.& contract.d.3.q.4.p. vnic.n.1.
Cenſus duplex eſt cõſignatiuus, & reſeruatiuus; reſeruatiuus eſt contractus, quo quis transfert rem ſuam in alterũ, quo ad dominium directum, vel vtile, reſeruata ſibi annua pẽſione: conſignatiuus eſt contractus, quo quis alteri vẽdit ius percipiendi annuam penſionem ſuper rebus ſuis, aut ſuper perſona, qui cenſus triplex eſt, realis, perſonalis, & mixtus; realis fundatur in re ipſa, vt in agro, vinea, &c. perſonalis fundatur in perſona, quæ ſe ipſam obligat ad ſoluendam certam penſionem. Mixtus eſt ſuper re, & ſuper perſona, qui cenſus per Bullã Pij V. fuit declaratus irritus. Auth.ib.n.3.

Cenſus eſt celebrandus iux. Bullam Pij V. in locis, vbi recepta eſt cum conditionibus in ea præſcriptis, vnde ſi recepta ſit ſecundum aliquas ſolum conditiones, ſecundum eas tantum ſeruanda eſt; ſicut etiam in alijs Bullis Pontificijs idem procedit. Auth. ib. num. 4.

Cenſus contractus ex ſui natura (etiam præciſa dicta Bulla Pij V.) requirit aliquas conditiones. Prima eſt, vt adſit intentio emendi, vel vendendi, Secunda, vt interueniat iuſtum pretium, Tertia, vt imponatur ſuper re libera; Quarta, vt ſuper re frugifera; Quinta, vt ſi res cenſuata pereat, vel fiat ſterilis, abſque culpa cenſuarij, ceſſet cenſus, pro rata; Sexta, vt ſi aliquod onus imponatur vẽditori, ad quod venditor ex natura cõtractus non teneretur, debita mercede compenſetur. Auth. ib. n. 4 & 5. & 12. vbi multos adducit DD.

Cenſus non poteſt imponi ſuper re aliena. Mol. t. 2. tract. 2. d. 394. n. 9. Auth. ib. n. 8.

Cenſum, qui ſoluit ſuper vno fundo, non poteſt ſuper eodẽ fundo alium cenſum imponere, niſi concurrat conſenſus primi domini, & fundus vtrũque cenſum ferat. Auth. ib. num. 9.

Cenſus non poteſt conſtitui à marito ſuper re dotali, niſi concurrente cõſenſu vxoris. Azor. de cenſib. cap. 7. quæſ. 6. Auth. ib. n. 10.

Cenſus non poteſt conſtitui à Clerico ſuper beneficio, nec ſuper beneficij fructib. Azor. 3. par. lib. 10. de cenſibus cap. 7. quæſ. 5. Auth. ib. n. 11.

Cenſus non poteſt conſtitui à feudatario ſuper feudo, vel ab emphiteuta ſuper re accepta in emphiteoſim. Auth. ib. nu. 12.

Cenſus realis licitus eſt. Couarr. 3. var. cap. 7. num. 2. Molin. tract. 2. d. 385. num. 6. & in eo ſeruande ſunt cõditiones appoſite in Bulla Pij V. quæ incipit, cum onus, ita Salon. Molina, & alij loc. cit. Auth. n. 13. & 14.

Cenſus poteſt etiam fundari ſuper vectigalibus. Auth. nu. 16. quæ hoc caſu habentur pro re immobili.

Cenſus vitalitius licitus eſt interueniente iuſto pretio; ratio, quia licita eſt emptio, & venditio vſusfructus ad vitã. l. neceſſario. §. cum vſufructũ, ff. de per. & com. rei vend. ergo etiam licitum eſt emere, & vendere annuum cenſum ad vitam. Leſſ. lib. 2. cap. 22. dub. 6. Azor. 3. part. lib. 10 cap. 17. auth. ib. n. 17.

Cenſus contractus, non debet cele-

celebrari, niſi numerata pecunia in actu celebrationis inſtrumenti coram notario, & teſtibus. Auth. ib. n. 21.

Cenſus emptus modico, & diminuto pretio, poteſt exigi integer à cenſualiſta dummodo reficiantur danna, & contractus reducatur ad æqualitatem. Leſſ. l. ci. n. 107. Medin. q. 15. dub. 4. verſ. ſed pone. Auth. ib. num. 22. contra Molin. & alios.

Cenſus pretium taxandum eſt habita ratione oneris impoſiti cēſualiſte. Madius in tract. cenſ. §. 23. Rebell. l. cit. num. 3 Auth. ib. n. 23.

Cenſus pretium debet eſſe equale iuri exigendę certe penſionis, non autem penſioni ſoluende. Reginal. lib. 25. n. 432. Auth. n. 24.

Cenſus contractus non poteſt celebrari cum pacto, quod penſiones anticipate ſoluantur. Auth. ib. n. 25.

Cenſus venditor nō poteſt obligari ad caſus fortuitos, vel ad alia onera, quæ ex natura cōtractus non debent ſuſtineri. Auth. ib. n. 26.

Cenſuarius tenetur ad ſoluēdas penſiones ijs annis, quibus nullos fructus percepit ex re cenſui ſubiecta, etiam ſi cēſus ſit fructuarius, non pecuniarius, ratio, quia cenſus nō imponitur ſuper ipſiſmet fructibus, ſed ſuper re. Nauarr. cōment. de vſur. Auth. ib. num. 27.

Cenſus ſuper domo, vel molendino diruto impoſitus, ſi fuerit domus, vel molendinum dirutū, ſoluendus nō eſt, ēt ſi redificetur in totum, ſed ſi redificetur in partem, quia in parte molendinum dirutum fuerat, ſoluendus erit. l. quod tamen §. in nauis quoque ff. quibus mod. vſufr. Auth. ib. n. 28.

Cenſitor poteſt fideiuſſionē petere cenſus empti. Reginal. l. cit. num. 417. Auth. ib. num. 29.

CAEREMONIE.

Cęremonie defectus ſupplendus in baptiſmo à Parrocho in Eccleſia, ſi infans fuerit baptizatus domi, abſque cęremonijs. S. Thom. quæſt. 66. art. 3. Auth. t. 1. de Sacram. d. 2. q. 2. p. 7. n. 21.

Cæremonie non ſunt reitirādę, quando Baptiſmus fuit inualide collatus. Auth. ib. num. 21

Cæremonie confirmationis Sacramēti. Auth. ib. d. 3. q. vnic. per tot.

Cæremonia nūlla accidētalis neceſſaria eſt in pœnitente neceſſitate Sacramenti, vel præcepti. Suar. d. 18. q. 6. Auth. ib. d. 6. q. 7. p. vlt. n. 1. ſicut etiam non eſt neceſſaria in confeſſario. Auth. ib. n. 3.

Cæremoniæ indeferendo Euchariſtiæ Sacramento requiſitæ ob neceſsitatẽ ommicti poſſunt.Auth.ib.d.4.q.2.p 2.per tot.

CESSATIO A DIVINIS.

Ceſſatio à diuinis dicitur, eo ꝙ miniſter Eccleſiæ pro tempore,quo ceſſatio durat,ceſſet à publica celebratióne diuinorum officiorum,& adminiſtratione Sacramentorũ.Nauarr. cap.17.n.188.Suar.d. 39.ſect. 1.n.1.Auth.t.1.de cenſur.d.6 p.1.n.1.

Ceſſatio eſt ommiſſio, deſiſtentia à diuinis officijs, ab adminiſtratione Sacramentorum; ſepultura laicorum.Auth. ib. num.2.

Ceſſatio duplex,alias eſt generalis, qua prohibentur diuina in loco vniuerſali, alia particularis, qua prohibentur in loco particulari.Suar.l. cit.n. 5.Auth.ib.n.3.

Ceſſatio à diuinis non eſt cenſura, & ab ea multum differt, primo, quia ceſſatio fertur per modum ſimplicis prohibitionis;ſecundo, quia violãti ceſſationem non eſt impoſita pœna irregularitatis,Tertio, quia tempore ceſſationis non licet celebrare officium; Quarto,quia ceſſatio nunquã incurritur ipſo facto;hinc colligitur, quod conceſſo priuilegio audiendi miſſam tempore interdicti, non extenditur ad ceſſationis tempus. Auth. ib.num.4.

Ceſſationis cauſa efficiens, quæ poteſt imponere ceſſationẽ, eſt Papa,& Epiſcopus, Capitulum Sede vacante,Conciliũ Prouinciale, & Dioceſanum; Henriq.lib. 13.c.54.n.1.auth. ib.p.2.n.1.

Ceſſationis à diuinis forma,hæc poteſt eſſe;Nos ob talem cauſam præcipimus talem Ciuitatem,vel Eccleſiam abſtinere à diuinis officijs,&c. Sayr. lib.5.cap.18.num.3. Auth.ib. num.2.

Ceſſatione in ferenda ſaltẽ quatuor conditiones ſeruandæ ſunt;Prima eſt,vt quando capitulum imponit ceſſationem conuocentur omnes canonici etiam abſentes, ita vt duæ partes conueniant in imponenda ceſſatione. cap. quãuis 5.2.de off.ordin.in 6.Secunda eſt,vt delictum,propter quod imponitur ceſſatio, ſit manifeſtum,et notorium. Tertia eſt,vt admoneatur is, ob cuius culpam ferenda eſt ceſſatio;Quarta eſt, vt ferens ceſſationem (dummodo non ſit Papa) & ille contra quem fertur, niſi ſe ſe componant infra menſem;adeant Summũ Pontificem per ſe, vel per procuratorem, ne Eccleſia tantũ grauamen diu ferat, quod ſi

im-

imponens ceſſationem intra menſem Romam nõ adierit, ceſſatio deinde non erit amplius ſeruanda.d. c. quamuis. § fin.de off.ordin.Suar.d. 39. ſect.3.n.13.Silu.verb.ceſſatio quæſ.1.Auth.ib.n.3.

Ceſſationis cauſa materialis ꝓxima;eſt culpa grauis, & manifeſta, eſpreſſa in literis, in quibus continetur ſententia; remota verò,eſt reſipiſcentia illius,cuius culpa impoſita eſt ca.irrefragabili, de off. ordin. Sot.diſt.22.q.2 art.2.concl.2 Auth.ib.n.4.& 5.

Ceſſationis effectus ſunt tres. Primus eſt,vt tempore ceſſationis abſtineatur à diuinis officijs publicè recitandis, à celebratione miſſe,&c. etiam ſi ſeruaretur moderatio cap. alma mater; Secũdus effectus eſt, priuatio Sacramẽtorum, exceptis Sacramentis baptiſmi, & pęnitentiæ ob eorum neceſſitatem; & Eucharistiæ, quo ad eam deferẽdam infirmis per modum viatici;propter quod deficiente particula conſecrata poteſt celebrari, ad eam conſecrandã pro cõmunicando infirmo in articulo mortis: cum hoc ſit de iure diuino.Tertius eſt, priuare laicos ſepultura Sacra,ſaltim, quo ad diuina officia.Suar. & alij l. cit. Auth. ib. num. 1. 5. & 8.

Ceſſationis tempore non licet pulſare campanas ad diuina officia, quia cum diuina officia ſint prohibita, videtur etiam prohibita campanarũ pulſatio, ſicut patet de interdicto.Suar.l.cit.n.17. auth.ib. num 2.

Ceſſationis tempore poteſt ſemel in hebdomada celebrari, cum vno miniſtro ad renouãdam Euchariſtiam ob neceſſitatem infirmorum, ne ſpecies putrefiant;poſſunt etiam recitari priuatę orationes in Eccleſia,& denique, vt tenet Auth. poſſunt duo, vel tres voce ſubmiſſa clauſis ianuis, & ſine cantu recitare horas canonicas, nã huiuſmodi recitatio non videtur eſſe publicum officium. Henriq. lib. 13.c.53.n.2.Sayr.lib.5.ca.19. n.4.Auth.ib.n.3.

Ceſſationis tempore, laici non poſſunt audire diuina officia. Auth.ib.n. 4.

Ceſſationis tempore, non eſt licitum contrahere matrimonium.Suar.ſect.2.n.27. Auth. ib.n.7.

Ceſſationem violans grauiter peccat, non tamen incurrit irregularitatem, vel excõmunicationem.Silu.verb. ceſſatio.quæſ.2.Sayr.c.10. n.20. Auth.ib.n. 9.

Ceſſationis,qui cauſã dedit poſt monitionem,tenetur ad danna

na clericis, qui ex ceſſatione ammiſerũt diſtributiones, vel alia danna paſſi fuerunt. Silu. verb. ceſſatio. quæſ. 3. Henriq. cap. 52. lib. 13. nu. 3. Auth. ib. num. 11.

Ceſsatio poteſt auferri ab eo, qui eam tulit, vel ab eius legitimo ſuperiore, vel ſucceſſore, vel ab habente facultatem delegatam. Suar. l. cit. nu. 2. Henriq. eo. l. cit. Auth. ib. n. eo.

CHARACTER.

Character eſt qualitas ſpiritualis, animę diuinitus infuſa, qua homo redditur aptus ad Sacramenta ſuſcipienda, vel adminiſtranda, & ad alia diuini cultus opera. Suar. t. 3. d. 11. ſect. 2. Henriq. lib. 1. c. 13. Auth. t. 1. de Sacram. d. 1. q. 5. p. 2 num. 1.

Character eſt triplex; primus eſt character baptiſmi, per quem homo diſponitur ad ſuſcipiẽda Sacramenta. Secundus eſt character cõfirmationis, quo diſponitur cõfirmatus ad eliciendos actus fidei; Tertius eſt character ordinis, per quẽ ordinatus diſponitur ad exercenda munera, & opera, cuiuſcunque ordinis propria. S. Thom q. 63. art. 6. Auth. ib. num. 3.

Character imprimitur immediate in ipſa animæ ſubſtantia. Suar. t. 3. d. 11. ſect. 4. Auth. ib. n. 2.

Character confirmationis, vel ordinis, non poteſt eſſe ſine baptiſmi charactere. Auth. ib. p. 3. n. 2.

Character ſemel ſuſceptus ſemper durat, & permanet, & nũquam ammittitur per peccatum, aut per degradationem, vel mortem. Conc. Trid. ſeſſ. 7 can. 9. Auth. ib. n. 4.

Characteres Baptiſmi, confirmationis, & ordinis differũt ſpecie; Auth. ib. n. 1.

Characteres confirmationis, & ordinis habent neceſſariam connexionem cum charactere baptiſmi. Auth. ib. n. 2.

Characteres ſingulorum ordinũ non differunt inter ſe ſpecie, ita communiter DD. Auth. ib. n. 1.

Character de potentia Dei abſoluta imprimi poteſt in quolibet homine habente animam in qua recipiatur; & veriſimile eſt, etiam Angelos eſſe capaces characteris ſicut in ipſis reperitur etiam capacitas ad reliqua dona gratiæ. in Chriſto verò non eſt character, quia character arguit quandã imperfectionem, & dependẽtiam ab alio. S. Tho. q. 63. art. 3. Suar. t. 3. d. 14. ſect. 4. auth. ib. p. 2. n. 3.

CHARITAS.

Charitas eſt virtus ſupernaturalis, omnium virtutũ excellentiſsima, qua Deus ſuper omnia

omnia diligitur. Reginal. lib. 17.nu.95. Auth.t. 1. de legib. d.3.q.4.p.1 n. 1.

Charitas eſt adhibenda. Erga Deum ſupra omnia appretiatiuè, non intenſiuè. Auth. ib. num. 2. & tanquam vltimum finem omnium rerum. Auth. ib.n.3.

Charitas obligat ad ſubueniendum extremę neceſſitati ſpirituali proximi cum vitæ, aut facultatum periculo. S.Th. 2. 2.q.26.art.5. Auth.p.4.n. 2.

Charitati multa peccata directè opponuntur, primum quando actus dilectionis Dei non elicitur eo tēpore, quo ex præcepto elicere tenemur, ſecūdum eſt, quando Deus, nec ſuper omnia, nec vt vltimus finis diligitur, Tertium, & hoc grauiſſimum eſt peccatum, cū Deus odio habetur. Auth.ib. p.vlt.n.2.

CIRCVNCISIO.

Circunciſio inſtituta fuit à Deo, & tradita fuit Abrahamo quadrigētis annis ante legem ſcriptam Moyſi traditam, & obligabat ſolum omnes deſcendētes ab Abrahamo. Hēriq.lib.1.cap.9.num.3. Auth. t. 1. de ſacram. d.1. q.2.p.3.§. vnic.num.1.& 2.

Circunciſionis miniſter nō erat determinatus, & ſic maſculi, & fœmine circuncidebant, & quilibet poterat ſe ipſum circuncidere. Auth.ib.n.3.

Circunciſio inſtituta fuit ad delendum peccatum originale. Auth.ib.n.4.

Circunciſio non videtur improbabile, quod contuliſſet gratiam ex opere operato, ex ſola Dei actione. Auth. ib.n.5.

Circunciſio conferebat gratiam non ſolum paruulis, ſed etiam adultis cum attritione. Auth. ib.n.6.

Circunciſio non ſolum delebat peccatum originale, ſed in adultis delebat etiam actuale Auth.ib.n.7.

Circunciſio non erat neceſſaria neceſſitate medij, ſed in adultis erat neceſſaria neceſſitate præcepti. Auth.ib.n. 8.

Circunciſio multis ex cauſis fiebat in ea corporis parte; prima ad oſtendēdum Chriſtum naſciturum ex ſemine Abraham, ſecunda, quia circūciſio erat ordinata ad remittendū originale peccatum, quod per generationem tranſmittitur in poſteros, tertia, quia ordinabatur ad diminutionē carnalis concupiſcentiæ, quæ viget in ea parte; Summa Cor. de Sacram.in genere. Nugn. q.70.art.4. in princip. Auth. ib.n.9.

CIRCVNSTANTIA.

Circunſtantia peccati eſt quædam conditio, non pertinens ad ſubſtantiam actus peccati,

ſed aliquo modo attingens ipſum actum, & propterea circunſtantia dicitur id, quod circunſtat actum, quaſi extrinſecus actus extra ſubſtantiam & dici poteſt accidens actus humani, & ſicut accidens eſt diſtinctum ab eo, cuius eſt accidens; ita circumſtantia eſt diſtincta à peccato, cuius eſt circunſtantia; Angel. verb. circumſtantia num. 1. Zerol. in prax. de pęnit. cap. 12 quæſ. 1. Auth. t. 1. d 5. q. 5. p 2. ſ. 3. diffcult. 3. n. 1.

Circunſtantia eſt in quadruplici differentia, alia enim eſt impertinens, quę non auget, nec minuit peccatum, qualis eſt furari, dextera, vel ſiniſtra manu, &c. & hæc non eſt explicanda in confeſſione; alia eſt augens, qualis eſt intenſio actus, vt ſi quis, cum magna intenſione odij aliquem odio proſequatur; Alia eſt notabiliter minuens, qualis eſt circunſtãtia metus alicuius mali impellentis ad furtum committendum; Alia eſt mutans ſpeciem, qualis eſt, quæ de mortali efficit veniale, & è contra, vt ſi quis alapam ex inaduertentia alicui impingat &c. Alia etiam, quæ nouam ſpeciem peccati addit, & hæc dicitur etiam circunſtantia aggrauans in infinitum; eo quod homo ratione malitiæ mortalis ab infinito bono auertatur. Auth. ib. num. 2.

Circunſtantiæ, ex quibus augetur, vel minuitur peccatum, reducuntur ad ſeptem, ſcilicet qu s, quid, vbi, quibus auxilijs, cur, quomodo, quãdo. Particula, quis, pertinet ad conditionem, & qualitatem perſonæ patrantis delictum. Quid, pertinet ad quantitatẽ, vel conditionem obiecti, vel ad multitudinem materiæ circa quam peccator ſuam actionem exercuit; vbi, cõtinet circunſtantiam pertinentem ad locum, in quo delictum fuit perpatratum; quibus auxilijs, adhibetur ad exprimendam circunſtantiam perſonę, cuius opera, vel conſortio vtitur, quis in patrando delicto; Cur, reducitur ad finem, propter quem actui noua ſpecies malitiæ tribui poteſt; Quomodo, ſpectat ad modum, quo delictum committitur; Quando, adhibetur ad explicandã circunſtantiam temporis. Suar. d. 22. ſect. 4. Azor. 1. par. lib. 2. c. 4. Auth. ib. n. 3.

Circunſtantiæ notabiliter minuentes, non ſunt neceſſariò exprimendæ, niſi ſpeciem mutent. Nauarr. c. 6. num. 6. Suar. l. cit. ſect. 3. num. 16. Auth. ib. num. 4.

Circunſtantiæ notabiliter aggrauantes intra eandem ſpeciem non

non ſunt neceſſariò explicãde in confeſſione. S. Thom. in 4. diſt. 6. q. 3. art. 2. Vaſq. q. 91. art. 1. dub. 2. num. 6. Auth. ib. num. 5.

Circunſtãtiæ mutantes ſpeciem neceſſariò ſunt confitendæ. S. Conc. Trid. ſeſſ. 14. c. 5. Sayr. de pęnit. cap. 8. num. 13. & 14 & alij communiter. Auth. ib. num. 6.

Circunſtantia, quæ peccatum mortale efficit veniale, vel è contra; aperienda eſt confeſſario. Auth. ib. ſect. 2. p. 2. §. 3. num. 6.

Circunſtantia in vna confeſſione ommiſſa ex obliuione. tenetur confeſſus illam, ſi fuerat mortalis, explicare in alia confeſsione. Henriq. lib. 5. ca. 5. num. 4. Auth. ib. n. 9.

CITATIO.

Citatio facta die feſto, (præciſa neceſsitate) non valet. Suar. cap. 30. num. 4. Auth. t. 2. de legib. d. 5. q. vnic. p. 1. n. 14.

Citatio facta die feſto non obligat ad comparẽdum ipſo die, nec die proximè ſequenti diẽ feſtum. Auth. ib. n. 15.

Citatio facta pro tali die, in quẽ incidit dies feſtus; obligat ad comparendum pro die habili proxime ſequenti. Auth. ib. n. 16.

Citatio facta ad comparendum intra octo dies valet, etiam ſi intra illos octo dies aliquis dies feſtiuus occurrat. Auth. ib. n. 17.

CLAVSVRA.

Clauſura eſt ſpatium, quod intra ianuã monaſterij ſemper clauſam continetur. Auth. t. 2 de clauſur. q. 1. p. 1. n. 1.

Clauſura monialium iure humano poſitiuo non autem iure naturali, vel diuino indicta eſt auth. ib. p. 3. n. 1.

Clauſuræ violatio ſtrictior interdicta, & prohibita eſt in ingreſſu virorum, vel mulierum in monaſteria monialiũ, quã in monaſteria virorum. auth. ib. q. 5. p. 4. n. 5.

Clauſurę violatio in monaſterijs virorum regulariter loquendo, non eſt mortalis. Nauarr. in cap. ſtatuimus, comment. 4 de regular. num. 29. & ſeq. auth. ib. q. 2. p. 1. n. 2.

Clauſura violatur multis modis; primo dimittendo habitum, ſecundo matrimonium contrahendo; Tertio, proficiſcẽdo vltra mare ſine debita ſuperioris licẽtia; quarto, adeũdo curias principum incõſulto ſuperiore; Quinto accedẽdo ad ſtudia, non obtenta à pręlato facultate; Sexto exeũdo ad audiendam legem, vel ſiſicam; Septimo, illicitè tranſeundo ad aliam religionem; Octauo, iniquæ reclamando contra profeſsionem; Nono, dando voluntariè cauſam ex-

pulſionis; Decimo ſugiendo, vel apoſtatando à religione. auth.ib.q.2.p.1.n.6.

Clauſuræ ingreſſum religioſi in ſua monaſteria permittentes fœminis; prætextũ facultatum à Summo Põtifice, vel ab alijs conceſſarum; incurrunt excõmunicationem Papæ reſeruatam, & priuationem dignitatum, & beneficiorum, ex motu Greg.xiij. Auth. ib.q.5.p.3. num.2.

Clauſura non ligat religioſos in perpetuum. Sanch. in oper. mor.lib.6.c.2.n.21.& 42. auth.q.2.p.1.n.1.

Clauſura non violatur per quãlibet habitus dimiſsionem, ita vt violans incurrat excommunicationem; ſed opus eſt, vt violatio ſit temeraria. auth.ib.p.2.n.13.

Clauſura non violatur, nec religioſus incurrit excommunicationem ſi ad vitam tuẽdam habitus dimittatur. Auth. ib. num. 14. ſicut etiam ſi dimittatur ad induẽdam veſtẽ pro facienda aliqua rapreſentatione ad honeſtam, & licitam religioſorum recreationem; quia non eſt temeraria dimiſſio.auth.ib.n.15.

Clauſura non violatur per ingreſſum ad aliam religionem arctiorem.auth.ib.n.16.

CLERICVS.

Clericorum nomine nõ veniunt (in materia odioſa, & pęnali) religioſi, neque Epiſcopi, neq; alij Clerici in dignitate conſtituti. Auth.t.2 de clauſur. q. 3. p.2.n.3.

Clerici nomine intelligitur initiatus prima tonſura, aut aliquo ordine, etiam ſi coniugatus ſit, modo gerat habitum clericalem, & tonſuram.cap. clerico diſt. 21. Auth. t. 1.de cenſur.d.2.q.4.n.1.

Clerici, & Laici ſunt capaces irregularitatis.Silu.verb. homicidium 3.quæſ.1.ad fin. auth. ib.d.7.q.1.p.1.n.8.

Clerici peccant mortaliter ſe immiſcendo in cauſa iuſta ſãguinis, dummodo ſint beneficiarij, vel in Sacris conſtituti; ratio, quia violatur prohibitio Eccleſiæ in re graui. cap. ſententiam ſanguinis, ne cler. vel mon.Molin.d. 8. num.10. Auth.ib.diſt. 7. q.4.p.1.num. 35.

Clerici excuſantur ab irregularitate accuſando aliquem de crimine leui: vide inf.verb.irregularitas.

Clerici non tenentur legibus ciuilibus ex vi coactiua, ſed tenentur ex vi directiua, quãdo leges vergunt in commune bonum, & non repugnant libertati Eccleſiæ. Nauarr. in manual.cap.23.num.88.Suar. lib.3.de legib. c. 34.auth.t.2. de legib.d.1.q.1.p.6.n.29.

rici ſunt exempti à laica poteſtate non ſolum in ſpiritualibus, verum etiam in temporalibus. Salaſ. de legibus. d. 14. ſect. 8. Auth. ib. d. 10. q 2 p. 1. ſ. 1. n. 1.

rici exempti ſunt à laica poteſtate, non ſolum iure humano, ciuili, & canonico, verum etiam diuino. Auth. ib. n. 2.

rici criminoſi priuilegio fori priuantur in nonnullis caſib. Primo, ſi fuerint degradati, vel depoſiti realiter. cap. degradatio. de pœn. in 6. Secundo ſi fuerit aliquis clericus bigamus, bigamia vera, vel interpretatiua. c. vnico. de bigam. n 6. Tertio ſi clericus clericalem habitum ſuſceperit in fraudem, vt iudicium ſeculare effuggeret. Quarto, ſi clericus fuerit vaſſallus, & tractaretur de cauſa feudi. cap. verum. de for. compet. Quinto ſi fuerit reconuentus aliquis clericus in cauſa, in qua ipſe laicum conuenerat. ca. 1. & 2. de mutuis petit. Sexto, clericus, qui e immiſcuerit enormitatib. quamuis ſic ſimpliciter hic caſus intellectus ab Authore reicitur. Septimo ſi clericus fuerit incorrigibilis, & in hoc caſu tenet Auth. ꝙ clericus ſit incorrigibilis declaratus à iudice Eccleſiaſtico. Auth. qui multos citat tex. & DD. ib. p. 4. à nu. 1. vſque ad 7. & deinde, nõnullos, etiam refert caſus cũ limitationibus, & ampliationibus, & ſignanter in num. 8. & 9. in quibus ponit Clericos ioculatores, hiſtriones, & ſcurras (ideſt, qui mimum agunt.) ſi per annum artẽ illam ignominioſam exercuerint, & poſtea clericos in minoribus conſtitutos, ſi clericalem habitum, & tõſuram non deferant; & Eccleſiæ de mãdato Epiſcopi ſibi aſſiguatæ non deſeruiant.

Clerici, & Monachi aliquando licitè ludere poſsũt etiam talis, & cartis luſorijs, ob honeſtam cauſam, modo nõ violent aliquam legem obligantem ad mortale. Auth. ib. de reſtit. d. 2. q. 3. p. 1. n. 12.

Clerici etiam in minoribus conſtituti immunes ſunt ab obligatione vectigalium, tributorum, & aliorum onerum. cap. quamquam de cenſib. in 6. ſed limitat Auth. hanc concluſionem in quatuor caſibus. Primo, in clerico aſſumente habitum non animo perſiſtendi in ſtatu clericali. Secundo, in clerico coniugato, Tertio, in exercente negotiationẽ; quartò in clerico acquirente bona affecta aliquo certo, & ordinario onere. Auth. ib. q. 9. p. 2. n. 1. & 2.

Clerici non tenentur ad tributa, quæ imponuntur vniuerſitati

tati pro reparatione pôtium, viarum,&c.auth.ib.n. 3.

Clerici non tenentur ad vectigalia ſoluenda, emendo panem, vinum,& ſimilia ad ſui, vel familiæ ſubſtentationem. Auth. ib.n.4.

Clerici non poſſunt cogi ad hoſpitandos milites. Auth. ib. num.5.

Clericus non poteſt cogi ad ſoluẽdum vectigal illius rei, quã propria induſtria effecit meliorem. Auth.ib.n.6.

Clericus nõ poteſt cogi ad ſoluẽdum vectigal, quando emit Pullum equæ, vt eum grãdioſem vendat, vel ſi emat animalia,vt eorum fœtus vẽdat, hoc enim potius dicitur artificium,quam negotiatio. Molin.d.347, num. 14. Auth. ib. num,7.

Clericis eſt prohibitum(ſolo iure humano) aliquem,nec publica,nec priuata authoritate interficere. S.Thom.2.2.q.64 art.4. Molin. d. 8. auth.ib.q. vlt.p.4.n.1.

Clericus non poteſt occidere bãnitum, quia hoc eſt ei prohibitum,maximè ſi fuerit in Sacris.cap.ſentẽtiam, ne clerici,vel monachi. Auth.ib.p.2 num. 4. contra allegata per me, vbi contrarium ſuſtineo, in.v.prax.cleric.decif.487.

Clerici, vel Prælati Eccleſiaſtici poſſunt conſtituere iudices in cauſa ſanguinis,in eis locis, in quibus habent iuriſdictionem temporalem ratione dignitatis,vel bonorum patrimonialium. S. Thom.2.2.q.64.art.4 ad 5.Auth.ib.p.4.n.4.

Clerici inuaſi: vel percuſsi fuſtè, aut alapa,peccant mortaliter contra iuſtitiam repercutiendo,vel inuaſorem vulnerãdo, aut occidendo, ſi comodè fugere poſſunt. Rodriq. 1. par. c.136.num.13.Auth.ib.p.10. num.11.

Clerici tenentur ſeruare prætia à Principe taxata.auth.ib.d.3 q.2.p.4.n.10.

Clericus deferens ſclopum per vnam horam in loco,vbi hoc eſt vetitum ſub pœna excommunicationis;excommunicationem ipſam incurrit. Auth. ib.de legib.d.1.q.1.p.7.§. .n. 18.

COGNATIO.

Cognatio triplex, naturalis, legalis,& ſpiritualis. Auth.t. 1. de magn. matr.ſacr. q. 3.p.5. num.1.

Cognatio ſpiritualis in Baptiſmo contrahitur inter baptizantem, & baptizatum, inter ſuſceptores, & baptizatum, inter baptizantem,& patrem & matrem naturalem baptizati, & inter ſuſceptores, & patrem,ac matrem baptizati. Conc.Trid.ſeſſ.24.de reform. matr.c.2.Auth.ib.§.2.n.2.

Co-

Cognatio ſpiritualis non côtrahitur inter ipſos ſuſceptores. Auth.ib.n.4.

Cognatio ſpiritualis, vt contrahatur in baptiſmo, vel confirmatione, multa requiruntur; Primo, vt teneatur infans in baptiſmo, Secundo, vt Puer ſuſcipiatur, quando primo baptizatur, non autem, quando rebaptizatur. Tertio, vt Puer ſuſcipiatur in adminiſtratione ſollemni baptiſmi; quarto, vt ſuſcipiatur per ſuſceptores à manibus baptizãtis ſtatim, quod fuerit puer baptizatus. Quinto, vt interueniat contactus; ita vt verè dicatur teneri à ſuſceptoribus. Sexto, requiritur intentio expreſſa, vel tacita ſuſcipiendi de Sacro fonte, & munus patrini exercendi, etiam ſi intendat cognationem ſpiritualem nõ côtrahere; Septimo ne interueniat error perſonæ. Octauo requiritur, quod tam baptizans, quã ſuſcipiens ſint baptizati. Auth. multos add. DD. ib. à num. 8. vſque ad 19.

Cognatio ſpiritualis eſt propinquitas, ſeù attinentia quarundam perſonarum ex ſtatuto Eccleſiæ conſurgens, propter collationẽ baptiſmi, aut confirmationis, & propter ſuſceptionem recipientis hæc Sacramenta; Couarr. 2. par. c. 6. §. 4. auth. ib. §. 2. n. 1.

Cognatio poteſt côtrahi à quocunque vſum rationis habente, quia quilibet talis licitè poteſt ſuſcipere. Sanch. d. 61. n. 4 Reginal. num. 157. Auth. ib. n. 17.

Cognatio contrahitur à religioſis, quamuis ſit illis prohibitũ ſuſcipere. c. non licet. de conſecr. diſt. 4. auth. ib. n. 23.

Cognatio contrahitur ab omnibus, qui ſimul tangunt puerũ animo ſuſcipiendi. cap. fin. de cognat. ſpirit. in 6. auth. ib. n. 24.

Cognatio contrahitur à primo, ſi ſucceſsiuè multi puerum tangunt; decl. Cardinal. apud Rebell. ſect. 4. num. 95. contra Nauarr. Auth. ib. n. eo.

Cognatio contrahitur tantummodo ab admiſſis per parochum, ſi plures à parentibus fuerint deſignati, & non omnes admiſſi à Parocho. Reginal. num. 153. Auth. ib. num. 26.

Cognatio non contrahitur ab omnibus, ſi plures à parocho fuerint admiſſi, ſed tãtummodo à parẽtibus pueri, vel alijs eius curam habentibus fuerant deſignati duo, vel vnus. Auth. ib. n. 27.

Cognatio contrahitur à duobus diuerſi ſexus à parẽtibus pueri deſignatis, etiam ſi à Parocho non fuerint admiſſi, vel ſuſceperint contra eius volũtatem;

tatem; dummodo non fuerint reiecti à Parocho ex iuſta cauſa; ex.gr.ſi eſſent heretici; vel ſi ambo eſſent eiuſdem ſexus &c.auth.ib.n 28.

Cognatio ſpiritualis eodem modo contrahitur ex baptiſmo, quo ex confirmatione, vno tantum caſu excepto, quod in baptiſmo duo poſſunt eſſe patrini, in cõfirmatione vnus: Suar.q.62.num.2.Sanch.d.57 n.9.auth.ib.n.31.

Cognatio contrahitur à conſtituente procuratorem ad ſuſcipiendum, non autem ab ipſo procuratore.decl. Cardin. teſte Nauar.lib.5.conſ.in fin. Rota deciſ. 553. in antiquis, in nouis vero deciſ 669.auth. ib.n.34.

Cognatio ſpiritualis dirimit matrimonium inter perſonas recenſitas ſupra, in num.2.vt ex Cõc.Trid.ſeſſ. 24. de matrim. c.2.auth ib.n.35.

Cognatio legalis eſt propinquitas quarundam perſonarum conſurgens ex adoptione. cap. extra. de cognat. legal. Valẽt t.4 d.10.q.5.p.3.verb. cognatio.Auth.ib.5.3.n.1.

Cognatio legalis contrahitur. Primò inter adoptantem, & adoptatum, & adoptati deſcendentes, vſq; ad quartum gradum. Secundo, inter vxorẽ adoptantis, & adoptatum, & è conuerſo. Tertio, inter filios adoptantis, & adoptatũ. S.Thom.in 4.diſt.42.q.2. art. 3.auth.ib.n.4.

Cognatio legalis dirimit, & impedit matrimonium inter perſonas prædictas. C.vnico de cognat.legal.auth.ib.n.5.

Cognatio legalis non contrahitur ab infidelib. ad impediendum, vel dirimendum matrimonium; auth ib.n.9.

COLLATIO.

Collatio eſt illatio bonorum profectitiorum ex parentis bonis acceptorum, facta ab eo, qui cum alijs ſuccedere, vt hæres, intendit. Zecch. 2. par. cap.62 num.11.Auth.t. 2. de reſtit.d.3.q.6.p.6.5.vnic. n.1.

Collatio debet fieri ab omnibus deſcendentibus legitimis, quibus debetur legitima, ab inteſtato l. vt liberis. Cod. de Coll Auth ib.n.2.

Collatio ex quibus bonis ſit facienda, ſeù quænam bona ſint conferenda, vide inf. verb. diuiſio, verb. filius, & verb. fratres.

Collatio requirit multas conditiones; prima eſt, vt qui tenetur cõferre ſit filius, vel alius deſcendens, cui debeatur legitima; Secunda, vt ſit capax ſucceſſionis; Tertia. vt velit ſuccedere tanquam hæres. Quarta, vt bona, quę quis debet conferre prouenerint ex bonis illius de cuius ſucceſſione

one agitur; Auth. ib. num. 22. latio, & computatio de rigore non ſunt idem, primo, quia collatio fit inter plures, vt ea facta fiat diuiſio, computatio verò, non neceſſariò fit inter plures: Secũdò, quia collatio locum habet ſolum in deſcendentibus. Computatio verò habet locum etiã inter aſcendentes, immo etiã inter extraneos. Auth. ib. nu. 23.

COMMENDA.

Commenda Sancti Ioannis Hieroſolimitani, alieq; commende non poſſunt alienari, abſq; aſſenſu Apoſtolico, quia cenſetur bona Eccleſiaſtica. Couarr. 2. variar. cap. 16. num. 3. Auth. t. 1. de tract. var. d. 2. q. vnic. p. 2. n. 13.

Commenda clericalis, ſiuè perpetua, ſiue temporalis, eſt materia ſimoniæ. Auth. ib. d. 1. q. 4. num. 14.

Commẽdatarius perpetuus poteſt de fructibus commende diſponere, prout cæteri beneficiarij. Auth. ib. d. 4. p. 2. nu. 22.

Commendatarij milites, vt ſunt equites Sancti Iacobi. Calatrauæ. Alcantaræ. aut Florẽtiæ, milites Sancti Stefani, & alij conſimiles, diſtrahẽdo, vel expendendo fructus (ad libitum) ſuæ commende nõ peccant mortaliter, quia huiuſmodi prouentus non ſunt verè bona Eccleſiaſtica, & non habent ipſi commentarij verum votum paupertatis; cum non voueant illud paupertatis genus, quod alias ſtrictè ſeruabatur, ſed tantum illud, quod modo apud eos ſeruari conſueuit. Auth. ib. n. 24.

Commendatarij Sancti Ioannis Hieroſolimitani non poſſunt prouentus ſibi ſuperfluos in vanos vſus expendere, qui tamen ex commendis proueniunt; quos vero aliunde percipiunt licite expendere poſſunt. Auth. ib. n. 25.

COMMVNICANS.

Communicans cum excommunicato vitando peccat. Sayr. lib. 2. cap. 11. nu. 35. ſed communicando in rebus ciuilibus & actionibus humanis, vt plurimum peccat tantummodo venialiter. Caet. verò excommunicatio. Nauarr. cap. 27. n. 2. Auth. t. 1. de cenſur. d. 2. q. 2 p. 6. § 1. n. 4.

Communicans frequenter cum excommunicato vitando in actionibus ciuilibus peccat mortaliter. Filiuc. tract. 3. c. 3. quæſ. 3. num. 43. & ca. 5. quæſ. 9. num. 92 Auth. ib. nu 6. contra Reginald. lib. 32. num. 92. & alios putantes tantummodo peccare venialiter.

Communicans cum excommunicato vitando incurrit mino-

N rem

rem excommunicationem, ſed ſi communicat in crimine crimioſo incurrit excommunicationem maiorem c.ſi cōcubinc,& c.nuper de ſent.excomm.Auth.ib.num. 8.

Communicans cum excommunicato in crimine criminoſo, vt maiorem excommunicationem contrahat,nonnulla requiruntur: primò requiritur,vt participatio fiat in crimine, poſtquam criminoſus excommunicationem cōtraxit. Secundo,vt participatio ſit in eodē crimine, pro quo criminoſus excommunicatus fuit. Tertio,vt communicans ſciat illum cum,quo communicat ab tale crimen excommunicatum fuiſſe. Quarto, vt ille cum quo communicat ſit excommunicatus vitandus. Quinto, vt cooperatio non ſit adeo leuis, vt pro nihilo habeatur; nam ad incurrendā maiorem excommunicationē requiritur materia ſufficiens ad peccatū mortale. Nauarr. cap.27.num.112.Caiet.verb. excommunieatio.ca.57.Henliq.lib.13.cap.9. Auth.ib.n.9.

Communicās in crimine criminoſo eſt abſoluendus ab eo, à quo poteſt abſolui principalis, cum quo communicauit. all.cap.nuper.Auth. ib. num. 10.

Communicans cum excommunicato ob metum graue excuſatur à peccato.Auth.ib.ſ. 2.n.62.

Communicans cum ſuſpenſo, nondum denunciato in ijs actibus iuriſdictionis,in quibus eſt ſuſpenſus non peccat mortaliter.Auth.ib.d.3.p.4.n.3.

Communicare non poteſt excommunicatus cum alijs fidelibus.Auth.ib.d.2.q.2 p. 6. num.1.

Communicare cum excommunicato vitando licitum eſt in caſibus hoc carmine contentis.Vtile,lex,humile,res ignorata,neceſſe. Auth.ib.ſ,2.n.7

Communicatio fidelium eſt triplex, prima eſt interior, in qua fideles communicant,videlicet in fide, charitate, & gratia. Secunda eſt communicatio in Sacramentis,& ſuffragijs Eccleſię. Tertia eſt communicatio in externa conuerſatione.Auth.ib. q. 2. p.1.n.2.

Communicans in peccato mortali,non prĕmiſſa confeſſione committit vnum peccatum, ſi confeſſio,tunc temporis obligat ſolum per ordinem ad communionem.Sot.in 4. diſt. 10.quęſt.1.artic.4.concluſ.6. Auth.ib.de Sacram. d. 4. q.6. p.1.n.33.

Communicans excommunicatus non præmiſſa confeſſione duplex peccatū committit facit

cit enim contra religionem indignè ſumendo Euchariſtiā, & facit contra obligationem cenſuræ,qua repellitur à participatione Sacramentorum. Suar.3.par.d.66.ſect.1.concl. 1.Auth.ib.n.34.

Communicans in Metropolitana, vel Catredali Eccleſia tēpore Paſcatis, ſatisfacit præcepto. Auth. ib. d.9.q.7.p.2. num.11.

Communicare iure diuino (tenetur celebrans) ſub vtraque ſpecie.Azor.1.par. lib.10.ca. 19. quæſ. 4. Auth. ib.q.2.p.3. num.6.

Communicare ſe ipſum (præciſo miſſe Sacrificio) poteſt Sacerdos ex deuotione, modo non adſit alius, qui ſibi adminiſtret,nec adſit Scandali periculum.Suar.d.72.ſect.3. auth.ib.q.5.p.1.n.12.

Cōmunicare cum tenetur quis in Paſcate,nō excuſatur à cōfeſſione præmittenda. Auth. ib.d.4.q.6.p.1.n.25.

Communicare celebrando poteſt (non præmiſſa confeſsione)Parochus non habens copiam cōfeſſarij,ne parrochiani in die feſto miſſa careant; Auth.ib.n.23.

Communicare neceſsitatus poteſt, non præmiſſa confeſsione, ſi rationabiliter timeat peccata eſſe manifeſtanda. Auth.ib.n.28.

Communicaturus ex neceſsitate non tenetur peccata confiteri ſimplici Sacerdoti, niſi ex priuilegio poſsit ſibi eligere confeſſarium non approbatum; vel ſi eſſet in articulo mortis. Azor.1.par.lib.10.ca. 31.q.2.Auth. ib.n.24.

Cōmunio nō eſt facienda ab eo, qui paulo ante, quam incideret in periculum mortis, ſe communicauit. Auth. ib. q.7. p.1.num.1.

Communio per præceptum, quod obligat fieri in articulo mortis; licite poteſt non fieri tranſacto articulo, in quo facta non fuit. Henriq. lib. 8. cap.5.num.3.ad fin.Auth. ib. num.4.

Communio non eſt neceſſaria ex præcepto diuino illi,qui ea ſumpta in articulo mortis, poſtea commiſit peccatum mortale.Reginal.lib.29.n.65. Auth.ib.n. 3.

Communio non eſt de præcepto carenti vſu rationis.Auth. ib p.2 n.3.

Communio non eſt de præcepto ſumēda ab illo, eo tempore,quo cognoſcit ſe non poſſe intra quindecim dies Paſcatis illam ſumere. Suar.d.70 ſect. 2. dub. 3. Auth.ib.num. 15.

Communio (per ſe loquendo) frequentius eſt ſumenda. S. Th.3.p.q. 80.ar.10.auth.ib.n. 16.

Communio eſt ſuměda tempore Paſcatis à proprio Sacerdote. Conc. Trid. ſeſſ. 13. can. 19. auth. ib. n. 5.

COMMVNITAS.

Communitas perfecta, ſeù reſpūblica, quæ per ſe ipſam gubernatur, leges ferre poteſt. l. omnes. ff. de iuſt. & iur. Auth. t. 2. de legib. d. 1. q. 1. p. 3.

Communitatis nomine, non ſolum intelligitur communitas vniuerſalis complectens plures communitates, verum etiam intelligitur communitas particularis. Auth. ib. p. 4. num. 33.

Communitatis minor pars peccat, non obediendo legi à maiori parte acceptatæ. auth. ib. num 34.

Communitas, vt communitas eſt; conſtituens ſindicum, vel procuratorē ad aliquem accuſandū, ſi ſequatur mors accuſati; non fit irregularis; ſingule vero perſone, quę ſuum conſenſum ad accuſaudum nomine communitatis præſtiterunt, fiūt irregulares. auth. t. 1. de cenſur. d. 7. q. 4. p. 2. num. 13.

COMODATVM.

Comodatum eſt cōtractus, quo res alteri conceditur ad certum vſum. Gomez. 2. var. cap. 7. num. 1. Molin. d. 294. num. 1. Auth. t. 2. de reſt. d. 3. q. 15. p. vnic. n. 1.

Comodatum dari poteſt ab eo; qui habet ius vtendi ea re, quam comodat; Molin. l. cit. n. 2. Auth. ib. n. 2.

Comodatū requirit plures cōditiones. Prima eſt, vt interueniat mutuus conſenſus. Secunda, vt tradatur comodatū gratis ad aliquem certum vſum, & ad certum tempus. Tertia, vt dominium rei comodatæ remaneat apud comodantem. auth. ib. n. 3.

Comodatarius tenetur ad eſpēſas ordinarias rei comodate; comodās verò tenetur ad extraordinarias. l. in reb. §. poſſunt. ff. comodati. Reginal. nu. 582. auth. ib. n. 4.

Comodatum poteſt retineri titulo compenſationis. auth. ib. num. 5.

COMPENSATIO.

Compenſatio excuſat à reſtitutione. Auth. t. 2. de reſt. d. 1. q. vlt. p. 2. n. 10.

Compenſatio, vt ſit licita plura requiruntur: Primò, vt debitum ſit liquidum, & certum. Secundo, vt compenſatio fiat in re, ſibi debita ex iuſtitia. Tertio, vt in compenſatione non plus accipiatur, quam debeatur. Quarto, vt creditor nō poſſit per iudicem; aut per petitionem factam debitori rem comode, recuperare. Quinto, vt non fiat compenſatio in re alterius, ſed in re ipſius

ipſius debitoris, vel in re ipſius creditoris, exiſtēte apud debitorem, nolentem eam reſtituere; Sextò, vt abſit periculum ſcandali, vel punitionis corporalis. Auth. ib. à nu. 11. vſque ad num. 20.

Compenſatio non poteſt fieri à ſeruo in bonis domini, quando obligauit ſe ad ſeruiēdum ſine pretio. Auth. ib. n. 15.

Compenſatio, quando fuerit facta, tenetur compenſans admonere ex charitate debitorem; credentum ſibi fuiſſe ſatiſfactum, & perinde non amplius eſſe ſoluendum; ſi tamen hoc facere poſſit, ſine ſuo notabili damno, & dubitat debitorem exiſtimare ſe adhuc teneri ſub peccato ad reſtitutionem. Auth. ib. n. 21.

Compenſatio in delictis eſt licita poſt factum, ſeruata tamen equalitate delictorum; contra Nauarr. lib. 2. cap. 4. num. 3. & alios. Auth. ib. n. 22.

Compenſatio non poteſt dari in debitis ex iuſtitia, cum bonis, vel obſequijs gratis collatis. Rodriq. in Summ. p. 2. cap. 47. concl. 2. Auth. ib. n. 26.

Compenſatio excuſat à reſtitutione famæ, ſeruata tamen equalitate. Salon. 2. 2. q. 62. ar. 2. controuer. 23. concl. 2. Auth. ib. d. 2. q. 4. p. vlt. n. 1.

COMPLEX.

Complex ex prohibitione diœceſana Mediolani non poteſt à confeſſario complice abſolui, etiam in mortis articulo, exiſtente tamen in hoc caſu articuli alio Sacerdote, quamuis non approbato. Auth. t. 1. de Sacram. d. 5. q. 7. p. 5. n. 14. & 15.

Complex poteſt aliquando aliū complicem eiuſdem peccati manifeſtare in confeſſione, cum teneatur confiteri, & nō ſit copia alterius confeſſarij, cui eſſe poſſet ignotus complex; ſecus vero in Confeſſario, qui aliquem defectum cōmiſit in Confeſsione audienda, quem defectum nō poteſt explicare, niſi complicē confeſſario manifeſtet, eiuſque peccatum detegat; quia excuſatur à tali defectu confitendo, ſi neceſſitatem habeat cōfitendi, & alium confeſſarium non habeat, cui abſque complicis cognitione defectum, ſeù peccatum confiteri poſſit; ratio, quia ſigillum confeſsionis ſtrictius obligat, quā præceptum confitendi integre materialiter. Vaſquez. q. 91. art. 2. dub. 3. num. 29. & q. 93. art. 4. dub. 4. Silu. verb. confeſſio. 1 nu. 13. Auth. ib. q. 5. ſect. 2. p. 2. §. 4. n. 5.

CONCIO.

Concio non eſt audienda, eo præcepto, quo fideles tenentur dies feſtos colere. Graff. 1. par.

par.lib.2.cap.34.num.8.Suar. lib.1.de relig.cap.16.num.6. Auth.t.2.de legib.d.5.q.vnic. p.2.n.27.

Concio, ſi ommittatur fieri populo à Paſtoribus, id eſt à parrochis, committitur peccatũ mortale, ſi oues verbo Dei grauiter indigeant ob inopiá concionatorum, & parochus deſiſtat per tres menſes in circa; ſecus vbi eſt copia concionatorum. Anth. ib. num. 31.

Concio eſt materia Simoniæ, ſi ipſa per ſe ſpectetur. Auth.t.1. de tract.var.d.1.q.4.§.10.n.8.

Concionator non commictit ſimoniam accipiendo aliquid pro magna contentione vocis,& animi, aut pro labore & ſtudio.Auth.ib.p.6.p.3.n.6

CONCVBINATVS.

Concubinæ,quæ leguntur in Sacris Scripturis,erãt vere vxores. Azor. 3. par.lib.3.cap.5. Henriq.lib.12. cap. 6. num. 2. Auth.t.1.de magn.matr.ſacr. q.4.p.14.num.9.

Concubinatus, eſt frequens, & conſueta fornicatio cum eadem perſona.Auth.ib.num.8. & Silu. verb. concubinarius. num.1.&Tolet.lib.5.cap.47 notant. concubinarium dici illum, qui copulam habet cũ ſemina ſoluta, vel coniugata tenendo eam ad venerem, ac ſi eſſet vxor.

Concubinarij ſeculares poſſunt ab ordinarijs locorum puniri, & poſt trinam monitionem, etiam excommunicari.Conc. Trid.ſeſſ.24.cap. 8. vid. deciſ. noſtr.378.Auth.ib.n.18.

Concubinarij presbyteri ſunt excommunicandi ab Epiſcopo, Conc.Trid.ſeſſ.25.c.14& nota.Ius antiquum, quo notorius concubinarius erat ipſo facto ſuſpenſus,correctum eſſe per Trid.l.cit.Auil.3.par. d.1.dub.2.Henriq.lib.13.cap. 36.Auth.ib num.19.

Concubinarius non eſt abſoluẽdus, niſi prius dimiſerit concubinam.auth.ib.n.15.

Concubinarius differt à fornicatore;Concubinatus enim crimen commictitur, vt dictum eſt ſup. verb. concubinatus; fornicator vero dicitur ille, qui modo copulam habet cũ vna, & modo cum alia. auth. ib.n.8.

CONDVCTOR, ET Conductio.

Conductio eſt contractus, quo mercede accipitur perſona, vel res ad vſum, vel fructum. Auth.t.2.de reſt. & contract. d.3.q.7.n.1.

Conductor dicitur ille, qui mercedem ſoluit pro vſu, vel fructu rei acceptæ. Leſſ. lib. 2. cap.24.dub.1. Molin.tract.2. d.489.auth.ib.num.eo.

Conductio finitur multis modis vt

vt inf. verb. locatio.

Coductio fieri poteſt ab eo, qui poteſtatẽ habet vendendi, vel emendi. Auth. ib. n. 9.

Conductor poteſt rem conductam alteri locare, dummodo aliter conuentum nõ ſit cum primo locatore, & modo primus locator non patiatur dãnum l. ſi nemo Cod. de locat. Tuſcus t. 5. concl. 413. Auth. ib. n. 4.

Conductor ſecundus, qui ab alio conductore rẽ conduxit, huic conductori, non primo locatori penſionem rei conductæ ſoluere tenetur. auth. ib. n. 5.

Conductor poteſt vti re conducta cum quatuor obligationibus, ſeu conditionibus. Prima eſt, vt conductor non poſſit vti re conducta, niſi ad eum vſum, ad quem conduxit. Niſi aliter conijciat de mente locatoris. Conrad. de contract. quæſt. 87. Secunda, quod conductor non poteſt, abſq; iuſta cauſa rem conductam dimittere, nondum expleto locationis tempore. Tertia, quod conductor elapſo locationis tempore tenetur rem cõductam eandem numero, & integram reſtituere, niſi aliter conuentum ſit. Ant. Gomez. t. 2. var. cap. 3. num. 21. & 22. Quarta, vt conductor ſoluat penſionem tempore cõſtituto, quod ſi non fuerit pactum de tempore, ſoluenda erit iuxta cõſuetudinem loci. l. Iulianus §. offerri. ff. de act. empt. auth ib. p. 3. d. n. 1. vſque ad 5.

Conductor, qui per impedimentum ſuperueniens, abſq; ſua culpa, non potuit vti re conducta, non tenetur ad ſoluendam penſionem; Nauarr. cap. 17. num. 187. Molin. d. 493. n. 2. & 3. auth. ib. n. 6.

Conductor tenetur ſoluere mercedem famulo conducto, cuius opera non eſt vſus ob ſuã culpam. l. qui operas. ff. locat. auth. ib. n. 8.

Conductor quibus caſibus non teneatur ad penſionem vide auth. num. 9. & ſeq. qui omnes reducuntur ad ſupradictam maximam; quãdo impedimentum ſuperueniens fuit, abſq; culpa conductoris; aduerte tamen, quod conductor, qui renuntiauit caſibus fortuitis, cenſetur ſolum renunciaſſe caſibus ſolitis, & conſuetis. auth. ib. n. 13.

Conductor, qui ex magna ſuperueniente ſterilitate non tenetur ad penſionem; ſi ſterilitas fuerit exigua tenebitur; Magna enim, tripliciter à DD. conſideratur. Primo, quando communiter à vulgo appellatur magna. Secundo, quando fundus non reddidit dimidios fructus, quos reddere conſueuerat. Tertiò, quando detra-

ctis expenſarum æſtimatione, & ſemine, non ſuperſunt fructus, qui ſufficiant ad dimidiā penſionem ſoluendā, Rebell. lib.14.cap.7. Couarr. practic quæſt.cap. 30.nu. 1. Auth.ib. num.eo.

Conductor tenetur augere penſionem propter vbertatē fructuum longe maiorem, prouenietem nō ex ſui induſtria, ſed clementia cœli l.fin.ff.de legat. Auth.ib.num.14.

Conductor non tenetur ſoluere penſionem ſingulari ſucceſſori, niſi anteceſſor locator ceſſerit illi ius ſuum. Auth. ib. num.3.

Conductor non tenetur ſtare contractui locationis, poſtquam res tranſijt ad ſingularem ſucceſſorem; ſecus verò ſi tranſijt ad heredem vniuerſalem.auth.ib.n.4.

Conductor, qui agrum ſeminauit, non poteſt expelli ab agri emptore. Silu. verb. locati, quæſ.11.n.11.Auth.ib.n.6.

Conductor non poteſt res proprias minoris pretij conſeruare, neglectis alienis maioris pretij; conductor enim tenetur de culpa leui. Silu. verb. comodatum. Auth.ib.q.1.p.6 num.25.

CONFESSARIVS.

Confeſſario non expedit cōfeſſiones alicuius communicaturi audire in altare. Suar. d. 66.ſect.4. auth.t.1.deSacram. d.4.q.6.p.1.n.20.

Confeſſarius tenetur aliquando pœnitētem interrogare.auth. ib.d.5.q.5.ſect.2.p.2.§.1.n.7.

Confeſſario, apud quem aliquis habet bonam famam; poteſt ad bonam famam conſeruandam peccata venialia cōfiteri; & alteri peccati mortalia: dum finis non ſit peccaminoſus mortaliter. Silu. verb. confeſsio 1. quæſ.7.num.9. Victoria de Sacram.num.197.auth. ib.d.5.q.5.ſect.2.p.2.§.2.n.5.

Confeſſarius poteſt valide, non licitè, multos ſimul audire, & abſoluere. Nauarr. in manual. cap.8.num.13. Silu. verb. confeſsio.num.23. Auth ib. num. 23.

Confeſſarius mortaliter peccat, incipiendo audire confeſsiones in mortali peccato, niſi excuſetur ratione paruitatis materiæ. Suarez de pœnit.d.28 ſect.1.num 3. Auth. ib.§.3.difficul.2.num. 8. contra Hēriq. lib.6.cap.18.in comment. lit. V. ad fin.

Confeſſarius, ſi interrogetur de auditis in confeſsione, non poteſt interroganti reſpondere iuxta interrogantis mētem; ſed negare debet ſe quid quam ſcire; habet enim iuſtā cauſam tergiuerſandi; & amphibologicè loquendi; quod neſciat etiam iurare poteſt vide-

videlicet, vt interroganti manifeſtet. Graff. 1. par. deciſ. lib. 1. cap. 23. num. 2. Suar. de pœnit. d. 33. ſect. 6. num. 6. Auth. ib. q. 6. p. 4. num. 31.

Confeſſarius, vt validè adminiſtret Sacramentum pœnitentiæ, debet eſſe approbatus ab ordinario. Conc. Trid. ſeſſ. 13. cap. 15. Auth. ib. q. 7. p. 4. §. 1. num. 9.

Confeſſarius regularis debet approbari ab Epiſcopo. auth. ib. num. 16.

Confeſſarius non validè abſoluit cum ratihabitione ſuę approbationis ab Epiſcopo, vel Sũmo Pontifice, de futuro; ſecus verò ſi Epiſcopus ratam habeat abſolutionem de præsẽti, ſigno aliquo externo, vel videat eum abſoluentem, & taceat, dum facilè impedire poteſt. Nauar. in manual. cap. 9. num. 5. & cap. placuit num. 105. Sanch. lib. 3. d. 35. nũ. 20. Hoc tamen aduertendum notat Author, ſimplicẽ taciturnitatem non eſſe ſignum ſufficiens approbationis, niſi alicui ſigno externo adiungatur. Sayr. de cenſur. lib. 7. cap. 14. nu. 16. Sanch. de matrim. lib. 8 d. 4. num. 25. Auth. ib. num. 13. & 14.

Confeſſarius approbari debet à proprio Epiſcopo. Coninch. d. 8. dub. 7. nu. 50. & 51. auth. ib. num. 15.

Confeſſarius ſimpliciter ab Epiſcopo approbatus non debet nouam licentiam obtinere à parocho loci, in quo vult cõfeſſiones audire, ſi locus in diœceſi Epiſcopi approbantis exiſtat. Auth. ib. n. 17.

Confeſſarius non cenſetur approbatus, ſi fuit approbatus ab Epiſcopo ſciente illum nõ eſſe idoneum Conc. Trid. ſeſſ. 23. cap. 15. Suar. d. 28. ſect. 5. n. 7. verſ. & fortaſſe. Reginal. lib. 1. num. 157. Auth. ib. num. 29.

Confeſſarius cenſetur approbatus, etiam ſi falsò fuerit idoneus iudicatus ab approbante. Suar. & Reginal. loc. cit. Auth. ib. n. 30.

Confeſſarius debet iudicari, & approbari idoneus, vt validè cõfeſſiones audiat. Cõc. Trid. l. cit. Sanch. lib. 6. de matrim. d. 38. num. 20. Auth. ib. num. 31.

Confeſſarius debet habere ſciẽtiam, vt ſit iudex, & medicus, alias peccant ipſe, & ſuperior, qui eum approbauit. Suar. t. 4. d. 28. ſect. 2. num. 6. Auth. ib. §. 2. num. 4. & 5.

Confeſſarius, ſi ei difficilis caſus incidat in confeſſione, poteſt abſoluere pœnitentẽ ſub promiſſione de ſeruando ea, quæ neceſſaria iudicata fuerint. Nauarr. cap. 26. num. 3. Silu. verb. confeſſio. num. 12. auth. ib. num. 10.

Confeſſarius tenetur audire peccata commiſſa, nõ autem explicitè determinare in particulari, quodnam ſit peccatũ mortale, vel veniale. Suar. d. 20. ſect. 2. num. 2. Nauarr. ca. 4. num. 9. Auth. ib. n. *12.*

Cõfeſſarius indoctus, ſed approbatus (dummodo bona fide à penitente adeatur) valide abſoluit. Auth. ib. num. *13: 14.* & *15.*

Confeſſarius tenetur pœnitentem docere ea, quæ prudẽter iudicauerit ſaluti pœnitentis expedire, & ad proprium officium pertinere. Auth. ib. nu. *17.*

Confeſſarius, ſi non admonuit pœnitentem de reſtitutione facienda, non tenetur ad reſtitutionem ipſam, nec ad dannum, quod tertius patitur ob prætermiſſam à cõfeſſario admonitionem. Ratio, quia cõfeſſarius nullam actionem iniuſtam exercuit contra tertium, cui pœnitens reſtitutionem facere tenetur; quãquam confeſſarius peccet contra proprium officium erga pęnitentem non adhibendo debitam ſollicitudinem in Sacro miniſterio exercẽdo. Coninc. d. *8.* dub. 17. nu. *144.* Reginal. lib. 2. num. *43.* Auth. ib. num. 22.

Confeſſarius ex culpa lata, vel ignorantia craſſa ſi conſilium dedit pęnitenti de reſtitutione non facienda; tenetur ipſe ad dannum, quod tertius patitur, nam culpabiliter exercuit actionem dãnificatiuam tertio; Vaſquez de penit. q. 93. dub. 8. ad fin. Aduertit tamen author, quod talis cõfeſſarius poteſt ſe releuare, admonẽdo deinde in alia confeſsione, vel extra eam (de licentia tamen pęnitentis petita ad loquendum) ipſum pęnitentem de obligatione ad reſtituendum; quia ſic retrahit influxũ, quem præſtiterat. Auth. ib. nu. eo.

Confeſſarius parochus tenetur ſuorum ſubditorum cõfeſſiones audire, toties, quoties, rationabiliter credit, illos confeſſiones petere. Nauarr. cap. placuit diſt. *6.* num. *151.* Sot. in 3. diſt. *18.* q. 4. art. 2. Auth. ib. num. 23.

Confeſſarius, qui ex malitia, vel ignorantia, vel ex inaduertentia non validè abſoluit, tenetur admonere pęnitentem in alia confeſſione, quod ſi nõn poterit illum habere amplius in confeſsionario, debet petere ab illo licentiam de loquendo, & deinde illi aperire, quod fuerit malè abſolutus; modo hoc facere poſsit, ſine ſcandalo, vel graui ſuo detrimento. Nauarr. cap. *26.* num. 14. Ang. verb. confeſsio. num. *13.*

13.Auth.ib.p.6.num.4.

Confeſſarius male abſoluens,nõ poteſt deinde pęnitẽtem male abſolutum abſẽtem abſoluere.Auth.ib.n.2.

Confeſſarius tenetur admonere pęnitentem, qui ex ignorantia vincibili,& culpabili, matrimonium inualidè contraxit; quando ex ſui admonitione credit, quod pęnitens cognito prauo ſtatu reſipiſcat; vel ſi cõtractũ fuerit tale matrimonium cum ſcandalo publico, etiam ſi nullus ſperetur fructus.Coninc.d.8. de pęnit. dub.17.num.136.Sanch.lib.2 d.38.Auth. ib. de Magn. matrim.Sacram q.3.p.vlt. n.2.3. & 4.

Confeſſarius non poteſt abſoluere pęnitentem inuincibiliter ignorantem impedimentũ dirimẽs matrimonium, ſi reddere debitum nequeat ob irã, vel aliam iniuſtam cauſam, & confeſſarius non ſperat fructum; illum admonendo de inualiditate matrimonij; Ratio eſt, quia talis pęnitens eſt in ſtatu peccati mortalis cum credat ſe iniuſte denegare debitum. Auth.ib.n 5.

Confeſſarius non poteſt præcipere pęnitenti, vt debitum teddat, nec etiam monere ad reddendum, quãdo matrimonium eſt inualidum ob impedimentum coniugi ignotum; ſed poteſt in genere eum admonere, vt firmiter proponat non offendere Deum in vllo caſu.Auth.ib. num.6.contra Sanchez.lib.7.d.38.nu. 8.Coninc.l.cit.num. 139. & alios. Ratio,quia confeſſarius mentiretur dicendo pęnitenti,illũ cui pęnitens non vult reddere debitum,eſse ſuum coniugem & incitaret illum ad peccandum habendo copulã cnm nõ cõiuge, quæ copula eſt intrinſice mala,nõ jntercedẽdo verum matrimonium ob impedimentum dirimens inuincibiliter ignoratum.

Confeſsarius nõ tenetur admonere pęnitentem de inualiditate matrimonij,quando credit fore,vt non poſsit diſpenſationem impetrare. auth.ib. num.8.

Confeſsarius noſcens ex confeſſione aliquos cõtracturos inualidè matrimonium cũ ignorantia inuincibili non tenetur eos de inualiditate admonere,ſi non ſperat admonitionẽ eis profuturam. Sanch. lib.7. d.38.num.6.Auth.ib.n. 9.

Confeſsarius prudenter curare debet, vt intelligat,an pęnitens, qui inualidè contraxit, credat ſe eſſe in bono ſtatu, an verò de eo dubitet, & ſic cognoſcere ſi in eo ſit ignorãtia inuincibilis, vel vincibilis; aduertere tamen debet ne

pęnitenti ingerat aliquod dubiũ male fidei, qñ non ſperat admonitionem profuturam. Sanch.l.cit. num.3. Auth.ib.n. 10.

Cõfeſſarius tenetur aperire veritatem, quando pęnitens dubius interrogat ipſum de aliquo impedimento; quamuis credat ſe nihil profuturum manifeſtando veritatem. Hẽriq.lib.6.cap.27.num. 5. pag. 321. Auth.ib.num.11.

Confeſſarius tenetur admonere pęnitentem laborãtem ignorantia inuincibili impedimenti, quando credit admonitionem non ſtatim profuturam, ſed futurum, vt breui tempore proſit, quod facere debet confeſſarius poſt impertitam abſolutionem, ne penitens turbetur antea, & ponat obicem ad gratiam. Medin. 6. de confeſſ. q. 19. dub. 2. dicto 3. Auth. ib. n. 12.

Confeſſarius nõ tenetur, nec debet petere licentiam à pęnitente, vt illum admoneat extra confeſſionem de impedimento dirimẽte, ſaltem ſi commodè nequeat petere, vel admonere. S. Thom. in 4. diſt. 21. q. 3. art. 1. Sanch. lib. 3. d. 16. n. 16. Auth ib. num. 14.

Confeſſarius poteſt abſoluere adoleſcentem, qui ſepè in mollitiem incidit ex carnis fragilitate; poteſt etiam, & debet aliquando abſolutionem differre. Coninc. de pęnit. d. 8. dub. 17. num. 134. Auth. ib. q. 4. p. 14. n. 14.

Confeſſarius debet vti magna prudentia, ne vltra modum compellat adulteram in articulo mortis detegere ſuum adulterium. Auth ib. p. 15. nu. 22.

Confeſſarius non debet detegere adulteram poſt mortem. Auth. ib. num. 23.

Confeſſarius habens copulam cum filia ſpirituali, non committit inceſtum, ſi fuerit habita extra confeſſionem; ſed ſi interceſſerit in ipſa confeſſione erit ſacrilegium neceſſariò explicandum in confeſſione. Azor. 3. par. lib. 3. cap. 9 q. 5. & 9. Em. Sà. verb. confeſſio num. 26. & verb. luxuria num. 2. & alij contra Sanch. lib. 7. de matrim. d. 55. num. 4. Coninc. d. 32. dub. 2. num. 23. & contra me in decif. 376.

Confeſſarius, regulariter loquẽdo) non debet abſoluere pęnitentem, antequam dimittat concubinam, quam domi retinet. Clau. regia lib. 8. cap. 2. num. 9. Coninc. d. 8. de pęnit. dub. 17. num. 134. Auth. ib. p. 14. n 11.

Confeſſarius abſolutè delegatus ab Epiſcopo, nõ ammittit iuriſdictionem audiendi confeſſiones morte Epiſcopi; ſecus ſi fue-

ſi fuerit conceſſa facultas ad beneplacitum cõcedentis;ſed ſi fuerit conceſſa ad beneplacitũ ſedis,ſeu dignitatis adhuc mortuo Epiſcopo perſeuerat. Sanch.lib.8.d.28.nu.27.Em. Sà.verb.gratia.nu.4.Suar.de pęnit.d.29.ſect.3.nu.5. Auth. t.2.de reſtit.d.1.q.2.p.6.num. 25.

Confeſſarius tenetur ad reſtitutionem pro danno,ſua lata culpa ſequuto.Silu.verb.culpa. num.6.Leſſ.dub.7.n.31.Auth. ib.p.7.n.19.

Confeſſarius etiam ſi nõ habeat poteſtatem abſoluendi à reſeruatis, poteſt tamen abſoluere, quando penitens non peccauit mortaliter in accipienda re,pro cuius acceptionis prohibitione, erat appoſitus caſus reſeruatus. Caſus enim reſeruatus ſupponit peccatum mortale.Molin.d.747. num.4.Nauarr.cap.17. num. 93.Auth.ib.q.3.p.4.n.19.

CONFESSIO.

Confeſſio neceſſariò requiritur ante ſumptionem Euchariſtię niſi neceſſitas excuſet. Conc. Trid.ſeſſ.13.cap.7. & canone 11.Suar.d.66.ſect.3.ad finem. Azor.1.par.lib.10.c.31.quæſ. 3.Auth.t.1.de Sacram.d.4. q. 6.p.1.num. 10. hoc autem intellige ſi habeat, vel dubitet habere conſcientiam peccati mortalis.Auth num.eo.& 11.

Confeſſio,ſi abſque ſcãdalo fieri poteſt. Eſt facienda etiam in altari miſsa inchoata.non ſolum ſi Sacerdos recordetur alicuius peccati mortalis antea commiſsi,ſed etiam,ſi aliquod cõmiſerit in ipſo miſſe Sacrificio, ante ſumptionem Euchariſtiæ.Bartolom.ab Angel.dialog.5.§.660. Auth. ib. num.15.

Confeſsio prætermitti poteſt à celebraturo ex neceſsitate, non habente copiam confeſſarij; ſed tenetur elicere actũ contritionis.Henriq. cap. 27. num.60.Bartolom.ab Angel. l.cit.§.192.Auth.ib. num. 23.

Confeſsio eſt præmittenda ſumptioni Euchariſtiæ de iure diuino, quando ſumpturus cognoſcit ſe grauatum peccato mortali.Cordub.lib.1.quæſ.5. Couarr. cap. alma mater. 1. part.§.1.num.7.auth.ib. num. 35.

Confeſsio eſt de eſſentia Sacramenti pęnitentię. Auth.ib.d.5 q.3.p.2.n.3.

Confeſsio etiam venialium ſine vllo dolore inualida eſt. Suar. d.20.ſect. 6.num. 4. Auth. ib. num.8.

Confeſsio valet per literas miſſas à pęnitente Confeſſario, dummodo ipſe penitens in præſentia confeſſarij dicat ſe pęnitere de omnibus illis peccatis,& obtineat abſolutionẽ

tunc

tunc præſens. Auth.ib. q.4.p. 5.num.2.

Confeſsio eſt legitima,& Sacramẽtalis accuſatio de proprijs peccatis facta Sacerdoti ad obtinendam remiſsionẽ peccatorum per abſolutionem. S.Thom.in 4.d.ſt.17.q.3. art. 2.Suar.d.21.Auth.ib.d.5.q.5. ſect 2.p. r.n.1.

Confeſsio neceſsario tres debet habere cõditiones.Prima eſt, vt ſit integra. Secunda, vt ſit dolẽs,& lacrimabilis.Tertia, vt ſit vera,ſeu pura; attamen ad maiorem eius perfectionẽ DD.ponunt ſexdecim conditiones, quæ ſolent in confeſſione perfecta reperiri. ſequentibus verſibus cõtentas. ſit ſimplex,humilis,confeſsio, pura,fidelis; atque frequens, nuda,& diſcreta,libens: verecunda. integra, ſecreta, & lacrimabilis.accelerata fortis, & accuſans, & ſit parere parata,Auth.ib.p.2.n.1.

Confeſsio, abſque neceſsitate non poteſt fieri coram pluribus,ſaltẽ ſub veniali. Nauarr. in manual.ca.8.num. 13. Silu. verb.confeſsio 1.num.23. auth.ib.d.5.q.5.ſect. 2. p. 2.§.2. num.23.

Confeſsio non poreſt ab Eccleſia præcipi,vt publicè fiat.Ratio,quia huiuſmodi lex difficillima eſset, nec per ſe valde vtilis. Suar. d.21.ſect.2.nu. 6. Reginal.num.79. Auth. ib.nu. 24.

Confeſsio in tribus caſibus eſt valida, quamuis non ſit integra.Primo,quando adeſt ignorantia,ſeù obliuio;Secundò,ſi adſit impotentia loquendi. Tertiò, ſi inſurgeret graue dannũm Sacerdoti, vel pęnitenti;Ratio eſse poteſt, tum quia præceptum Chriſti poſitiuũ de integritate confeſsionis,eſt conſentaneum rationi, nec adeo ſtrictè obligat, vt pęnitens ſemper teneatur illud ſeruare; tum quia concurrente aliqua,ex prædictis cauſis poteſt adeſse debita forma, cũ debita intentione miniſtri,& debita materia remota cum materia proxima.Auth.ib.p.2.§.4.n.1.

Confeſsio eſt iteranda ex defectu pęnitentis, quoties pęnitens culpabiliter mortaliter, non confitetur integrè, aut quoties confitetur ſine dolore requiſito ſaltem ad ſubſtãtiam, aut quoties confitetur culpabiliter ſine dolore ad fructũ requiſito, aut quoties mortaliter peccat in actuali ſuſceptione Sacramẽti.Vaſq. q.92.art.3.dub.1.nu. 4. Sayr. de pęnit.cap.14.n.1.Auth ib. p.3.n.1.

Confeſsio eſt iteranda ex defectu confeſsarij abſoluentis, quoties confeſsarius defecit

in eſſētialibus,& hoc euenire poteſt tribus ex cauſis. Prima eſt ſi confeſſarius careat iuriſdictione, Secunda ſi nō habeat debitam, & ſufficientem intentionem. Tertia ſi non vtatur forma à Chriſto determinata. Auth. ib. n. 8.

Confeſſio facta dormienti, vel omnino indocto inualida eſt. Auth. ib. num. 14. verſ. obijciens.

Confeſſio inualidè facta, quando iteratur, omnia peccata ſingillatim ſunt repetenda ſi fiat alteri confeſſario; ſi vero fiat eidem cōfeſſario, ſufficiet dicere ommiſſa, & alia poſt illā cōfeſſionem commiſſa, dummodo confeſſarius ſaltim in genere recordetur peccatorum alias confeſſorum, vel pęnitentiæ, tūc iniunctæ. Nauarr. cap. 9. num. 19. Silu. verb. confeſſio 1. quæſ. 3. Auth. ib. num. 15.

Confeſſio ſi vna vice perfici nō poteſt, pluribus vicibus, & ſpatio multorum dierum cōpleri valide poteſt. Graff. 1. par. decif. lib. 1. cap. 32. nu. 11. Suar. d. 18. ſect. 4. n. 3. auth. ib. num. 16.

Confeſſio obligat omnes fideles rationis capaces. Conc. Trid. ſeſs. 14. cap. 5. cap. omnes vtriuſque ſexus. de pęnit. Nauarr. ca. 21. num. 88. auth. ib. p. 4. n. 1. & 2.

Confeſſio obligat Papam Iure diuino, & etiā ipſum obligat iure Eccleſiaſtico vi tamē directiua, & ex honeſtate, non autem vi coactiua, cum Papa non ſit ſubditus legibus Eccleſiaſticis vi coactiua. Azor. ca. 40. quæſ. 11. Henriq. lib. 1. de Sacram. pęnit. cap. 3. num. 2. Auth. ib. n. 4.

Confeſſio peccatorum mortalium debet fieri à fidelibus vtriuſque ſexus non ſolum ex præcepto diuino, ſed etiā Eccleſiaſtico. S. C. Trid. ſeſs. 14. cap. 4. auth. ib. n. 9.

Confeſſio ſi non poſset fieri in articulo mortis, vel in Paſcate ex aliquo impedimēto prę-uiſo debet anticipari tempore oportuno. Silu. verb. confeſſio 1. num. 2. Henriq. lib. 4. cap. 3. num. 3. Auth. ib. num. 21.

Confeſſio dicitur informis ex defectu attritionis, ſed eſt valida; quando pęnitens bona fide, & inculpabiliter recipit pęnitentiæ Sacramentum ſine dolore requiſito ad fructū iſtius Sacramenti. Auth. ib. d. 5. q. 6. p. 5. n. 4.

Confeſſio venialium non eſt neceſſaria non habenti peccatum mortale; Si velit conſequi indulgētiam, pro qua cōſequenda iniungitur confeſſio, quia ſupponitur peccatū mortale. Auth. ib. d. 6. q. 1. p. 5. n. 8.

Con-

Confeſsio ex opin. probabili, non eſt iterum faciẽda ab eo, qui volens conſequi indulgẽtiam confeſsus fuit omnia peccata, ſed antequam cetera opera iniuncta compleret, denuo peccauit mortaliter, vel recordatus eſt alicuius peccati mortalis obliti. Nugn. in add. q. 27. art. 3. dub. 4. ſed cõtrariam in praxi amplectendam putat. Auth. ib. n. 9.

Confeſsio præcepta ſingulis annis in Paſcate, differt ab ea, quæ debet fieri in articulo mortis, quia præceptum confeſsionis annuæ obligat, etiã poſt Paſcatis tempus, quam prima comodè fieri poteſt, cũ terminus ab Eccleſia nõ fuerit appoſitus ad finiendum, ſed ad ſollicitandam obligationem; ſed præceptum in articulo mortis eſt lati ob periculum imminens damnationis tali tempore. Auth. ib. d. 5. q. 5. ſect. 2. p. 4. n. 29.

Confeſsio facienda eſt Sacerdoti approbato. Auth. ib. num. 34.

Confeſsio fieri poteſt confeſsario approbato, inuito proprio parocho. Suar. d. 6. ſect. 1 num. 12. Auth. ib. n. 35.

Confeſsio licite ommitti poteſt, quando nequeunt peccata confiteri, abſque graui detrimento pęnitentis. Auth. ib. p. vlt. n. 1.

Confeſſio præcepta in Paſcate non obligat, quando non poteſt fieri niſi per interpretem; obligat verò in articulo mortis, quando aliter non poteſt elici actus contritionis, vel de eo dubitatur. Suar. d. 26. ſect. 6 num. 5. Silu. verb. confeſſio. 1. n. 15. Auth. ib. n. 5.

Confeſsio ſi non aliter fieri poſſit, niſi per ſcripturam, (præciſo graui incomodo, & periculo) obligat Coninc. d. 5. dub. 10. num. 18. Auth. ib. n. 6.

Confeſsionem anticipare non tenetur is, qui lubricam habet memoriam. Auth. ib. n. 7.

Confeſsio generalis licitè poteſt fieri, abſque explicatione ſingulorum peccatorum, alias ritè cõfeſſorum. Angel. verb. confeſsio. 1. Zerol. de pœnit. cap. 13 quæſ. 25. Auth. ib. ſect. 2. p. 2. difficul. 2. n. 14.

Confeſsionem, & communionẽ eod. anno ommittẽs, duo peccata mortalia cõmittit, quia violat duo præcepta de re diuerſa. S. Thom. in 4. diſt. 17. q. 3. ar. 1. Suar. d. 36. ſect. 1. auth. ib. p. 4. n. 18.

Confeſsionem informem faciẽs præcepto Eccleſiæ ſatisfacit. Suar. l. cit. ſect. 7 num. 6. Henriq. lib. 3. cap. 5. nu. 1. Auth. ib. num. 22.

Confeſsionem ommittens anno præterito; tenetur quamprimum ex præcepto Eccleſiaſtico

ſtico hoc anno confiteri. Nauarr.cap.21.num.45. Valent. t.4.d.7.q.9.p.4. ſub fin. verſ. tertio notandum. Auth. ib. n. 26.

Confeſsionem, qui ommiſit anno præterito, toties peccat mortaliter, quoties hoc anno oblata oportunita non confitetur. contr. Valent. l.cit.in fin. Auth.ib.n.30.

Cõfeſsionem faciens aliquo anni tempore, ſatisfacit pręcepto annuæ confeſsionis, nec vi talis p̃cepti tenetur amplius in quadrageſima confiteri. Nauarr.cap.2.num.9. Valent. l.cit. Auth.ib.n.20.

Confeſsionis præcepto non ſatiſfacit vnica confeſsione, qui per duos annos confeſſus nõ fuit. Suar.d.36. ſect. 4.num.5. Coninc. d. 5. dub. 8.num.63. Auth.ib.n.31.

Confeſsionis ſchedulam dicenti ammiſiſſe, poteſt à Parocho iux. qualitatem, & honeſtatẽ perſonæ fides præſtari. Auth. ib.num.36.

CONFIRMATIO.

Confirmatio eſt Sacramentum, quo homo viator baptizatus inungitur in fronte ab Epiſcopo cum chriſmate, & præſcripta verborum forma ad fidei robur conſequendum. Henriq.lib.1.cap.1.num.4. Auth. ib.d.3.q.vnic.p.1.n.1.

Confirmationis Sacramentum fuit inſtitutum à Chriſto Domino noſtro in die vltimæ cęnæ, quo ad materiam, & formam. Suar.d.32. ſect. 2. Reginal. lib. 28. num. 4. Auth.ib. num.2.

Confirmationis Sacramentum non eſt neceſſariũ neceſsitate medij, nec præcepti, & (ſecluſo contemptu) non peccat, qui illud ommittit. Auth. ib. multos alleg. DD.p.2.num.1. & 2.

Confirmationis miniſter regulariter loquendo eſt Epiſcopus ordinatus. Sed ex commiſsione Papę quilibet Sacerdos. Bellarm. cap. 12.de confirm. S.Thom.q.72.ar.11. auth.ib.num.3.

Confirmationis forma à Chriſto fuit generaliter præſcripta, ab Eccleſia vero ſpecialiter. Suarez.d.33.ſect.2.verſ.reſtit. verò, auth.ib.n.6.

Confirmationis Sacramentum iux. conſuetudinem loci conferendum eſt; attamen talis conſuetudo, abſque labe peccati mortalis poteſt ab Epiſcopo non attendi. Auth. ib. num.15.in fin.

Confirmationis Sacramentum fit neceſſario cum vnctione in fronte confirmandi. S. Tho.q.72.art.9.Auth.ib.p.3. num.5.

CONIVGATVS Coniux.

Coniugatus poteſt ſumere ordines Sacros in duobus caſib. Primo, quando poteſt facere diuortium, quo ad thorum, & quo ad habitationem, & intrare religionem etiam in vita vxoris; Secundo, quando in ſuſcipiendo ordines concurrit liber, & legitimus cõſẽſus vxoris; legitimus autem conſenſus vxoris eſt, ſi ipſa exiſtens iuuenis ingrediatur religionem, aut ſaltem voueat caſtitatem ſi ſit ſenex. Sanch. lib. *7*. d. *39*. n. *6*. Henriq. lib. 12. cap. *5*. num. *10* Auth. ib. de Magn. matrim. Sacram. q. *3*. p. *9*. num. *18*.

Coniugatus recipiens ordines, abſque conſenſu vxoris incurrit irregularitatem. Hentiqu. lib. *13*. ca. 39. num. *1*. Sayr. lib. 4. cap. *14*. num. 28. Auth. ib. n. 20.

Conjuges poſſunt poſt conſummatum matrimonium de cõmuni conſenſu ingredi religionem. cap. qui vxorem. 33. q. *5*. Sanch. lib. *7*. d. 33. Auth. ib. q. 3 p. *4*. n. *11*.

Cõiuges poſſunt peccare in vſu matrimonij pluribus modis; Primo ſi coniunctio fuerit facta indebito modo, vt puta pollutione voluntaria extra vas; vel non ſeruato ſitu, & modo congrediendi. Henriq. lib. *11*. cap. *16*. num. *6*. Secundo, ſi non conſtituant finem honeſtum; ex. gr. procreationem filiorum: fugam incontinentiæ, &c. Nauarr. cap. *16*. n. 23. Sanch. lib. 9. d. 11. Tertio, ſi fieret cum danno, vel periculo grauis morbi, vel abortus. Nauarr. cap. *16*. num. 53. Silu. verb. debitum. n. *8*. Quarto, ſi negetur debitum; nõ aũt ſi coniux alio ſeminante, nolit ſeminare. Hic nota licere feminæ, poſtquam vir ſeminauit, & ſe retraxit, tactibus ſe excitare donec ipſa etiam ſeminet; nõ tamen, quia tenetur ad ſeminandum, ſed quia graue alioquin ſentiret afflictionem; & tactus illi ordinantur ad complendum actum coniugalem; ſecus in viro, quia nõ licet ei procurare tactib. ſuã pollutionem cum ceſſent rationes prædictę. Sãch. lib. *9*. d. *17*. n. 10. Quinto ſi ſimul non cohabitarent, cap. literas de reſtit. ſpoliat. Sed non omnia prædicta ſunt peccata mortalia; immo aliquando veniale, aliquando nullum committitur peccatum, vt dicetur verbo peccatum, & his verſibus explicantur, quæ ſeruanda sũt pro debito vſu matrimonij.

Sit modus, & finis, ſine danno, ſolue, cohere, ſit locus, & tempus, tactus, nec ſpernito votũ

auth. ib. q. 4. p. *6*. à n. 5. vſq; ad *15*.

Coniux poteſt licitè, & validè, altero inuito ingredi rel gionem, & in ea profiteri ante conſumatum matrimonium. Perez de Matrim. §. 18. Sanch. lib. 2. d. 24. num. 27. Côc. Trid. ſeſſ. 24. cap. 4. Auth. ib. q. 3. p. 4 num. 4.

Coniux remanẽs in ſeculo, poſtquam alter profeſſus fuit religionem, poteſt cum alio contrahere matrimònium. Sanch. lib. 2. d. 24. num. 8. Henriq. lib. 12. cap. 5. num. 8. Auth. ib. n. 5.

Coniux non tenetur regulariter credere alteri coniugi aſſerẽti cum iuramento ſe fictè cõſenſiſſe in matrimonium, vel habere aliquod impedimentũ dirimens. Nauarr. cap. 22. nu. 82. Em. Sà verb. debitum. nu. 7. Auth. ib. q. 4. p. 4. n. 19.

Coniux tenetur abſtinere à matrimonio, ſi audiuit tale impedimentum non à coniuge, ſed ab alio fide digno: dummodò non contraxerit; ſi verò matrimonium ſit contractum, non tenetur credere dicto vnius, etiã fide digni, niſi ex tale dicto ortum ei ſit dubium, quia hoc caſu non poteſt petere, quamuis teneatur reddere, niſi prius adhibuerit debitam diligentiam. cap. cum à nobis. de teſtib. & atteſtat. Em. Sà l. cit. Nauarr. eo. l. cit. Auth. ib. n. 20.

Coniux non peccat (præciſo periculo pullutionis) delectando ſe in abſentia alterius cõiugis de actu copule præterito, vel futuro. Caet. & Armill. verb. delectatio. Vaſq. d. 113. cap. 2. Auth. ib. p. 8. n. 12.

CONSANGVINITAS.

Cõſanguinitas dicitur, quaſi ſãguinis vinculum, & eſt vinculum perſonarum, ab eodem proximo ſtipite deſcentium carnali propagatione contractum. Sanch. lib. 7. d. 50. Guttier. de matrim. cap. 98. num. 1. Auth. ib. q. 3. p. 5. §. 1. num. 2. & 3.

Conſanguinitas intercellit inter Chriſtum, & Mariam. Auth. ib. num. eo.

Cõſanguinitatis gradus quomodo ſint computandi vide inf. verb. gradus.

Conſanguinitatis impedimentũ habet locum, ita vt inualidum ſit matrimonium ſaltem iure Eccleſiaſtico inter perſonas conſanguineas intra quartum gradum incluſiuè, tã in linea recta, quam tranſuerſali. cap. nõ debet de conſanguin. Côc. Trid. ſeſſ. 24. de Sacram. matrim. can. 3. Auth. ib. n. 7. Nota tamen contra Silu. verb. matrimonium. 8. Nauarr. cap. 22. num. 84. & alios putantes matrimonium contractũ cum aliqua perſona conſanguinea in linea recta aſcendentium, non ſolum irritum eſſe iure

Eccleſiaſtico, ſed etiam iure naturæ; Hoc procedere ſolũ in primo tantum gradum cõſanguinitatis; Hinc matrimonium contractum ab infidelibus in 2.3.& 4.gradu conſanguinitatis validum eſt. Em. Sà verb. impedimenta matrimonij num. 4. Sanch. lib. 7. d. 51. n. 19. auth. ib. n. 8.

CONSCIENTIA.

Conſcientia eſt dictamen rationis, quo ratio dictat aliquod faciendum, vel fugiendum eſſe; Propterea conſcientia dicitur dictamen, ſeu iudiciũ, quo iudicamus aliquid eſſe bonũ, vel malum, honeſtum, vel turpe, proſequendum, aut ommittendum, per modum præcepti, aut per modũ cõſilij. auth. t. 2. de leg. d. 2. q. 4. p6. n. 1.

Conſcientia multiplex eſt, recta; erronea; dubia; probabilis, & ſcrupuloſa. Auth. ib. n. 2.

Conſcientia recta eſt illa, quæ dictat, & iudicat, quod verum eſt: Erronea, quæ aliquid aliter dictat, quam ſit; Dubia, quæ neque aſſentit, neq; diſſentit, ſed anceps manet, & in æquilibrio; Probabilis, quæ adhæret vni parti, ſed cũ timore partis oppoſitę, ne ſit vera; ſcrupuloſa tandẽ eſt illa, quæ vni parti adheret cũ formidine partis cõtrariæ, orta, ex leui motiuo, & minus ſufficienti fundamento. Auth. ib. n. eo.

Conſcientia licet erronea obligat ad faciendum id, quod ipſa conſcientia faciendum dictat per modum præcepti, & non tantum per modum conſilij, etiam ſi quod dictat ſit contra ius diuinum. Auth. ib. n. 8. & 9.

Conſcientia erronea, alia vincibilis, alia inuincibilis, vincibilis eſt illa, quæ ita imprudẽter iudicat, vt poſſit falſum iudicium deponere ſi debitã adhibeat diligentiam; inuincibilis verò eſt illa, quæ ita errat, vt poſitis talibus circumſtantijs videatur prudenter iudicare, nec teneatur ſuum iudicium deponere. Auth. ib. n. 10.

Conſcientia inuincibiliter errãs magis obligat, quam præceptum ſuperioris, ſecus ſi conſciẽtia vincibiliter erret; Vaſ. par. 2. d. 61. cap. 1. Sanch. in oper. moral. lib. 1. cap. 11. nu. 16. Auth. ib. n. 17.

Conſcientia tęmerè, & abſque fundamento concepta deponi poteſt. Auth. ib. n. 30.

Conſcientia practicè dubia aliquid quis operãs, peccat eiuſdem ſpeciei peccato, cuius eſt peccatum, de quo dubitat. ſecus ſi aliquid operetur non practicè dubitans eſſe peccatum. Auth. ib. p. 7. n. 3.

CONSECRATO.

Conſecrans ſub vna tantũ ſpecie grauiter peccat. Auth. t. 1.

de

de Sacram.d.4.q.2.p.3.nu. 7.

Conſecrare ſub vtraque ſpecie tenetur celebrans iure diuino;contra Nauarr.cap. 25. n. 91. & alios putantes teneri tantum iure Eccleſiaſtico, ita Palud.diſt.9 q.1.art.1.Suar.d. 43.ſect.3.Auth.ib. num. 5. & ſic Papa non poteſt diſpenſare ſub vna ſpecie. Suar. l.cit. ſect.4.concl.3.Auth.ib. num. 13.

Conſecrans duas hoſtias putans eſſe vnam; vtramque validè conſecrat. Secus ſi Sacerdos præcisè velit vnam tantum cóſecrare, quia hoc caſu neutra erit conſecrata.Nauarr.c. 25.num.91.Auth.ib.p.5. n. 3.

Conſecratio debet fieri in materiam definitam, & determinatam in mente Sacerdotis conſecrantis, ſaltem moraliter.Auth.ib.num. eo. in princip.

Conſecrare non dicitur plures hoſtias; qui vnius tantum recordatur, cum aliæ eo inſcio, fuerint appoſitæ in altare, vel ſuper corporale.Auth.ib. n.8

Conſecrari non poteſt pars alicuius integre hoſtiæ.Auth.ib. num.4.

Conſecrari non poſſunt aliquæ ex multis hoſtijs ſimul exiſtẽtibus,niſi fuerint in mẽte Sacerdotis, vel alij ad cuius deſignationem conſecrans applicuit intentionem determinatè, & poſsint comodè, & diſtinctè ſeparari Auth. ib. num.9.

Conſecrans ſub vna ſpecie, tenetur in eodem Sacrificio ſub vtraque ſpecie iterum conſecrare, etiam ſumpta prima ſpecie; niſi neceſsitas aliter ſuadeat,quia tũc ſufficiet;ſpeciem quam non conſecrauit conſecrare; cum omnimodo teneatur integrum ſub vtraq; ſpecie Sacrificium complere: ſi verò in neutra ſpecie conſecrauit; non eſt opus vllam materiam (poſt ſumptionem alicuius ſpeciei) amplius conſecrare;quia ceſſat ratio integritatis Sacrificij, cum illud non ſit nec perfectum,nec imperfectum. Rodriq. cap. 51. concluſ.2.Auth.ib.q.vlt.p.10 num.6.

Conſecratio fieri non potuiſſet ante incarnationem,quamuis Deus illis verbis,hoc eſt corpus,&c.dediſſet virtutẽ, quã modo habent;& ea aliquis ꝓtuliſſet ſuper panem. Ratio, quia conſecratio ſupponit Chriſtum, quo ad ſuum eſſe ſubſtantiale;& illa verba,hoc eſt,&c. non producunt Chriſtum, quoad eſſe ſubſtantiale, ſed quo ad eſſe Sacramentale, & ſic non potuiſſent conſtituere Chriſtum ſub ſpecieb. cum eſſe Sacramentale ſupponat eſſe ſubſtantiale, quod Chri-

Chriſtus nō dum habebat ante incarnationem; loquendo de Chriſto, vt Chriſtus eſt, nō vt Deus tantum eſt auth. ib. q.1.p 2.n.4.

Celebratio valet non mutata eſſentialiter forma quamuis accidentaliter mutentur verba non variato ſenſu formæ. Suar.d.59.ſect.2.Henriq.cap. 16.num.2.Auth.ib.q.3.p.1.n. 6.& 7.

CONSENSVS.

Conſenſus (ad introducendum conſuetudinem) requiritur, Principis loci, vt legi abrogetur; qui conſenſus triplex eſt, primus perſonalis, & expreſſus, quo Princeps expreſsè concedit licentiam, ſecundus eſt tacitus, quo Princeps ſciens cōſuetudinem, diſſimulat, ſeu non contradicit, cum contradicere poteſt. Tertius eſt legalis, ſeu iuridicus, quo Princeps ſciens talem cōſuetudinem à iure approbari, dicitur conſentire; Auth. t.2.de legib.d.1.q.1.p.vlt.§.3. num. 35.

Conſenſus requiritur ad peccatum. Ratio, quia nullum eſt peccatū nisi voluntarium. Auth ib.d.2.q.2.p.5.n.15.

Conſenſus eſt duplex, alter directus, qui contigit, quando voluntas aliquid intendit; alter indirectus, quando quis aliquid facit, vel ommiĉtit prævidens inde ſequturū aliquod peccatum, aut quando negatiuè ſe habet, ſeu quando negligēs eſt in tentationibus repellendis. Reginal.lib.11 cap. 15.num.43.Auth.ib.n. 16.

Conſenſus in dubio cognoſcitur ſi non fuerit perfectus, & ſufficiens ad mortale ex tribus ſaltem regulis. Prima eſt ſi homo aduertens ad peccatum, ita ſe cognoſcit affectum, & animo diſpoſitum, vt quamuis illud facile poſſet commiĉtere, non commiĉteret. Sanch. in oper.moral.lib.7.cap.1.nu. 17. Secunda, ſi dubitans ſit vir ita bonæ, & timoratæ cōſciētiæ, vt peccatis ſæpè diſſentire ſoleat. Sanch.l.cit.num.17. & ca.16. Tertia, quando quis dubitat an aliquid fecerit, vel voluerit in ſomnis, an in vigilia; nam quæ cum plena aduertentia, à perſonis bonæ conſcientiæ fiunt, facilè cognoſcuntur facta fuiſſe cum plena aduertentia. Sanch.ib.lib. 1.c. 1.n.20.auth.ib.n.19.

CONSVETVDO.

Cōſuetudo eſt quoddam ius moribus conſtitutum, quod pro lege ſuſcipitur. cap. conſuetudo.diſt.1. Auth. ib.d.1.q.1.p. vlt.§ 3.n.2.

Conſuetudo eſt triplex. Prima dicitur contra legem, & hæc conſiſtit in actibus continuatis contra legem, & vim habet

bet abrogandi legem, concurrentibus debitis conditionibus. Secunda dicitur præter legem, & hæc conſiſtit in frequentatione actuum, qui nulla lege vetantur. Tertia dicitur ſecundum legem, & eſt illa, quæ declarat, ſeù interpretatur legem, & conſiſtit in frequẽtatione actuum per legem præceptorum. Suar. lib. 7 cap. 4. Azor. par. 1. lib. 5. cap. 17. quæſ. 2. Auth. ib. n. 3.

Conſuetudinis tres ſunt ꝓprietates; Prima eſt interpretari legem. Secunda eſt inducere legem. Tertia eſt legem inductam mutare, & abrogare. Auth. ib. n. 4.

Conſuetudo iam perfecta, & cõpleta legitimo tempore non impeditur per interruptionẽ alicuius actus; ſecus verò in non completa; quæ interrumpitur per vnum actum cõtrarium communitatis. Reginal. lib. 10. nu. 249. Salaſ. d. 19. ſect. 11. num. 93. verſ. annotat. Auth. ib. num. 33.

Conſuetudo legi contraria legitimè introducta, facit, vt prior lex vim obligandi ommictat. Auth. ib. n. 1.

Conſuetudo nõ poteſt legitimè introduci contra ius naturale, ſeu diuinũ. Salaſ. d. 19. ſect. 11. num. 89. Suar. lib. 7. cap. 6. num. 4. Auth. ib. num. 8. Nec contra bonum commune. Auth. ib. num. 9.

Conſuetudo non debet dici legitimè introducta; qua illi, qui non interſunt anniuerſarijs defunctorum, ſtipendium, ſeù elemoſinam recipiunt. cap. vnic. de cler. nõ reſid. in 6. Auth. ib. num. 10.

Conſuetudo poteſt legem abrogare, etiam ſi in lege, quæ per conſuetudinẽ abrogatur, dãnetur, vel reprobetur conſuetudo futura contra ipſam legem; modo in conſuetudine adſit cõſenſus tacitus, vel expreſſus legiſlatoris, vel eius ſucceſſoris. Suar. lib. 7. cap. 19. num. 21. Couarr. 3. var. ca. 13. num. 3. & 4. Auth. ib. n. 36.

Conſuetudo abrogatur lege cõtraria, ſi legiſlator cõſcius ſit talis conſuetudinis. Auth. ib. num. 38.

Conſuetudo noua poteſt antiquam conſuetudinem abrogare. Auth. ib. n. 44.

Conſuetudo, & præſcriptio non ſunt idem; præſcriptio enim eſt, quid facti; Conſuetudo verò, quid iuris. Suar. t. 1. de relig. lib. 2. cap. 15. & de legibus lib. 7 cap. 1. num. 10. & 11. Salas. de legib. d. 19. ſect. 1. num. 6. 7. & 8. Auth. ib. n. 46.

Conſuetudo iurandi, per ſe non eſt peccatum mortale; ſed ſi iurando mentiatur, erit peccatum mortale, & ſic iurans ſi non conatur conſuetudinẽ euel-

euellere iurandi cum mendacio; ſemper eſt in ſtatu peccati mortalis. Auth. ib. d. 4. q. 1. p. 13. n. 1. 4. & 5.

Conſuetudo faciendi aliquid tali die feſtiuo, vel tali tempore ſemper eſtirpanda eſt, quamuis nõ ſemper ſit ſuperſtitioſa. Sanch. cap. 40. nu. 15. & 31. Nauarr. ca. 11. num. 38. & 39. Auth. ib. d. 3. q. 5. p. 4. n. 12.

Cõſuetudo religionis permictẽs aliquid fieri, abſque eſpreſſa licẽtia, excuſat à mortali, quãdo præſumitur tacita ſuperioris voluntas. Graff. 2. par. deciſ. lib. 3. cap. 9. num. 4. Auth. t. 1. de tract. var d. 3. p. 6. num. 15.

Conſuetudo non excuſat à labe ſimoniæ tradentem rem temporalẽ pro ſpirituali per modum precij. Auth. ib. q. 6. p. 6. num. 1.

CONSILIVM, Conſulens.

Conſilium ſi influxerit in factum prohibitum, poteſt ex dicto illius, cui datum eſt conſilium (modo ſit fide dignus) cognoſci, vel ex cõiecturis. Sayr. lib. 7. cap. 3. num. 2. Sanch. in Summ. lib. 1. cap. 10. num. 44. Auth. t. 1. de cenſur. d. 1. q. 1. p. 6. num. 8.

Conſilium peti poteſt in graui neceſſitate à medico, vel aduocato excõmuuicato. auth. ib. d. 2 q. 2. p. 6. §. 2. n. 60.

Conſilium dantes homines idiotæ, & imperiti, etiam ſpontè, non tenentur ad dannum ex conſilio ſubſecutum; dummodo interceſſerit bona fides. Nauarr. lib. 3. cap. 4. num. 25. Auth t. 2. de reſtit. d. 1. q. 2. p. 7 num. 25.

Conſilium dans, ſiue conſulens dicitur ille, qui cõſiliũ prębet, hortatur, rogat, vel inſtruit Rebell. lib. 1. de reſtit. ſect. 14. q. 4. num. 17. Azor. lib. 4. cap. 11 in prin. Auth. ib. p. 7. n. 1.

Conſulens (niſi fuerit perſona idiota, & imperita cum bona fide) tenetur ad reſtitutionẽ danni ſuo conſilio illati. auth. ib. num. 2.

Conſulens tenetur ad reſtitutionem danni ex ſuo conſilio ſequti; quamuis ante factũ conatus fuerit conſilium reuocare, niſi fortè conſilium fuerit falſum. Nauarr. cap. 27. nu. 133. Auth. ib. n. 7.

Conſulens dannum, quod alter conſuliſſet, tenetur ad reſtitutionẽ. Rebell. lib. 2. q. 14. ſect. 1. nu. 5. Leſſ. lib. 2. cap. 13. dub. 2. num. 2. Auth. ib. num. 7.

Conſulens minus dannum, quod alioquin Titius facturus erat, nõ tenetur ad reſtitutionem. Reginal. lib. 10. tract. 2. num. 103. Valent. t. 3. d. 5. q. 21. p. 4. Auth. ib. n. 8.

Conſulens (furi parato accipere centũ à Caio) vt ſurripiat quin-

quinquaginta tantum à Titio tenetur ad reſtitutionem. auth.ib.num. *14*.

Cóſulens furi parato furari duobus, vt furetur vni, non tenetur ad reſtitutionem, neque peccat. Auth.ib. 15.

COOPERATIO.

Cooperans ad damnum alterius tenetur ad reſtitutionem, etiã ſi non fuerit particeps rei acceptę. Azor.*3*.par.lib.*4*.c. 10. Auth.t.2. de reſtit.d.*1*. q. 2.p. 3.num.2.

Cooperans nouem ex cauſis tenetur ad reſtitutionem, quæ cauſę his verbis continentur. Iuſſio, Conſilium, conſenſus, Palpo, recurſus. participans, mutus, non obſtans, non manifeſtans. & ſex priorib. verſibus ſignificatur actio, quà quis poſitiuè ad damnum alterius concurrit; tribus verò poſterioribus oſtẽditur actio indirecta, vel negatiua, quæ fit tacendo, non obſtando, & nõ manifeſtando; & hic aduertẽdum notat Author per particulam Iuſſio intelligi præcipientem, ſeù mandantem dãnum fieri; Per conſenſum intelligi conſentientem per cõſilium, conſulentem, per verbum Palpo, approbantẽ; per recurſum aſſicurantem; per participantẽ; ſocium; per mutum intelligi tacentem; per non obſtantem, eum, qui ex iuſtitia teneretur, & non obſtat, per non manifeſtantem intelligi eum, qui etiam cũ ex iuſtitia teneatur, non manifeſtat; Auth.ib. n.1.

Cooperari ad ſuam mortem licitè, poteſt quis in tribus caſibus. Primo, indirectè, per accidens, & mediatè, exponẽdo vitam periculo ob rationabilem cauſam, aut ommittendo actiones ad vitã neceſſarias. Tol. lib. 5.cap.*6* num.*4*.& 5. Leſſ.lib.2.cap.*9*.dub. *6*. num. 27. Secundò immediatè, & directè, ſed ex præcepto Dei, ſub cuius dominio vita noſtra continetur. Tertiò poteſt aliquis publica authoritate ad ſuam mortem cooperari ijs actibus, qui non habent crudelem modum pœne. Em. Sà verb. iudicalis actus. num. *54*. Auth.ib.d.2.q.vlt. ſect. 1.p.5. num. *3*.

Cooperans ad vſuram agendo partes mutuatarij, non tenetur ad reſtitutionem. auth.ib. d.*3*.q.*3*.p.*15*. n.12.

CONTEMPTVS.

Contemptus duplex materialis, & formalis, materialis committitur, quando res aliqua alijs poſt ponitur, quãuis hoc directè non intẽditur. S.Tho. in *4* d.9 art. 3. quæſtion. 3. Salas de legib. d.10. ſect. 8 inu, 41 & 43. formalis verò committitur, quando perſona aliqua

Q ex

ex directa intẽtione alijs poſt ponitur. Auth.t.2. de legib.d. 1.q.1.3.p.5.n.7.

Contemptus formalis rei præcepte eſt explicãdus in cõfeſſione. Auth.ib.n.8.

Contemptus ſpecialis facit ex peccato veniale, peccatum mortale. Couar. regul. peccatum.p.2.§.7.num.6. Auth.ib. num.6.

CONTRACTVS.

Contractus eſt duorum, vel plurium, in alterutro ſaltem obligationẽ pariens, vel ſi accipiatur cõtractus ſtrictè, eſt actus externus inter duos, vel plures ex conſenſu ipſorũ, vltro, citroque obligationẽ pariens Auth.t.2.de reſtit. & cõtract. d.3.q.1.p.1.n.1.

Contractus de re illicita nõ valet. Auth.ib.d.1.q.3.p.3.n.1.

Contractus quilibet parit obligationem, ſaltem in foro conſcientiæ, modo non ſit irritus; ſecus eſt in foro externo, quia ſunt aliqui contractus, qui nõ pariunt obligationem, vt sũt nuda pacta, & ſimiles contractus. Auth.ib.d.3.q.1.p.1.n.2.

Contractus iure poſitiuo poteſt irritari. Auth.ib.n.3.

Contractus multiplex eſt. Primo alius dicitnr contractus onerosus, alius lucratiuus, & gratuitus. cõtractus oneroſus eſt ille, per quẽ onus imponitur, vt venditio; gratuitus vero eſt ille, in quo nõ imponitur onus vt mutuum, &c. Secũdo alius fit in gratiam recipientis tantum; vt eſt mutuum, alius in gratiam dantis tantum, vt depoſitum, & alius denique fit in gratiam vtriuſque contrahentis, vt emptio, permutatio &c. Tertiò, alius eſt ſimplex; alius conditionalis; Quarto, alius eſt licitus; alius illicitus. Quinto alius eſt perpetuus, alius temporalis; Sexto, alius nominatus, & alius innominatus; contractus nominatus eſt ille, qui proprium habet nomen; vt venditio, locatio, &c. innominatus verò, qui non propriũ habet nomen, & hic eſt quadruplex tantũ. Primus eſt do, vt des, Secundus do, vt facias. Tertius facio, vt des; Quartus facio, vt facias. l. naturalis. ff. de præſcript. verb. Septimo alius dicitur contractus bonæ fidei, alius ſtricti iuris. Contractus bonę fidei dicuntur illi, in quibus iudex, ex equo, & bono iudicat, non ex rigore legis, vt sũt emptio, locatio, & alij, qui numerantur in §. actionum. inſtit. de action. contractus ſtricti iuris dicuntur illi, in quibus iudex iudicat de rigore legis, vt ſunt promiſſio liberalis, donatio, &c. Rebell. 2. par. lib.1.q.2. ſect. 1. Molin.d.259. Octauo, alius eſt contractus, qui perficitur

citur re ipſa, vt eſt comodatũ, pignus, &c. alius, qui perficitur ſcriptura; alius deniq; qui perficitur verbis, & alius, qui completur ſolo cõſenſu. Molin.tract.2.d.254.& 337.num. 5.Rebell.lib.1. de contract.q. 3. ſect. 1. num. 3. Nono alius dicitur pactum nudum; alius veſtitum, pactum nudum eſt illud, quod conſiſtit in ſola conuentione, ante traditionẽ rei; veſtitum vero eſt illud, quod perficitur re ipſa, vt ſi ab altera parte ſit adimpletũ, vel adſit forma verbalis in ſtipulatione; vel ſcriptura ſolutionis, vel ſatisfationis; aut intercedat iuramentum, & vltimo quando habet proprium nomen contractus. Auth.ib. num.14.

Contractus, & quaſi contractus non ſunt idem. Auth.ib. num. 15.

Cõtractus, errore, dolo, vel metu celebratus, an ſit validus. vide inf. verb. doluſ. verb.error.& verb.metus.

Contractus celebratus ſine ſollennitate ſubſtantiali requiſita à iure, inualidus eſt, non ſolum in foro conſcientiæ, verũ etiã in foro externo, Couarr. c.quamuis pactum par.2.§.4. Suar.lib.5.de legib.cap. 24. n. 4.Auth.ib.p.3.n. 2.

Contractus duplici ex cauſa aliquando fit; finali nẽpe, & impulſiua, finalis eſt illa, quę mouet ad agendum; impulſiua eſt illa, quæ impellit ad contrahendum; aliquando etiam fit ſub modo; modus enim eſt clauſula, qua adijcitur onus contrahenti, ſed non ſuſpenditur diſpoſitio, vt ſi quis legat, vel donat, vt deinde aliquid donatarius agat; & modus ſolet explicari per particulam, vt, vel aliam equipollentem; qualis eſt, ad, ne, pro, in, nomine, &c. Silu.verb.cõditio, quæſ.4.Reginal. lib. 25. num. 57. Sanch. lib.5.de matrim.d.1.Auth.ib.p.4.n.5.

Contractus poteſt fieri ſub demonſtratione, vt ſi indicatur aliqua qualitas rei. Auth. ib. num.eo.

Cõtractus aliquando fit ſub cõditione, aliquando abſolutè; ſub conditione fit, quoties fit dependenter ab euentu alicuius conditionis, quæ explicari ſolet per particulã ſi, vel per aliam equipollentem, qualis eſt, cum, vbi, qnandocunque, niſi, alioquin, alias, quandiũ, donec, quouſque, dum, &c. Abſolutè fit in dependenter ab euentu alicuius conditionis. Auth.ib.n.eo.

Cõtractus aliquando fit ſub cõditione de futuro, aliquando ſub conditione de præterito, vel de pſenti, & aliquando ſub conditione honeſta, aliquan-

do ſub conditione turpi, aliquando ſub cõditione impoſſibili, aliquando ſub conditione impertinenti. *Auth.* ib. nu. 10.

Contractus factus ob cauſam finalem, ſubſiſtẽte cauſa finali validus eſt, niſi aliter conſtet, vel rationabiliter præſumatur de voluntate contrahentis, quamuis non ſubſiſtet cauſa impulſiua; quia contractus validus eſt, quamuis adſit error, & dolus circa causã impulſiuam. Auth. ib. num. 2. & 3.

Contractus modalis, ſeu factus ſub modo, validus eſt, quamuis modus, non adimpleatur, niſi modus ſit contrarius ſubſtantie contractus, cui apponitur. l. 1. & 2. de donation. Auth. ib n. 4.

Contractus factus ſub conditione honeſta, & poſſibili de futuro euentu incerto, adiecto in ipſomet contractu, non eſt validus, ante conditionis euẽtum. Nauarr. cap. 22. num. 63. Rodriq. 1 par. cap. 219. concl. 18. Auth. ib. n. 10.

Contractus celebratus ſub conditione, ſi Deo placuerit, vel ſi Deus voluerit, nõ dicitur cõditionalis, ſi intelligatur de voluntate, qua Deus omnia, quæ fiunt permittit. Henriq. lib. 11. cap. 12. num. 12. Sanch. lib. 5. de matrim. d. 1. num. 9. Auth. ib. num. 11.

Contractus non redditur cõditionalis per conditionem tacitã. Silu. verb. conditio. quæſ. 9. & verb. matrimonium 3. §. 2. Reginal. lib. 25. n. 59. Auth. ib. n. 12.

Contractus conditionaliter celebratus, reuocari nequit ante conditionis euentum; excepto contractu donationis cauſa mortis. Reginal. nu. 62. Silu. verb. donatio. 5. quæſ. 15. Auth. ib. n. 13.

Contractus celebrari poſſunt à quocunque vſu rationis prædito, modo habeat adminiſtrationem bonorum, nec à iure impediatur. Auth. ib. p. 5. n. 1.

Contractus celebrari nequit ab amente, furioſo, infante, vel prodigo. Auth. ib. n. 2.

Contractus validè celebratur à Principe cum ſubditis Gomez t. 2. variar. ca. 1. nu. 1. Auth. ib. num. 4.

Contractus licitè celebratur à pupillo, vel minore, abſque licentia tutoris, vel curatoris in ſui comodum, modo minor contrahat cum maiore. Sãch. lib. 6. d. 38. num. 5. Auth. ib. num. 5.

Contractus alienationis rei immobilis, vel quæ ſeruando ſeruari poteſt; inualidè celebratur à minore, etiam cum licẽtia tutoris, vel curatoris, niſi adſit licentia Iudicis ex iuſta

cauſa.

cauſa. lex quæ tutores. Cod. de adminiſtr.tut.Molin. tract. 2.d. 224. Sanch. lib. 6. de matrim. d. 38. num. 6. Auth. ib. num. 6.

Contractus an poſſit celebrari à filio familias, vel ab vxore, vel religioſo, vide inf. ver. filiusfamilias. verb. vxor. & verb. religioſus.

Contractus diſſoluitur pluribus modis. Primo, ſi celebratur hoc pacto, vt in tali euentu habeatur pro non celebrato, Secundo ſi celebratus fuit cũ pacto de retrouendẽdo, Tertio, quãdo partes pœnitet illius contractus, Quarto, quãdo conditio appoſita non dũ eſt euenta, euentura. Auth. ib. q. 2. p. 7. §. 2. num. 1.

Contractus vnus poteſt cõplecti tres contractus, primum ſocietatis, ſecandum aſſicurationis capitalis, tertium aſſicurationis lucri. Auth. q. 3. p. 11. n. 2.

CONTRITIO.

Contritio eſt actus charitatis, quo quis deteſtatur omnia ſua peccata, quatenus ſũt offenſa Dei, ea deteſtando ſuper omnia deteſtabilia. Auth. t. 1. de Sacram. d. 5. q. 5. ſect. 1. p. 1. num. 1.

Contritio eſt duplex, prima, quæ cum auxilio Dei ſupernaturali, elicitur ab homine peccatore; Secunda, quæ elicitur ab homine iuſto in gratia Dei exiſtente; & ſic elicitur ab habitu charitatis, qui ſupponit hominem iuſtum habentem gratiam, cum qua coniũctus eſt habitus charitatis. S. Tho. 1. 2. q. 109. art. 6. ad 3. & 1. par. q. 62. art. 2. ad 1. Auth. ib. nu. 2. in fin.

Contritio tripliciter accipi poteſt, Primo modo pro quolibet dolore de peccatis; Secũdo, pro dolore perfecto, quo quis, ita dolet de peccatis, vt recipiat gratiam, Tertio, pro attritione, quæ eſt diſpoſitio ad recipiendã gratiam cum Sacramento. Auth. ib. ſect. 1.

Contritio propriè accepta in lege noua, non eſt neceſſaria ſimpliciter neceſſitate medij ad iuſtificationem, & ſalutem Auth. ib. p. 2. n. 1.

Contritio in veteri lege fuit neceſſaria neceſſitate medij ad tollendum peccatum actuale. Ratio, quia ſacramenta non conferebant ipſo facto gratiam. Auth. ib. n. 3.

Contritio in lege noua, aliquando eſt neceſſaria neceſſitate præcepti. Auth. ib. nu. 4. & 5.

Contritio non eſt neceſſaria ex pręcepto in die feſto, vel orationis, nec ſtatim poſt peccatum commiſſum. Vaſq. de pœnit. q. 86. art. 2. dub. 6. num. 6. & 4.

& 4.Zerol.de pęnit.c.7. quæſ. 24.verſ.dico quarto. Reginal. lib.5.num.19.Auth.ib.num 6 7.& 8.

Contritionis actus haberi non poteſt de peccato originali, quatenus conſideretur, vt dimiſſum per baptiſmũ. Zerol. de pœnit.cap.7.quæſ.18. Auth.d.5.q.5.ſect.1.p.4.n.6.

Contritionis actu nõ poſſumus vnum peccatum mortale deteſtari, non deteſtãdo cætera.Henriq.lib.4.cap.28.num. 5.Suar.d.3.ſect.8.num.5.& d. 4.ſect.6.num.17. Auth.ib.nu. 10.

Contritionis actus vnicus delet omnia peccata. Valent.t. 4.d. 7.q.8.p.6. in princ. Suar. de pęnit.d.4.ſect.6.n.3.Auth.ib. p.5.n.1.

Cõtritionis actus perfectior requiritur ad delenda venialia, quam ad delenda mortalia. Auth.ib.n.5.

Contritionis actus valet ſi deteſtatio fiat de vno peccato mortali, cum non recordetur aliorum. Ratio, quia ille actus cõtritionis, virtualiter, & interpetratiuè includit deteſtationem omnium aliorum peccatorum, quorum non recordatur.Suar. d. 4.ſect.6.aſſert. 3. num. 17. Auth.ib.p.6. num.4.

Cõtritio dicitur magna duobus modis. Primò intenſiuè, Secũdo appretiatiuè, primo modo eſt, quando magno conatu, & feruore elicitur. Secũdo quando, quis magis deteſtatur peccatum, quam aliquod aliud malum. Auth. ib. p.7. num.1.

Contritionis actus ſufficit ad iuſtificationem, vt fiat in inſtãti; & ſufficit, quod duret per momentum.Suar.t.4.d.4.ſect. 5.Henriq.lib.4.ca. 27.num.4. Auth.ib.n.2.

Contritionis actus requirit maiorem deteſtationem de grauiori peccato, quam de leuiori, ſi pœnitens comparationẽ faciat inter maius, & minus peccatum.Auth.ib.n.5.

Contritio remittit omnia peccata mortalia, licet grauia. S. Thom. q. 86.art.1.Suar.d.8. ſect.1.Auth ib.q.6.p.2.in. 1.

Contritio formalis, qua quis dolet de peccatis venialibus, vt ſunt aliqua Dei offenſa, ſufficit ad delenda omnia venialia, quo ad culpam, modo contritio ſit vniuerſalis, & generalis de omnibus peccatis venialibus.Suar.d.11.ſect.5.num.5. & 7.Henriq.lib.4.ca.15. Auth.ib.ſect.2.p.3.n.1.

Contritio ſufficit ad conſequẽdam indulgẽtia, modo in Bulla non fuerit iniuncta confeſſio.Suar.d.52 ſect. 3. Nauarr. notab.18.Auth.ib.d.6.q. 1.p. 5.num.1.

Con-

Contritionem omittens in periculo mortis, ſaltem quando non adeſt copia confeſſarij, grauiter peccat. Valent. t.4. d.7.q.8.p.4.verſus fin. Suar.d. 15.ſect.4.num. 19.Auth. ib.d. 5.q.5.ſect.1.p.2.n.5.

Contritionis actu, ſi quis magis deteſtatur, peccatum leuius, quam grauius, peccat mortaliter, ſi inter illa duo peccata ſit notabilis exceſſus.auth.ib. d.5.q.5.ſect.1.p.7.n.6.

Contritionis actu in eliciendo, non eſt neceſſarium facere comparationem peccatorum cũ alijs malis, vt deteſtari debeatur magis peccatum, quã ommiſſio vitæ, vel honoris, &c.Sed ſufficit,quod in genere deteſtentur peccata ſuper omnia deteſtabilia. Nauarr. cap.1.num.21. Henriq. lib. 4. cap.14.num.3.Auth.ib.n. 4.

Contritionis actui neceſſarium eſt propoſitum ſaltem implicitum,amplius non peccandi; quamuis nõ teneatur credere ſe non amplius peccaturum. Auth.ib.p.8. per totum.

CONTVMELIA.

Cõtumelia eſt iniuria, qua obijcitur alteri crimen, vel alius defectus in ipſius præſentia. Nauarr.cap.18.nu.111.Azor. 3.par.lib.13.cap.5.Auth. t.2. de reſtit.d.2.q.5.p.1.n.2.

Contumelia eſt peccatum mortale ex ſuo genere.auth.ib.n.2

Contumeliæ non differunt inter ſe ſpecie;Molin.tract.4. d.19. num.3.Azor.3.par.lib.13.c.5. dub.1.Auth.ib.n.5.

Contumelia eſt peccatum grauius detractione.S.Thom.2.2 q.73.art.2.ad 2.Azor.l.cit.ca. 6.dub.3.Auth.ib.n. 8.

Contumelia differt à deriſione, quia deriſio fit ioco; cõtumelia,autem fit ſeriò. Auth. ib. num.10.

Contumelia an obliget ad reſtitutionem vide inf. verb. honor.

CONVENTVS.

Conuentus nomine intelligũtur religioſi in vnum collegialiter congregati, ſiue in vnum Capitulum coacti. Auth. ib.de clauſ.q.4.p.6.n.17.

Conuentus totus non eſt cõuocandus, dum alicui religioſo concedenda eſt licentia exeũdi ad ſtudia;ſed ſufficit conuocari maior pars. Suar. t. 5.d. 23.ſect.4.num.37.Auth. ib.q. 2.p.6.n.11.

Conuentus totus poteſt ad arctiorem religionem tranſire. Rodriq.t.3.quæſt. 52.artic.6. Auth.jb.p.9.§.2.n. 5.

COPVLA.

Copula animo maritali habita coram parocho, & teſtibus ſufficit ad contrahendum matrimonium, modo parochus, & teſtes intelligant,copulam haberi animo maritali, & ad con-

contrahēdum matrimonium. Sanch.lib.3.d.40.nu.7. & lib. 5.d.8.num.26.magn. matrim. Sacram.q.2.p.5.n.4.

Copula licita inducit affinitatē, vſque ad quartum gradum; illicita autem, vſque ad ſecundum. Et ſic oritur impedimētum affinitatis, dirimens matrimonium. Henriq.lib.12.ca. 3.& 10.Conc.Trid.ſeſſ. 24.c. 4.Sanch.lib.7.d.67.n. 8.auth. ib.q.3.p.12.n.6.

Copula incepta ſi fæmina ſeminauit, tenetur vir ſub mortale non deſiſtere, niſi etiam ipſe ſeminauerit, ſecus verò ſi ipſe antea ſeminauerit, quia poterit ſe retrahere de conſenſu vxoris, etiam ſi ipſa non ſeminauerit. Secluſo tamen periculo incontinentiæ in femina. Sanch.lib.9.d.19.n.4. auth.ib. q.4.p.6 n.16.

Copula habita à marito ſene eſt licita, ſi adſit probabilis ſpes ſeminandi intra vas, & toto ſuo poſſe conetur ſeminare intra vas, quamuis ſemen fortaſſe extra vas fundatur præter intentiunem; ſecus ſi non adſit ſpes ſeminādi intra vas, quia non licebit; quamuis talis vir poſſit vti oſculis,&amplexibus, ſecluſo periculo pollutionis extra vas, Sanch. lib. 9.d.17.num.20. Auth.ib.num. 17.

Copula maritalis, an ſit licita eo die, quo ſumenda eſt Euchariſtia, vide inf.verb.Euchariſtia.

Copula licita eſt, inter coniuges die feſto, vel tempore quadrageſimæ. Em.Sà verb. diuortiū coniugale.num.14, Nauarr.c. 16.num.24.Auth.ib. num.28

Copula maritalis quomodo ſit peccaminoſa ex modo indebito, vide ſup.verb. coniux.

Copula inter confeſſarium, & pœnitētem an ſit inceſtus vide ſup.verb.confeſſor.

Copula extorta à femina ſub promiſſione ficta matrimonij, ēt ſi interceſſerit iuramentum, dummodo fuerit cum animo non promictendi, vel non ſe obligandi; non obligat virum ad eam ducendam in vxorem. Sanch.d.9.num.9.cap. humane aures 22.q.5.cap.11. auth. ib.q.5.p.5.n.3.& 4.

Copula extorta à viro ſub promiſſione ficta matrimonij; nō obligat mulierem ad eum ducendum in coniugem. Auth. ib.n.11.

Copulam habens cum ſponſa, ſciens cauſam iuſtam, ob quā; abſque copula, ſponſalia annullari poterant; non poteſt reſilire à ſpōſalibus, dummodo ſponſalia non fuerint tunc temporis inualida, quia non fiunt valida per copulam. Reginal.lib.31 nu. 267. Rodriq. 1.par.cap.208.n.1. auth.ib.p. 10.n.10.

Copu-

Copulam habens cum alterius ſponſa, tenetur talem circunſtantiam confiteri; non vero ſi fęmina habuerit copulam cum alterius ſponſo; Ratio, quia in hoc caſu leuis infertur iniuria ſponſæ ex fornicatione eius ſponſi; in primo verò caſu grauis iniuria infertur ſpōſo ex fornicatione eius ſponſæ. Sanch. lib. 1. d.2.nu.6. Rodriq.1.par.cap.53.n. 3. Auth. ib.n.12.

Copulam habens cum ſorore eius proprie ſponſe, non poteſt ampl.us, cum neutra earum contrahere matrimoniū, nō enim poteſt ducere ſororem ſponſæ, quia adeſt impedimētum publice honeſtatis, non enim poteſt ducere ſpōſam, quia adeſt impedimētum affinitatis. cap. literas de ſpōſal.impub.Nauarr.cap.22.nu. 57.Henriq.lib.12.ca.10.auth. ib.q.3.p.11.n.8.

Copulam habens, cum conſanguinea coniugis ante matrimonium conſumatum, nō tenetur ingredi religionem;quia adhuc reſtat obligatus ad reddendum.cap. diſcretionem,& cap.tuæ fraternitatis, de eo, qui cognou.Auth.ib.p.12.nu. 23.

Copulam habens, cum conſanguinea ſponſe in primo gradu incurrit impedimentū,vt non poſſit contrahere matrimonium cum ſponſa;nec cū alia, viuente ea,cum qua peccauit; Auth.ib.p.14.n.11.

Copulam habens, cum conſanguineo coniugis incurrit impedimentum,vt mortuo coniuge non poſſit cum alio contrahere matrimoniū.Nauarr. cap.22. num. 74. Sanch.lib.7. d.15.num.9.Auth.ib. p. 14.n. 10.

Copulam habens, cum conſanguinea vxoris mortuæ,incurrit impedimentum prædictum,vt non poſſit,cum alia contrahere, abſque diſpenſatione.Auth.ib.n.12.

Copulam habens cum coniuge cauſa delectationis nō peccat Nauarr.cap.16.nu.23.Sanch. lib.9.d.11.num.4. Auth. ib.d. 4.p.6.num.7.

Copulam habens cum coniuge, eo animo, vt etiam copulam haberet ſi non eſſet coniux, peccat adulterij crimine interno. Sanch. lib. 9.d.14.Reginal.lib 31.num. 333.concl. 2.Auth.ib.num.eo.

Copulam habens cum vxore tempore menſtrui nō peccat Auth.ib.n.9.

Copulam habere cum periculo abortus eſt peccatum mortale. Nauarr. cap. 16.num.53. Silu.verb.debitum,n.8. Auth. ib.n.11.

Copulam inceptam relinquere poteſt fornicator, etiam ſi fęmina

 mina

minarenuat;aut etiam ſi illa ſeminauerit, vel adſit periculum effuſionis ſeminis,vel alij peccati in femina, quod procedit etiam reſpectu fęminæ deſiſtentis. Auth. ib.p.10.nu. 17.

Copulam extorquens à puella per vim,aut fraudem,aut metum, vel mendacia, abſque promiſſione matrimonij; tenetur eã ducere in matrimonium,vel comodè dotare, vel curare, vt equè bene nubat, ac ſi virgo eſſet. Nauarr. cap. 16.num. 16.Azor.3.par.lib.5. cap.5.Auth.ib.p.17.n.7.

Copulam habens cum corrupta,quæ communiter credebatur virgo,tenetur ad reſtitutionem,arbitrio boni viri,ratione danni,& infamiæ, dummodo extorſerit copulam per vim, vel fraudem. Auth. ib. num.9.

Copulam habentes duo cum ſoluta; ambo tenentur ad alendam prolem, & ſi vnus renitens fuerit, alter tenebitur in totum.Rebell.lib.3.q.10.nu. 21.Molin.to.4.tract.3.d.103. num.3.Auth.p.15.n.9.

Copulam extorquens à fęmina, quę ſimulabat ſe virginem,cũ non eſſet; non tenetur eam ducere,quamuis ſictè, vel vere promiſiſſet ducere.Specul. 3.par.art.19.concl.6.Vaſq.3. par.de matrim.d.6.cap.3. nu. 19. Auth ib.q.1.p.2.num.6.

Copulam extorquens à fęmina multum inferiori, nobilitate, diuitijs,vel potentia,ſub ficta promiſsione eam ducendi in vxorem; non tenetur ducere, nec dotare,nec ad aliquid reſtituẽdum;quia videtur, quod ipſa decipi voluit,noſcens ſe tam inferiorem.Sanch. d. 10. num.19.Silu. matrimonium 4.q.8.Auth.ib.n.7.

Copulam extorquens vir nobilis à filia agricolæ, ſub ficta promiſsione ducendi in matrimonium, non tenetur ducère; ſi illa conſcia erat diſparitatis, quod etiam procedit ſi ſint pares nobilitate,ſed notabiliter impares diuitijs.Nauarr.cap.16.num.18. auth.ib. num.8.

Copulam habens ſub ficta promiſsione,cum fęmina inferioris conditionis,ignorante inferioritatem, & credẽte promiſsionem eſſe veram, non tenetur ducere; ſed dotare, vel augere dotem, ita vt nubere poſsit equè bene, ac ſi deflorata non eſſet,non enim talis defloratio equiparatur danno, quod viro tam multo dignioris conditionis,eueniret, ſe in matrimonium iungendo cum fęmina,tam longe inferioris conditionis. Sanch. d.10.num.20.Guttier.cap.10. num. 6.Auth.ib.n.9.

CORRECTIO.

Correctio legis, efficit, vt lex vim obligãdi ommictat. Silu. verb. lex, quæſ. 26. Suar. de legib. lib. 6. cap. 27. Auth. t. 2. de legib. d. 1. q. 1. p. vlt. §. 2. n. 1.

Correctio eſt actus, quo quis conatur alterum emendare, ſiuè emendatio ſequatur, ſiue non. Auth. ib. d. 3. q 4 p. 7. in princ.

Correctio proximi indigẽtis, facienda eſt præcepto naturali; & diuino. Valent. t. 3. d. 3. q. 10. p. 2. Auth. ib. p. eo n. i.

Correctio facienda eſt, tam à Chriſtianis, quam ab infidelibus, & ommictentes peccant mortaliter. S. Thom. 2. 2. q 33 art. 3. Nauarr. in man. cap. 24. num. 12. Auth. ib. n. 2.

Correctio ꝓximi peccãtis mortaliter, ſub peccato mortali obligat, vt ei debeat fieri, peccantis vero venialiter, non obligat, neque ſub veniali, niſi videremus proximum per venialia diſponi ad mortalia, vel magnum alteri afferri detrimentum. Graff. 1. par. deciſ. lib. 2. cap. 60. Silu. verb. correctio num. 1. Auth. n. 3.

Correctio eſt facienda, etiam ſuperioribus, ſi adſit ſpes emẽdationis. Graff. l. cit. nc. 4. Reginal. lib. 4. cap. 25. num. 130. Auth. ib. n. 5.

Correctio non eſt facienda, niſi concurrentibus aliquib. cõditionibus. Prima eſt, vt adſit cognitio certa peccati, vel ſi ipſa non habeatur, ſaltem immineat periculum ruinæ proximi. Secunda, vt non adſit magis idoneus ad corrigẽdũ, niſi talis nollet munus obire. Tertia, vt adſit ſpes emendationis. Auth. ib. n. 6.

Correctio non eſt facienda, ſi dubitatur non ſolum nõ profuturam, ſed etiam non obfuturam; ſed si dubitatur tantũ profuturam non eſſe; facienda eſt. Auth. ib. num. 7 vbi hanc concluſionem, ampliat, & limitat.

Correctio leuioris peccati poteſt ommicti, vt delinquens reſipiſcat à grauiori. Auth. ib. num. 8.

Correctio differri poteſt in aliud tempus, ſi tunc temporis fructus non ſperatur. Nauarr. c. 24. num. 12. & 13. Auth. ib. num. 9.

Correctio facienda eſt ignoranti, ignorantia vincibili, ſi ſpes adſit emendationis; ignoranti autem ignorantia inuincibili, non eſt faciẽda; niſi eſſet obligatio ratione officij in corrigente; & adſit ſpes emendationis, vel dum correctio non fieret, oriretur dãnum tertio, vel ipſi ignoranti, aut ſcandalum, vel irreuerentia Deo, aut religioni. Azor. cap. 5. quæſ. 4. Naua. c. 24. n. 12. auth. ib. n. 10.

Correctio obligat cum periculo vitæ, ſi ſperetur fructus emẽdationis à peccato mortali, in quo proximus moriturus eſſet, niſi emẽdatio fieret; quia vita ſpiritualis proximi in extrema neceſsitate exiſtẽtis, præferenda eſt noſtræ vitę corporali, & ſaluti temporali. Hoc tamen procedit, modo adſit ſpes valde probabilis emendationis. Arrag. 2.2.q.33. Reginal.nu.357.& 358. Auth. ib.num.15.

Correctio facienda eſt, modo à Chriſto domino in Euangelio præſcripto; Primo, vt delinquẽs ſecreto moneatur, quãdo tamen delictum eſt occultum. Secundò, vt coram teſtibus corrigatur, ſi occulta monitio non profuerit; Tertio, vt prælato denuncietur, quoties correctio obſeruatis duobus prædictis, nõ fecerit fructum. aduerte tamen in correctione, ſemper curari debere ne fama proximi, quo ad fieri poteſt, lędatur. Auth.ib.num.12.

Correctio facienda eſt coram teſtibus. Primò, vt fateantur, illud eſſe peccatũ, de quo delinquens arguitur. Secũdo, vt teſtentur coram prælato delinquẽtem eſſe reum talis criminis, & corripientem munere ſuo perfunctum eſſe. Tertio, vt ipſi etiam correctionis munere fungantur, & terrorem, aut pudorem inijciãt delinquenti, vt à peccato retrahatur. Nauarr. lib. 2. de reſtit. ca.4.num.264. Auth. ib.num. 13.

Correctio facta coram teſtibus, poteſt fieri coram alijs, ſi ſperetur fructus; Auth. ib.num. 14.

CRVX.

Crux Chriſti adoranda eſt adoratione latriæ, ſicut adorãtur, ſpinæ, lancea, claui, præſepe, & aliæ reliquiæ, quæ Chriſtum tetigerunt. S. Thom. 2.2.q.15. art.5. Auth. ib.d.3.q.5.par.3. num.6.

Crux vera Chriſti, eadem adoratione latriæ, adorari poteſt, quam relique cruces; quamquam ea, in qua pependit, alio titulo latriæ, etiam adorari poſſit. ſ. ratione contactus. auth.ib.n.7.

Crux requiritur ad miſſæ cælebratonem; quamuis eius omiſſio non pariat peccatum mortale. Auth.t.5.de Sacram. d.2.q.vlt.p.9.n.29.in fin.

D

DAMNATVS.

Damnum.

Damnati equalem pœnam danni patiuntur; quamquam vnus pluribus titulis carere poteſt diuina viſione, quam alter;

alter;*Azor*.lib.*4*.cap.*19*.quæſ. *1*.& 2.Auth.t.*2*. de legib.d.*2*. q.*4*.p.1.n.*3*.

Damnati,& Demones, nec quo ad actum, nec quo ad habitũ, retinent fidem. Valent. t.*3*.d. 1.quæſt.5.p.2.S.Thom.2.2.q. 5.art.2.Auth.ib.d.*3*.q.*2*.p. 1. num.*9*.

Damnati non ſunt diligendi ex charitate.Auth.ib. d.*3*.q.*4*.p. 3.num.*2*.

Damnatus ad triremes, vel ad perpetuũ carcerem, licitè poteſt i..de fugam arripere(quia non dannatur, vt ibi spontè maneat)etiam frangendo carcerem.Em.Sá §.de reo. num. *10*.Clau.reg.lib.*12*.cap. *18*.n. 110.Auth.ib.d.*10*.q. *3*. p.*2*.n. 14.

Damnatis non prodeſt ſacrificiũ miſſæ.Belarm.lib.2. de miſſ. c. *6*.Auth.t.1.de Sacram. d.*4*.q. vlt.p.5.n.*9*.

Damni cauſa, poteſt quis dupliciter dici. Primo modo poſitiuè, vt ſi mandet, conſulat, laudet, vel alia ſua actione concurrat,ad dannum inferẽdum. Secũdo modo negatiuè, quando non impedit, aut tacet, ſeu ommictit aliquam actionem, quam præſtare tenetur. Auth.t.2.de reſtit. d. *1*. q.2.p.1*1*.n.1.

Damnũ emergẽs eſt illud, quod quis patitur in re ſua,pro mutuo alteri dato.Auth. ib. d. *3*. quæſt. *3*.par.*4*. num.*1*.

DEBITOR.

Debitor, qui iurauit ſe debitum intra menſem ſoluere;eo non tranſacto,vel termino prorogato,non tenetur ex iuramẽto,pro tempore; tenetur verò ex iuramento,pro ſolutione,cum terminus non fuerit appoſitus ad finiendam obligationem ſoluẽdi; ſed ad eam ſolicitandam; & ſic,quia duo iurauit,ſcilicet ſolutionem; & tali menſe; ergo ceſſante vltimo; remanet primum, cuius vigore tenebitur, vt ſupra. Couarr.de pact.1.par.num.*6*. in princ.Sanch.in Summ.lib.*3* cap.17.num.*4*.Auth.t.*2*.de legib.d.*4*.q.1.p.*16*. n.*7*.

Debitor extremam neceſſitatẽ patiens,non tenetur debitum creditori ſoluere, in ſimili neceſſitate exiſtenti; modo non acceperit iniuſtè debitum; dũ verus rei dominus eadem neceſſitate laborabat;tunc verò rem adhuc extantem tenetur reſtituere vero domino in eadem neceſſitate laboranti.auth.ib.de reſtit.d.*3*.q.*2*.p.*6*.nu. 1*4*. ex authoritat. Sot.4.de iuſt.q.7.art.4.Caet.q.*262*.art. *5*.ad *4* Reginal.lib.*4*.num.*316* contr. Vaſq. in opuſc. cap.*1*. de elemoſ.dub.*9*.Nauarr.cap. 17.num.*60*. & alios.

Debitor poteſt anticipare ſolutionem debiti, & creditor tenetur

netur eam accipere. Reginal. lib.10.trac.2.num.219. Azor. 3. par. lib.4. cap.34. Auth.ib. d.1.q.6.p.vnic.n.21.

Debitor, qui nõ poteſt, omnibus ſatisfacere creditoribus; nihil in teſtamento alicui relinquere poteſt. Molin. de contract. d.329.num.6.Auth.ib.q.8.p.2 num.35.

Debitor, quando nam excuſetur à reſtitutione; & quo in loco, cuius expenſis, quo ordine, & quo tempore, teneatur reſtitutionẽ facere; vide inf. verb. reſtitutio.

Debitor dicitur eſſe in mora, quoties non ſoluit tempore conſtituto, cum ſoluere poſſit, nam terminus interpellat, pro creditore. Auth. ſib.d.3.q. 3.p.4.n.5.

Debitor exiſtens in mora ſoluẽdi, tenetur ad reſtitutionem danni, quod creditor ob dilationẽ paſſus eſt. Angel. verb. Vſura.1.num.20. Auth. ib. nu. 10.

Debitor tenetur debitum excõmunicato creditori ſoluere. Couarr. ad regul. peccatum. 1. par.num.8. Leſſ.lib.2. cap.16. dub.9. Auth.t.1. de cenſur. d. 2.q.2.p.6.§.2.n.15.

Debitores omnes gaudent immunitate Eccleſiaſtica. Suar.c. 11.num.3. Couarr. lib.2.var. cap.20.num.14. Auth.t.2.de legib.d.3.q.7.§.4.n.2.

Debitum ſolui poteſt in qualibet pecunia. Auth.ib.de reſtit.d.1 q.7.p.vnic.n.4.

Debitum immaturum (ſecluſo periculo, vel labore, aut lucro ceſſante, & danno emergẽte) non poteſt minoris, emi. Molin. tract. 2. d.361. Salas de vſur. dub.27.num.10. Azor.3. par.lib.10.cap.7. Auth.ib.d.3. q.3.p.10.n.2.3.& 4.

Debitum, nec reddere, nec poteſt petere, qui cum conſenſu cõiugis, Sacros ordines ſuſcepit. Nauarr. cap. 22.num.52. Henriq.lib.12.cap.5.num.10. Auth. de magn. matrim. Sacram.q.3.p.9.num.19.& ſup. verb.coniux.

Debitum reddere, non autẽ petere poteſt, qui cum conſanguinea coniugis in primo, vel ſecundo gradu copulam habuit. Sanch.lib.9.d.17. cap.diſcretionem, de eo, qui cognoui cõſanguin. Guttier.de matrimon.cap.87. Auth.ib.p.12. num.19.

Debitum petere non poteſt cõiux, qui habuit copulam, cum conſanguinea coniugis, etiam ſi copula fuerit occulta, & in hac pœna non requiritur iudicis ſententia. Sanch. lib.7. d.64.num.18. Reginal.lib.31. num.294. Auth.ib.num.22.

Debitum petere, nec reddere poſſunt coniuges, quando cõſtat de impedimento perpetuo;

tuo;nec poſſunt delectari, tãgendo, oſculando, &c.ſed ſi dubitetur; permittuntur coniuges ſimul habitare per triẽnium, vt matrimonium cõſumetur, quo elapſo, & matrimonio non conſumato, cenſetur impotentia perpetua. Em.Sà.num.14.Henriq.lib.12 cap.7.num.7.Auth.ib.p.13.n. 20.

Debitum negans peccat mortaliter, altero coniuge petente,tacitè,vel expreſsè; niſi habeat iuſtam cauſam denegandi;vel coniux petat beneuolè, & amicabiliter, nõ tãquam ſibi debitum ex iuſtitia.Sot.in 4.d.32.q.vnic.Silu.verb.debitum coniugale.q.8.Sanch.lib. 9.d.22.num.6.Auth.ib.q.4.p. 1.num.5.

Debitum nõ reddens ſtatim, ſed differens per aliquod breue ſpatium,vel rarò negans, aut non reddens coniugi admodũ frequentius petenti,non peccat;modo dubium non ſit incontinentiæ,vel grauis morbi in petente, ex debito, ſibi nõ reddito;ſicut etiam, non peccat, qui negat debitum cõiugi remiſſe petenti,& facile rogatus acquieſcit. Auth.ib.nu. eo.

Debitum coniugale ad reddendum; faciens ſe impotentem, medijs illicitis. peccat mortaliter, toties, quoties voluntariè reddit ſe impotentem; vt ſeſe ſe polluẽdo tactibus, vel ad aliam accedendo,ſecus verò ſi ſe perpetuò reddidit impotentem, quia peccauit illa tantum vice: qua fecit ſe impotentem;& propterea tenetur talem circumſtantiã confiteri.Sãch.lib.9 d.3. Coninc. d.34.d.2.num.18.Auth.ib.n 2.

Debitum ad reddendum ſe coniux inhabilem faciens, immoderata vitæ aſperitate; & notabili ieiunio, peccat mortaliter;immo licitè poteſt frãgere ieiuniũm, ſi aliter ſe impotentem cognouerit ad reddendum debitum; & vxor ne deformis eueniat (poteſt de mandato viri timentis, ne deformetur) frangere ieiunium. Sanch.lib.9.d.3.n.12.Auth.ib. num.3.

Debitum reddere,non tenetur, coniux febri laborans, ſecus vero ſi tantum doleat caput, vel aliud membrum, abſque febri, quia obligatio ad reddendum debitum intelligitur ſalua incolumitate perſonæ. Sanch.lib.9.d.24.nu. 2. Auth. ib.nu.4. amplia;etiam ſi adeſſet periculum incontinentiæ in altero coniuge. Auth. ib. num.5.

Debitũ ſæpè negari poteſt poſt prandium, quia copula,tunc temporis habita, ſolet eſſe grauis detrimenti.auth.ib.n.6

De-

Debitum negare poteſt fœmina, quæ moreretur in partu, ſi cōciperet. auth. ib. n. 7.

Debitum negare poteſt coniux ſanus, coniugi laboranti morbo; quoties ſanus ſubiret periculum (iudicio medicorum) grauis infectionis; poteſt tamen, abſque riſico vitæ, vt in lepra, morbo gallico, &c. ſi vult, licitè reddere. Henriq. li. 11. cap. 5. num. 7. Sanch. lib. 9. d. 24. Auth. ib. n. 8.

Debitum reddere tenetur coniux, cum periculo infectionis pro li naſcituræ, quia melius eſt proli naſci cum infectione, quam non naſci. Rebell. lib. 2. q. 16. num. 4. Auth. ib. num 9.

Debitum reddere tenetur coniux coniugi ebrio, vel furioſo, petenti debito modo, & humano more, & abſque riſico; eò maximè, ſi talis alioquin expleturus eſſet libidinē modo illicito; Sanch. lib. 9. d. 23. Coninc. d. 34. dub. 9. num. 70. Auth. ib. n. 10.

Debitū petere ab vxore lactante prolem, licitum eſt, poteſt verò etiam licitè lactans negare, ſi pauper ſit vir, vt alteri prolem lactādam tradere nequeat, & ex redditione debiti aduertat magnum nocumentum futurum proli. Sanch. lib. 9. d. 22. num. 15. auth. ib. num. 11.

Debitum negare licet, ne multiplicentur filij, ad quos alēdos coniuges non habent facultatem ſufficientem; ſecluſo tamen incontinentiæ periculo. Sanch. lib. 9. d. 25. num. 3. Em. Sà verb. debitum coniugale n. 18. Auth. ib. n. 13.

Debitum negare poteſt (ſecluſo periculo incontinentiæ) quæ experta eſt, ſe non poſſe filios viuos in lucem edere. Sanch. lib. 7. d. 102. num. 9. Rodriq. ca. 235. num. 6. Auth. ib. num. 14.

Debitum petere non poteſt, qui poſt matrimonium cōtractū, ſcienter contraxit affinitatē, vel cognationem ſpiritualem cum propria vxore. cap. 1. de eo, qui cognou. &c. Auth. ib. p. 2. n. 1.

Debitum petere, & reddere poteſt baptizans, vel ſuſcipiens proprium filium in neceſſitate; & abſque ea, reddere, non tamen petere poteſt. cap. ſi vir, de cogn. ſpiritu. Henriq. lib. 11. ca. 15. num. 1. Auth. ib. num. 3. & 4. etiam ſi non eſſet ſuus filius, ſed coniugis tantum.

Debitum petere, & reddere poteſt mulier habens copulam cum conſanguineo viri in primo, vel ſecundo gradu; ex vi abſoluta ſibi illata, vel ex metu graui, Nauarr. cap. 26. n. 63. contr. Sanch. lib. 9. d. 31

Auth.

Auth. ib. num. 5.

Debitum illicitè duobus modis petitur;primo,propter aliquã circumſtantiam,ſeù defectum tenentem ſe ex parte ipſius perſonæ petentis. Secundo, propter circumſtantiam, tenentem ſe ex parte actus.Auth.ib.p.3 n.1.

Debitum illicitè,& iniuſtè petere, idem non eſt;qui enim illicitè petit,poteſt petere non iniuſtè;vt ſi habeat votum caſtitatis,ſed coniunctus ſit matrimonio;petit illicitè petendo,ſed non iniuſtè,quia habet ius petendi ratione matrimonij; qui autem petit iniuſtè, ſemper petit,& illicite.Auth. ib.n.2.

Debitum reddere tenetur cõiux petẽti illicitè, ex ſola circumſtantia perſonæ. Auth.ib.n.3.

Debitum reddere, non tenetur coniux petenti illicitè,non ob ſolam circumſtantiam perſonæ;ſed etiam, ob circumſtantiam actus; Ratio, quia circũſtantia perſonæ afficit illum, cuius perſona eſt voto, vel alteri obnoxia, ex quo redditur actus illicitus.Sed circunſtantia actus pendet ab vtroque coniuge; vt ſi peteretur in loco ſacro, vel modo indebito, & ſic quilibet tenetur ſe continere ab actu illicito,ergo nõ obligatur ad reddendum,cum illicitè redderet;Auth.ib.nu.4

niſi neceſſitas faceret actum talem licitum.ib.n. 6.

Debitum non reddens,non peccat toties;quoties petens peccat petendo.Auth.ib.n.5.

Debitum petere,& reddere poteſt, coniugi obſtricto voto caſtitatis, cõiux,qui voto non ſolum,non diſſenſerit, ſed cõſenſerit; modo non habuerit animum renuntiandi iuri ſuo; petit enim licitè, & reddit illicitè ob circunſtantiam tantum perſonæ, quæ ipſum reddentem non afficit. Auth. ib. num.7.

Debitum reddere tenetur coniux,petenti,quando vterque abſtrictus eſt voto caſtitatis. Reginal.lib.31.n. 252. Sanch. lib.9.d.37. num. 10. Auth.ib. num.8.

Debitum reddi poteſt petenti cum peccato veniali,ob circumſtantiam perſonæ, ſecus verò,ob circumſtãtiam actus, vt ſup.dix.Sanch. lib. 9.d.6.n. 6.Auth.ib.n.9.

Debitum non tenetur reddere coniux indebito modo petẽti,quo ad ſitum; quia eſt ſaltẽ peccatum veniale, ob circũſtantiam actus, quæ vtrumq; coniuges afficit,vt dix.niſi excuſet neceſſitas. Auth. ib.nu. 10.

Debitnm an teneatur reddere vxor tempore menſtrui, vide ſup.verb.coniux.

S De-

Debitum petere,& reddere poſſunt coniuges, etiam ſuborto ſcrupolo de inualiditate matrimonij,ſecus ſi ortum fuerit commune dubium.Henriq. li. 11.cap.15.num.13. Sanch.lib. 2.d.41.num.42. Auth.ib.p.4. n.2.& 3.

Debitum reddere tenetur coniux dubitans de validitate matrimonij, alteri coniugi non dubitanti, etiam ante adhibitam diligentiam ad aſſequendam veritatē;poſt verò adhibitam diligentiam,poteſt non ſolum reddere, verum etiam petere.Reginal.lib.31.n.299. Auth.ib.n.4.& 5.

Debitum reddere, nec petere poteſt coniux, ſi vterque dubitet de validitate matrimonij;nec etiam vti poteſt tactis oſculis, &c. poſt verò adhibitam ſufficientem diligentiam, prædicta omnia licebunt, etiā ſi veritas non dum comperta ſit,& dubium ſpeculatiuum perſeueret.Sanch.lib.9. d.44. num.24.Auth.ib.n.6.

Debitū reddere non poteſt coniux ante adhibitam diligentiam, non ſolum quando dubium eſt commune,ſed etiam quando petens,ſolus dubitat; Ratio, quia dubitans de validitate matrimonij ante adhibitionem diligentiæ, non habet ius ad petendum; ergo alter nō tenetur reddere. Sāch. loc.cit.num.55. & 56. Auth. num. 7.

Debitum reddere non tenetur coniux,alteri coniugi dubitāti;matrimonio rato, & non conſumato. durante Primo bimaſtri.Ratio, quia in primo bimeſtri liberum eſt coniugi non reddere, cum Eccleſia determinauerit tēpus bimeſtri, ad deliberandum, ſi velit ingredi religionem;& ſic cum coniux in tali tempore non habeat ius erga alium coniugem ad debitum petendum, niſi eo volente; non priuatur iure ſuo ex redditione debiti negata. Auth.ib.n 9.

Debitum petere non poteſt, qui dubius de impedimento dirimente contraxit; reddere autem tenetur alteri coniugi, qui bona fide contraxit. Sāch. lib.2.d.42.num.2. Guttier.de matrim.cap.50.num.2. Auth. ib. num. 10. & ſi vterque fuit dubius,quando cōtraxit,neuter (ante adhibitam diligentiam) petere,nec reddere poteſt.Sanch.l.cit. Nauarr. cap. 22.num.54.Auth.ib.num. 11. & ſic à fortiori ſi contraxerunt cum communi opinione inualiditatis. Auth. ib. num. 12.

Debitum petere non poteſt cōiux, qui bona fide contraxit, ſed poſtea opinatur matrimonium inualidum eſſe, & tanto minus

minus petere poteſt, ſi fuit in tali opinione in contrahẽdo; ea durante; reddere, vero in vtroque caſu tenetur coniugi bona fide exiſtenti, & inſcio de tali opinione. Sanch. lib. 2. d. 44. num. 3. Guttier. cap. 9. n. 1. & 31. Auth. ib. num. 13. 14. & 15.

Debitum nec petere, nec reddere poteſt coniux certus de impedimento dirimẽte, etiam ſi bona fide vterque contraxerit. Sanch. lib. 2. d. 44. Guttier. cap. 50. num. 4. Auth. ib. num. 16.

Debitum reddere nõ poteſt cõiux certus de impedimẽto dirimente, etiam ſi per excommunicationem compellatur ab Eccleſia, aut ſequãtur ſcãdala, & grauiſſima incomoda. adhuc cum vitę periculo. cap. inquiſitioni de ſent. excomm. Ratio, quia ſi poſſet ſic reddere, ſequeretur fornicationem aliquando eſſe licitam, quod eſt falſum, cum ſit res intrinſicè mala; & Eccleſia non poſſit præceptum dare contrarium naturæ, quamuis in hoc caſu Eccleſia credat talem eſſe verum coniugem, cum ignoret impedimentum dirimens occultum, ſoli vni cõiugi cognitum, attamen ex veritate eſſet coggere contra ius naturale, & ſic excommunicatio non ligat; Auth. ib. num. 17. Sanch. lib. 2. d. 39. nu. 5. & 7. Nauarr. cap. 16. num. 39. & alij.

Debitum an petere, & reddere poſſit coniux audiens ab vno teſte fide digno aliquod impedimentum dirimens, vide ſup. verb. coniux.

Debitum petere poteſt Adulter ab vxore ignorante adulteriũ & ſic è contra. Sanch. lib. 1. d. 68. num. 4. Em. Sà; verb. adulterium. num. 3. Auth. ib. p. 5. num. 20.

Debitum petere amicabiliter, & remiſsè, poteſt coniux adulter à coniuge innocẽte, à quo per ſententiam iudicis fuit ſeparatus (quamuis ſit priuatus iure petendi) ad hoc, vt denuo ius acquirat per reconciliationem factam cum coniuge innocente, & remictente per redditionem. Auth. ib. nu. 21.

Debitum an reddi poſſit eo die, quo ſumenda eſt Euchariſtia. vid. inf. verb. Euchariſtia.

Debitum reddi, & peti an poſſit die feſto, vel Quadrageſimæ. vid. ſup. verb. coniux.

Debitũ petere, & reddere poſſunt ad inuicem coniuges excommunicati, etiam vitandi, tam ſi vter, quam ſi vnus fuerit excommunicatus, ac ẽt ſi ante contractationem matrimonij alter ſciebat, alium eſſe excommunicatũ. Tgolin. tab. 2. cap. 23. §. 6. contr. Filiucc.

quæſ.4.num.103. Autn.ib.de cenſur.d.2.q. 2. p.6.§.2.num. 18.

DETRACTIO.

Detractio eſt occulta, & iniuſta denigratio, ſeu læſio famæ ꝓpriæ,vel alienæ. Auth. t.2.de reſtit.d.2.q.4.p.1.n.1.

Detractio eſt peccatum mortale ex ſuo genere, ſed ratione indeliberationis, vel paruitatis materiæ fit veniale. Auth. ib.num 7.

Detractio omnis eſt eiuſdē ſpeciei per ſe loquendo,quamuis vna poſſit eſſe grauior altera, ratione grauitatis materiæ. Sicut accidit in contumelia, in furto,&c. Em. Sà.verb cōtumelia. num. 1. ſed ratione circumſtantiæ fieri poteſt, vt detractiones ſint diuerſæ ſpeciei,& talis circumſtantia eſt exprimenda in confeſsione, vt ſi fiat detractio contra Sacerdotem, vel cōtra patrem, &c.aut fiat ex odio, vel ira. cap.Sacerdotes. 6. q.1. Reginal.lib.24.nu.72.contr.Azor. 3.par.lib.13.cap.5.dub.1.ſententientem detractionem cōtra patrem, prælatum, vel ſuperiorem non diſtingui ſpecie ab alijs detractionibus,& hoc idem ſentit de contumelia. Auth.ib.n.8.& 9.

Detractio,vt ſit peccatum mortale, requiritur manifeſtatio peccati mortalis, ex qua grauiter fama proximi lędatur, nam quando proximi fama non læditur grauiter, non eſt peccatū mortale,quāuis narretur peccatum mortale proximi,vt ſi quis dixerit militem habere concubinam, &c. vel ſi narrauerit peccatum mortale nō manifeſtata perſona; quia non lęditur fama proximi; non erit peccatum. Salon.2 2.q 62.art.2.cōtrou. 12. verſ. obſeruemus tertio. Auth.ib.p.2.n.1.& n. 6.

Detractio famæ alicuius defunti ob delictum graue, eſt peccatum mortale.Nauarr.lib.2.c. 4. num. 351. Azor. 3.par.lib. 23.cap.4.dub.9.& obligat ad reſtitutionem. Nauarr. l.cit. quæ debet fieri familiæ, vel conſanguineis defunti, ſi in ipſos aliquo modo infamia redundet,ſin verò eos non tāgat, facienda eſt ipſi defunto, eo modo meliori, quo poterit;quod benè fieri poteſt per ſuffraggia, & alia bona ſpiritualia.Molin.d.44.n. 3.Rebel. q. 11. & reſtitutio famæ eſt fienda, etiam ſi conſtaret illū eſſe dannatum.Salon. loc.cit. contrauer.21.concl.3.'contr. Molin. tract. 4. d.28.& d.44. num.3.Auth.ib.n.3.4.& 5.

Detractio,quæ fit,loquendo ordinariè, & referendo generalia vitia de aliquo,quæ poſsūt eſſe mortalia,& venialia: non eſt

eſt peccatum mortale; vt referre de Titio, quod ſit auarus, &c. Reginal. num. 76. P. Nauarr. num. 307. Auth. ib. num. 7.

Detractio ob peccata venialia, aliquando poteſt eſſe peccatū mortale; vt quando quis per contumeliam obijcit alteri in faciem, ipſum eſſe mendacem, præuidens fore, vt alter, hoc ſatis ægrè ferat, vel æppoſuerit homini valdè bonæ famæ, vel Religioſo, aut Prælato aliquod peccatum veniale, per quod fama illius valde læditur. P. Nauarr. l. cit. num. 314. Reginal. num. 80. Auth. ib. num. eo.

Detractio ob manifeſtationem defectuum naturalium animi, vel corporis, regulariter loquendo, non eſt peccatū mortale; ſiue defectus contracti ſint cum culpa, ſiue ſine culpa; vt ſi quis dicat Titium eſſe ignarum. Nauarr. l. cit. num. 307. Reginal. nu. 79. Auth. ib. num. 8. niſi ob talē detractionem proximum impediretur in conſequtione magni boni, aut quando fieret in facie, cū periculo magne contriſtationis alterius.

Detractio eſt peccatum mortale, manifeſtādo morbum graue alicuius; ex cuius manifeſtatione, fama proximi grauiter læditur, vt dicere Titium infectum eſſe morbo gallico. Contr. P. Nauarr. l. cit. n. 309. Auth. ib. n. 9.

Detractio non eſt mortalis, ſi dicatur in tali Collegio, vel in tali oppido adeſſe multos improbos homines. Ratio, quia fama nullius obſcuratur in particulari, vel læditur; Modo aſſerens non dicat omnes eſſe improbos, ſic enim infamaret totum Collegium; aut nō referat aliqua delicta; quę vergunt in infamiam aliorum; vt ſi dicat Religioſum talis Religionis, vel cœnobij, de quo habetur bona opinio, inuentum eſſe cum meretrice, &c. aduerte tamen ſecus eſſe dicēdū, ſi referat aliqua delicta alicuius religioſi; quæ frequēter ſolēt cōmicti à Religioſis talis religionis; vel ſi non redundant in alterius infamiam P. Nauarr. l. cit. num. 358. Reginal. num. 81. Auth. ib. num. 10.

Detractio eſt mortalis (quamuis fiat in abſentia) ſi dicatur aliquem eſſe ſpurium, vel ortum à parentibus iudeis; modo talis defectus non ſit publicus. Auth. ib. n. 11.

Detractio eſt mortalis, ſi quis referat iniuriam ſibi factam, animo detrahēdi ad vindictā; ſecus vero ſi referat animo capiendi conſilium; modo nō referat pluribus, quam opus ſit

ſit ad capiendum conſilium, ſalamen,&c. P. Nauarr.lib.2. cap.4.num.345. Molin.;d.29. num.5.Auth.ib.p.3.n.3.

Detractio mortalis non eſt manifeſtando crimen alterius ad capiendum conſilium, vt ſibi aut criminoſo, vel alteri caueat. Auth. ib. num.4.& p.8. num.1.

Detractio eſt mortalis inter cõiuges,quando de grauibus delictis aliorum inter ſe loquũtur, nõ ad honeſtũ finem;modo non ſint perſonæ taciturne,&c.Auth.ib.n.5.

Detractionis peccato non peccat pœnitens, qui in confeſſione manifeſtat complicem, dum aliter peccati ſpeciem explicare non poteſt, nec habet commoditatem adeundi alium confeſſarium, cui non ſit notus cõplex. Suar. 3.par. t.4.d.34.ſect.2.P. Nauarr.lib. 2.cap.4 par.2.num.271.cõtr. Nauarr.cap.7.num. 1. Auth. ib.p.4.n.2.

Detractionis peccato non peccat; qui refert audita, abſq; aſſeueratione, nec tenetur ad reſtitutionem,modo concurrant quinque cõditiones;prima eſt,vt referens non ſit tãte authoritatis,vt facilè ei credatur. Secunda,ne augeat,vel confirmet,magis audita; Tertia,ne dicat ſe audiuiſſe à tali perſona,quæ fidẽ faciat;quarta, ne referat coram ijs, qui poſtea rem eandem ſint alijs manifeſtaturi, & exaggeraturi.Quinta,ne narret crimina valde grauia.Nauarr.cap.28. num.50.Clau.reg.lib.11.cap. 6.num.16.Auth.ib.p.5.n.1.

Detractionis peccato (ſaltem contra iuſtitiam) non peccat, qui crimen alterius in vno loco pullicum, manifeſtat in loco,vbi neſcitur. Em. Sà.verb. infamare.num.5.P.Nauarr.n. 286. Bannes. 2. 2.q.73.art.2. dub.3.fol.mihi 333. cõtr. Rebell.lib,4.q.4.& Silueſt. verb. detractio.Auth.ib.p.6.n.2.

Detractionis peccato peccat, qui reuelat crimina alterius, quæ per iniuriam, & iniuſtè facta sũt publica.Molin.trac. 4.d.32.n.4.Auth.ib.num. 3.& etiam opinio contraria, quod non peccat eſt probabilis.

Detractionis peccato non peccat,qui refert delictum, propter quod alter fuit infamatus; quamuis poſtea famam acquiſierit ex honeſtis actionibus; modo non oſtendat ẽt nunc illum eſſe infamem. Auth.ib.n.4.

Detractionis peccato peccant Hiſtoriographi, qui delicta mortuorum publica conſcribunt;non referendo eorum emendationem. Auth. ib.n.6.

Detractionis peccato non peccat, qui alloquitur de cauſa ali-

alicuius carcerati propter illam cauſam. Auth.ib. n.8.

Detractio non eſt, referre pœnas alicui inflictas à iudice in iudicio. Auth.ib.n.9.

Detractionem committit, & ad reſtitutionẽ tenetur, qui crimina alicuius narrauit credẽdo eſſe publica, cum re vera eſſent occulta. Auth.ib. num. 10.

Detractio non eſt mortalis in illo, qui narrauit crimen de vno, & auditores intellexerũt de alio, & perinde non tenetur ad reſtitutionem famæ ex iuſtitia, ſed ex charitate. Auth.ib.n.12.

Detractio ſaltem contra iuſtitiã mortalis non committitur ab eo, qui infamatũ de vno peccato, infamat de alio, habente connexionem neceſſariam, vel moralem cum priori peccato, de quo ille fuerat diffamatus. Auth.ib.p.7.n. 1.

Detractionis peccatum non dicitur committere, qui Aduocatum, vel medicum imperitum, & indoctum, ſe iactantẽ idoneum, & peritum; detegit illis: quibus damnum imminere cognoſcit. Auth. ib. p.8. num.4.

Detractio non eſt, manifeſtare impedimentum illius, qui matrimonium inhire, vel religionem ingredi vult, &c. quando ex reticentia impedimenti nõ manifeſtati, aliquod notabile detrimentum oriri poteſt. auth.ib.n.5.

Detractio non eſt, reuelare homicidium commiſſum à Caio, quod falsò imputabatur Seio. Nauarr.cap.18.num.31. Reginal.num.70.& 79.P.Nauarr.num.308.Auth.ib. n.7.

Detractio non committitur ab eo, qui noſcens aliquem eſſe furem; admonet eos, qui cum eo habitant, vt ſibi caueant. Auth.ib.n.8.

Detractio non eſt manifeſtare hipocreſim alteri perniciosã. Auth.ib.n.9.

Detractionis peccatum non eſt, detegere crimen alterius ad inſtructionem, aut ad maioem cautelam audientium, ne peccatis aliorum pertrahantur ad peccata. Auth. ib.nu. 10.

Detractio quomodo differat à ſuſurratione, & contumelia, vide inf.verb.ſuſurratio.

Detractor quomodo teneatur famam reſtituere. vide ſuprà verb.detractio famæ alicuius defuncti, & inf. verb. infamator, & quando excuſetur à reſtitutione famæ, vide verb. fama.

Detractorem audiẽs, vel aliquo modo mouens ad detrahendum, peccat mortaliter cõtra iuſtitiam. Ratio, quia eſt cauſa iniuſta detractionis. Nauarr.

uarr.cap.18.nu.37.Clau.Reg. lib.11.cap.9.num.38.auth.ib. p.11.n.1.

Detractorem laudans, & oſtendēs ſibi gratam fore aliorum detractionem, peccat mortaliter,& tenetur ad reſtitutionem.Auth.ib.n.2.

Detractionis peccatum committit, & ad reſtitutionem tenetur,qui abſque iuſta cauſa alterum interrogat de aliorum defectibus; dummodo inuincibiliter non ignorauerit, detractionem futuram grauem; ſed credebat leuem ; & detrahens præter opinionem incitantis detraxit grauiter. Auth. ib.n.3.

Detractione graui ab aliquo facta , ſe delectans tempore, quo fit,audiendo tantum , nō incitando,nec laudando; peccat mortaliter contra charitatem. Auth.ib.num.4.ſecus vero ſi delectetur non de detractione;vt detractio eſt, ſed de auditione rei noue,vel de eloquentia detrahentis, &c. Auth.ib.n.5.

Detractorem de re graui non corrigens,dum facile, & commode poteſt , cum ſpe emendationis ; peccat mortaliter contra charitatem;& ſi ex officio tenetur corrigere peccat contra iuſtitiam. Auth.ib. n.6.& 7.

DIMISSORIE.

Dimiſſorias , vel teſtimoniales ommictens,quam pœnam incurrat;vide inf.verb.ordo.

Dimiſſoriæ poſt annū ſedis vacantis poſſunt à Capitulo cōcedi.S.C.Trid.ſeſſ.7.c.10. auth.t.1.de Sacram.d.8.q. vnic. p.5.n.22.

Dimiſſoriæ nō eſtinguūtur morte concedentis.auth.ib.num. 21.

DISPENSATIO.

Diſpenſare poteſt Papa in auditione miſſæ;quia tale præceptū eſt humanum de iure Eccleſiaſtico . Auth. t.1.de Sacram.d.4.q.vlt.p.11.n. 6.

Diſpenſare in irregularitatibus prouenientibus ex defectu corporis ſpectat ad Summum Pontificem. Nauarr.nu.200. Couarruu.Clem.ſi furioſus.1. par.num.7.ad Epiſcopum verò ſpectat iudicare vtrum defectus , vel deformitas inducat irregularitatem cap. 2. de corpor.vitiat. Auth.ib. de cēſur.d.7.q.2.p.2.n.36.

Diſpenſare poteſt Epiſcopus in irregularitate cōtracta ex furtiua ordinū ſuſceptione, ideſt ſi quis neſciēte Epiſcopo,nec approbāte, nec examinante, ordinem ſuſcepit,cap.1.de eo qui fortiuè, &c. modo delictū fuerit occultum,& Epiſcopus vel alius Prælatus non denūciauerit excommunicationē

incur-

incurrendam abijs, qui furtiuè ordines ſuſcipiunt. Auth. ib.q.3.p.4.n.6. & 7.

Diſpenſatio cum irregulari ex hæreſi circa vſum ordinum ſuſceptorum, vſq;ad diaconatum incluſiuè ſpectat ad Epiſcopum, quò ad Sacerdotium verò pertinet ad Papam; quãuis contraria opinio ſit communior, quod Papa ſolus poſſit diſpenſare. Auth.ib. p.7. n. 13.

Diſpenſatio cum Epiſcopo hæretico, quo ad vſum Pontificalium pertinet ad Papam. cap.Inquiſitores. de Heretic. in 6. Auth.ib.n.eo.

Diſpenſare poteſt Epiſcopus nõ ſolum circa vſum ordinum ſuſceptorum, verum etiam circa ſuſceptionem ipſorum ordinum, quamdiù delictum eſt occultum, cum irregulari ex hæreſi, apoſtaſiæ, &c.auth. ib.num.14. quod etiam facere poteſt Epiſcopus per Vicarium. Auth.ib.n.15.

Diſpenſare nequit Epiſcopus finito iudicio in irregularitate proueniente ex delicto deducto ad forum contentioſum. Poſtquam delinquens fuit cõdemnatus, vel punitus. Suar. d.31.ſect.2.n. 5.ad fin. Sanch. in Summ.lib.2. cap. 11. num. 21.Auth.ib.d.7.q.5.p.1.n.6.

Diſpenſare poteſt Summus Põtifex in omni irregularitate iure humano introducta. Auth.ib.n.1.

Diſpenſare poteſt Epiſcopus, dũ in ſua dioceſi exiſtit, cum ſuis ſubditis in irregularitatibus prouenĩetibus ex delictis occultis, excepta irregularitate ex homicidio volũtario. Sãch. in Summ.lib.2.cap.11.num.2 Conc.Trid.ſeſſ.24.c.6. Auth. ib.num. 3. quod etiam facere poteſt cum religioſis exẽptis ſe ipſos illi ſubijcientib. Henriq.lib.14.ca.20. Reginal.lib. 30.num.29.verſ.quantum eſt Auth.ib.n.4.

Diſpenſare poteſt Epiſcopus in irregularitate ex delicto deducto ad forum contentioſum, quando delinquens fuit abſolutus, & ſe purgauit veris, vel falſis teſtibus. Henriq l.cit. n. 4.Em.Sa.verb. Epiſcopus.nu. 35.Auth.ib.n.5.

Diſpenſare non poſſunt Prælati habentes iuriſditionem, quaſi Epiſcopalem, in irregularitatibus, in quibus per Conc. Trid.data eſt facultas Epiſcopis diſpenſandi. Tol. lib.1.cap. 85.num 6.Garſ.de benef.p.7. cap.11.num.17 & ſeq.Auth. ib n.7.

Diſpenſandi concedere poteſt facultatem Epiſcopus alteri, vt ſecum diſpenſet, in illis caſibus, in quibus ipſe cum ſuis ſubditis diſpẽſare poteſt. Sayr. lib.7.cap.9.num. 5.Sanch.in Summ.

Summ.lib.2.cap. 11. num.14. Auth.ib.n.8.

Diſpenſare cenſetur Epiſcopus cum irregulari, quem ſciens ad ordines admictit, ſi intentionem habeat diſpenſandi. Sayr.loc.cit.cap.14. num.10. Auth.ib.n.9.

Diſpenſatio, vt valeat, tres conditiones habere debet; Prima eſt, vt diſpēſatio ſigno aliquo externo, ſufficienter manifeſtante voluntatem ſuperioris exprimatur; Secunda, vt adſit iuſta cauſa. Conc. Trid. ſeſſ. 25 cap. 18. Tertia, vt exprimatur ſpecies irregularitatis, ſeu delicti, niſi peteret generalem diſpenſationem ab omnibus irregularitatibus, quibus detinetur, tunc enim per generalem diſpenſationem remanet liber ab omnibus. Suar.d. 41.ſect. 3.num.2. Filiuc. tract. 20.cap.10.num.181.Auth.ib. p.vlt.n.1.

Diſpenſatio non eſt neceſsè cōcedi per verba diſpenſo tecum toties, quoties incurriſti: ſed ſufficit dicere diſpenſo ſuper irregularitate; quam celebrādo, &c. in excommunicatione incurriſti. Auth.ib.n.4.

Diſpēſandi non eſt certa forma verborum, ſed ſufficit dicere, diſpenſo tecum in irregularitate, &c. quā ob talē cauſam incurriſti; in nomine patris, &c. Auth.ib.n.7.

Diſpenſatio irregularitatis contracte per exercitium ordinū, quos quis nō habebat, ſpectat ad Papam; dummodo delictū non ſit occultum, tunc enim etiam diſpenſare poteſt Epiſcopus. Silu.verb.irregularitas, quæſ.8. Auth.ib.p.6.num. 10.

Diſpenſare poteſt Summus Pōtifex in qualibet irregularitate proueniente ex homicidio iuſto, vel iniuſto, voluntario, vel caſuali. Vgolin.c.32. Suar. d.44.ſect.4.num.35. Auth.ib. q.4.p.vlt.n.1.

Diſpenſare nō poteſt Epiſcopus in homicidio volūtario iuſto, vel iniuſto. Conc. Trid. ſeſſ.24 cap.6. & ſic, nec etiam, quod recipiat beneficiū, &c. Auth. ib.n.2.& 3.

Diſpenſare non poteſt Epiſcopus in irregularitate, quam iudex, cauſam ſanguinis exercens, contraxit, mandādo homicidium, vel mutilationem iuxta leges. Auth.ib.n.4.

Diſpenſare poteſt Epiſcopus in irregularitate ex homicidio caſuali, modo delictum ſit occultum. Auth.ib.n.5.

Diſpenſare non poteſt Epiſcopus cum eo, qui aliquem ex rixa occidit; quia eſt homicidium voluntarium, quamuis eſſet occultum. Auth. ib.n.6.

Diſpenſare poteſt Epiſcopus cū eo, qui occultè aliquem leui-

ter percuſſit, ſed ex tali percuſſione ille mortuus eſt; ſi animum leuiter percutiendi habuerit. Auth.ib.n.7.

Diſpenſare poteſt Epiſcopus cũ eo, qui mandauit ſeruo, vt aliquem percuteret; ſed caueret ne mutilaret, vel occideret; nam homicidium inde ſequẽs non eſt voluntarium reſpectu mandantis. Molin.t.4.tract.3.d.3.n.7.Auth.ib.n.8.

Diſpenſare poteſt Epiſcopus in homicidio occulto, patrato cauſa defenſionis, non ſeruato moderamine inculpate tutele; Sayr.lib.7.ca. 7.num.22. Auth.ib n.9.

Diſpenſare poteſt Epiſcopus in irregularitate proueniente ex iniuſta mutilatione occulta. Molin.d.70.num.19.Tolet.li. 1.cap.48.num.6.Auth. ib. nu. 11.

Diſpenſare non poſſunt Prælati habentes iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem, in irregularitate proueniente ex homicidio caſuali, vel mutilatione. Suar.de cenſur.d.45.ſect.1.n. 2.Tolet.lib.1.c.85.n.6.Auth. ib.n.12.

Diſpenſatio in irregularitate proueniente ex quocunque homicidio voluntario, etiam iuſte, & legitimè patrato, vt in homicidio commiſſo à iudice ferendo ſententiam iuſtã ſanguinis, &c. nullo modo cõpetit Epiſcopis, ſed Pontifici; Salon.2.2.q.64 art.8.cõtrou. 4.concl.vlt. Arragon. 2. 2. q. 64.ar.8.contr.Suar.d.44.ſect. 6.num.13.Molin d.79. num.5. & alios. Auth.ib. nu. 13.verſ. ſed mihi.

Diſpenſatio irregularitatis homicidij, quam quis contraxit occidendo Sacerdotem, valida eſt, etiam ſi in diſpenſatione obtinenda non fuerit expreſſa circunſtantia Sacerdotis. Salas de legib.d.20.ſeſſ.15 num.122.dub.4.Auth. t. 2.de legib.d.1.q 2.p.5.n. 20.

Diſpenſatio per ſigna, vel nutus, vel rathabitionem, valida eſt, etiam ſine cauſę cognitione.l. qui ad certum. ff. locati. Sanch.lib 8.d.4.n.15.Auth.ib. q.2.p.3.n.18.

Diſpenſatio inualida eſt, ſi taceatur, vel falsò aliquid narretur, quo cognito eam non cõceſſiſſet; ſecus ſi conceſſiſſet, ſed difficilius tantum. Auth.ib.p.4 num. 3.

Diſpenſatio valet etiam ſi taceatur nomen diſpenſandi, ne cognoſcatur à diſpenſatore, quĩ ſi illum cognouiſſet, non conceſſiſſet diſpenſationem ex odio, vel alia ſimili cauſa, idem dicendum ſi taceretur qualitas perſonæ, vt ſi eſſet vitioſa, &c. vel ſi tractaretur de voto, taceretur, quod ſæpius fuerit emiſſum, & repetitum.

Suar.t.2.de relig.lib.6. de voto.Sanch.in Summ.lib.4. cap. 45.num.25. & 27. & cap.47. num.32.Auth.ib.n.5.

Diſpenſatio valet, ſi erretur in nomine perſonæ. Auth. ib. num.6.

Diſpenſatio non valet, quoties impedimentum certū narratur ſub dubio. Auth.ib.n.7.

Diſpenſatio non valet, narrata vna tantum cauſa, & ea, falſa; ſi verò plures cauſæ copulatiuè narrentur, & earum aliquę ſint falſæ, attendi debet finis ex quo diſpenſatio cōceditur; ſi enim cauſa finalis, erit vera, valebit diſpēſatio, ſi falſa non valebit. Auth. ib.n.8.

Diſpenſatio eſt nulla, tacita qualitate, quæ de iure eſt exprimenda; quamuis ea qualitate expreſſa ſuperior conceſſiſſet diſpenſationē.Sanch. in Sūm. l.4.cap.47.n.12.Auth. ib.p.5. num.1.

Diſpenſatio obtenta nō expreſſo gradu conſanguinitatis, affinitatis, vel publicè honeſtatis, inualida eſt, Sanch.lib.8.d. 24. num. 2. Auth. ib. num. 2. & 5.

Diſpenſatio non valet, nō facta expreſſione diuerſorum titulorum, ratione quorum, duo ſunt affines, contr. Rodriq.1. par.cap.238.Auth.ib.n.3.

Diſpenſatio eſt inualida ſi fuerit obtenta, ſuper impedimento publicè honeſtatis, niſi exprimatur, fuiſſe in primo gradu ex matrimonio rato, quāuis non conſumato.Auth.ib.n.7.

Diſpenſatio eſt inualida, quādo committitur error in gradu viciniori; vt ſi dicatur eſſe in quarto, cū ſit in tertio. Suar. tom.2.de relig. lib. 6.cap.vlt. num.8.

Diſpenſatio valida eſt, ſi contracturus cum vxore ſui patrui, expreſſerit ſolum, eſſe in ſecundo gradu affinitatis.Sāch. lib. 8. d.24. num.25.Auth.ib. num.18.

Diſpenſatio valet, etiam ſi antequam exequtioni demādetur à delegato diſpenſatore, iterū copula inceſtuoſa committatur, propter quam diſpenſatio obtenta fuerat. Henriq. lib.12.de matrim.c.10.n.3.in fin.Auth.ib.n.4.

Diſpenſatio, vt valeat, exprimēdum eſt in ea obtinenda ob impedimentum cognationis ſpiritualis, an ſit filiatio ſpiritualis, vel cōpaternitas, vtrū leuauerit de Sacro fonte, vel tenuerit eam, vel filiam eius, cum qua intendit contrahere Sanch.l.cit.num.15 Auth. ib. num.6.

Diſpenſatio cōceſſa ſub hac cōditione, ſi copula non interceſſerit; valida non eſt, ſi copula occulta habita fuerit; S. Congregatio Cardinal.teſte Gut-

Guttier.lib. 1. canonic. quæſt. ca.15.num. 24. & de matrim. cap.124.num. 14. contr. Em. Sà.verb.diſpenſatio. num.11. Henriq.lib.12.de matrim. ca. 2.num.7.Auth.ib. num.14.

Diſpenſatio obtenta per metũ, licet incuſſum ad ipſam obtinendam, valida eſt. Ratio, quia regula generalis eſt, geſta per metum valida eſſe. Sanch.lib.3.d.39.n.13. Auth. ib.p.6.n.1.

Diſpenſatio extorta per dolum, & mendacia, non eſt valida, ſi dolus, & mendacia verſentur circa cauſam finalem. Salas.d. 20. ſect. 15. num. 129.verſ.ad primum.Auth.ib.n.2.

Diſpenſatio quinque modis vim ſuam ammictere poteſt, primo, ceſſatione cauſæ, Secũdo, morte concedentis. Tertio, renuntiatione. Quarto, reuocatione. Quinto, primo actu. Auth.ib.p.10.in præfat.

Diſpẽſatio vim ſuam ammictit, ſi reuocetur nondum effectu adimpleto.Suar.lib.6.cap.30. num.6.Auth ib.§ 2. n.2.

Diſpenſatio abſolutè conceſſa non finitur primo actu; Auth. ib.§.3.n.1.

Diſpenſatio ceſſat ceſſante cauſa finali diſpenſationis, eaque nondum exequtioni demandata. Auth. p.10.§.1.num.5. ſecus ſi fuerit exequtioni demandata.auth.ib.n.11.

Diſpenſatio impetranda eſt illius expenſis, qui hoc onus in ſe ſuſcepit.Auth.ib. p.11.n.2.

Diſpenſatio validè obtinetur, abſque mandato, vel ſcientia illius, pro quo obtinetur. Nauarr.lib.1.de reſcript. conſ.1. 2.& 3.Em.Sà.verb.gratia. nu. 23.Auth.ib.q.3.p.3.n. 1.

Diſpenſatio conceſſa in tertio gradu, extenditur ad ſecundum cũ tertio; Sanch de matrim.lib.8.d.1. num. 9. Sal.d. 20.ſect.10.num 90. Auth. ib. p.7.§.1.n.7.

Diſpẽſationẽ obtinens; ſi poſtea dubitetur, an diſpenſans iuſtam diſpenſandi cauſam habuerit; poteſt licitè ea vti. Clau. reg. lib. 6. cap.12.num. 25.Sanch.in Summ.lib.4.cap. 4. num. 6. Auth. ib. q.2.p.3. num.9.

Diſpẽſationem adhibere nolẽs, poteſt ea vti mutata voluntate, modo renuntiatio nõ fuerit acceptata à ſuperiore. Suar.lib.6 cap.20. n. 8.Sanch. lib.8 d.32. Auth.ib.p.10.§.2. num.5.

Diſpenſationes conceſſe à legato Apoſtolico, vel à Summo Pœnitentiario, non expirant morte Põtificis, re adhuc integra:cap.legato de off. legat. in 6.Clem. 2. §.eo tamen.de elect.ſecus conceſſe à Vicario Generali, nam finiuntur morte Epiſcopi.Auth. ib. quæſt.3. p.8.

p. *8*. *§*. 1. num. 29.

Diſpenſationes gratis ſunt expediendę per Sacram Pœnitentiariam. Sanch. lib. *8*. d. 29. num. *6*4. & propterea apponitur clauſula (gratis vbique) Auth. ib. q. 2. p. 2. 2. 17.

Diſpenſationes in foro conſciētiæ obtentæ, exequtioni demandande ſunt à Magiſtro in S. Theologia, vel iuris canonici Doctore; approbato ad confeſſiones audiendas. auth. ib. q. 2. p. 2. n. 2. & 3.

Diſpenſationis nomen, ſignificat actum iuriſditionis, quo quis eximitur ab obligatione legis: aut quo legis obligatio ſuſpenditur ad aliquod tempus. Sanch. lib. de matrim. d. 1. in princ. Salas. de legib. d. 20. ſect. 1. Auth. ib. q. 2. p. *1*. n. 2.

Diſpenſatio ſecunda obtenta nō habet neceſſitatem, vt in ea fiat mentio; primæ inualidę. Suar. lib. *6*. cap. 23. num. *17*. Sanch. d. 22. n. 1*5*. & 21. Auth. ib. [illegible]8. n. 7.

DISPOSITIO.

Diſpoſitio eſt neceſſaria ſuſcepturo Sacramentum. Auth. t. *1*. de Sacram. d. 1. q. *4*. p. 2. n. *3*.

Diſpoſitio petentis Sacramenta debet eſſe nota miniſtro; qui tenetur debitam adhibere diligentiam pro tali ſcientia. Suar. d. *67*. ſect. 4. concl. 1. Hēriq. cap. *30*. num. *6*. Auth. ib. q. *6* p. 4. n. 17.

Diſpoſitio ſaltem triplex requiritur in adulto baptizando; prima eſt intētio actualis, vel virtualis, recipiēdi baptiſmū. Secunda eſt fides ſupernaturalis. Tertia; eſt attritio. auth. ib. d. 2. q. 2. p. *6*. num. 1*4*. 23. & 24.

Diſpoſitio triplex requiritur in ſuſcipiente Sacramentum cōfirmationis; eadem nempè quæ requiritur, vt ſup. in ſuſcipiente Baptiſmum. auth. ib. d. 3. q. vnic. p. 4. n. 7.

Diſpoſitio in adminiſtrante Sacramentū confirmationis requiritur ſaltem duplex; Prima eſt, vt adſit intentio formalis, vel virtualis; Secunda eſt, vt adminiſtrans ſit in gratia. Auth. ib. p 2. n. 14.

Diſpoſitio in miniſtrante Sacramentum Euchariſtiæ eſt gratia Suar. d. *72*. ſect. *4*. Reginal. lib. 2*9*. num. *56*. Auth. ib. d. 4. q. 5. p. 2. n. *1*. & *6*.

Diſpoſitio nulla ex parte corporis requiritur in ſuſcepturo Sacramentum. Auth. ib. q. *6*. p. 2. n. 1. debet vero eſſe ieiunus. Auth. ib. n. 5.

DISTRIBVTIONES.

Diſtributiones ſunt, ea portio prouentuum, qui tribui, & diuidi debent per ſingulas horas inter eos, qui diuinis officijs inſeruiunt pro rata ſeruitij præſtiti, & nomen acceperunt à verbo diſtribuo Garz.

de

de benef.3.par.cap. 2. n.440 Auth.ib.de horis canon. d. 2. q.2.p.1.n.1.
Diſtributiones, etiã alio nomine vocantur portiones quotidianæ;alio veſtuaria, aut victualia; alio nomine ſportulæ, & diaria, & alio etiam nomine, quamuis indirectè emolumenta beneficiorum,vel prębendarum, aut redditus Eccleſiaſtici. Auth.ib. num. 2.& differunt à fructibus beneficiorum.Auth ib.n.4.
Diſtributiones ammictens, non ammictit fructus beneficij; ſicut, qui habet facũltatem lucrandi fructus, non lucratur diſtributiones;auth.ib.num.5 & 6.
Diſtributiones in impetratione beneficij non exprimuntur, nec in valore beneficij computantur.Couarr.lib.3.var. c. 13.num.1.auth.ib.n.9.
Diſtributiones debentur canonico domi officium recitanti; vt deinde choro alijs ſeruitijs, ſiue Eccleſiæ,ex officio vacare poſſit.auth.ib.d.1.q. 3.p.2. §.1.n.14.
Diſtributiones percipere non poteſt, qui alijs canentibus; ſubmiſſa voce recitat. auth. ib.n.17.
Diſtributiones lucrantur canonici,vel alij beneficiarij aſſiſtẽtes in choro, quando officiũ recitatur per mãſionarios, ad quos tantũ ex officio ſpectat auth ib.n.18.
Diſtributiones,quomodo lucretur recitans,vide inf.verb.recitans.
Diſtributiones retineri poſſunt, quando traditæ fuerunt canonicis recitantibus, & ab ipſis donatæ poſtea ſunt illis, qui officio non interfuerũt.Azor. 2.par.lib.6.ca.7.quæſ.9. auth. ib.q.5.p.4.n.10.in fin.
Diſtributiones abſque alia diſpenſatione percipere poteſt canonicus, qui canonicatum cum diſpenſatione ante legitimam ætatem obtinuit. auth.ib.d.2.q.3.p.1.n.4.
Diſtributionum medietatem ammictit, qui intra annum debito ordine initiatus non eſt.auth.ib.p.2.n.3.
Diſtributiones ſpectant, tam ad Clericos Cathedralis,quam collegiatæ, inſeruientes, & intereſſentes diuinis officijs. auth.ib.d.2.q.4.p.1.n.1.
Diſtributiones vt lucretur, debet clericus ad eas eſſe admiſſus,& quod interſit choro, & alta voce pullice canat. Monet.2.par.de diſtrib.q.2.num. 5.& 8.auth.ib.num.2. niſi cõſuetudo aliud concedat.auth. ib.n.5.per totum.
Diſtributiones debentur coadiuto. Calder. conſ. 1.de cleric.non reſid.Nauarr.concl. 1 de cleric.ægrot. num.5. auth. ib.

ib.p.4.num.3.etiam ſi coadiutor abſit cauſa infirmitatis, vel alia. Auth.ib.num.4. ſecus verò ſi ſua culpa, nam teneretur reſarcire omnia damna. S.Congreg.rituum. 15. Aprilis.1606. Auth.ib.nu.5.& debentur, coadiuto excommunicato.auth.ib.n.7.

Diſtributiones debentur infirmis infirmitate graui cap. 1. de cleric.ægrot.cap.vnic.de cleric.non reſid. auth. ib.d. 2. q.5.p.1.n.1.ſecus vero ſi eſſet leuis.ib.num.2.& grauis, ſiuè leuis remittitur arbitrio viri prudentis, aut Medici. Menocch.de arbitr.lib. 2 cenſur. 1.caſu 60 num.5.auth.ib.n.5. & debentur etiam præciſa conſuetudine, & etiam ſi in loco beneficij non exiſtat ib. num.6. Quamuis propria culpa morbum contraxerit. Nauarr.cōſ.13.de celebrat. miſſ. harum benefic. 3. par. cap.2. num.263.auth.ib.nu.7. & 14. & debentur etiam labranti morbo podagræ.auth. ib. nu. 13.

Diſtributiones nō debentur infirmo, qui alias intereſſe non ſolebat. Couarr.lib.3. var.ca. 13.num.8. Monet.2.p.q.5.nu. 21.auth.ib.num. 10. niſi mutauerit voluntatem. ib. num. 11. verum lucrabitur pro rata temporis, quo diuinis aſſiſtere ſolebat.ib.n.12.

Diſtributiones debentur iniuſtè pulſo in exilium. Nauarr.cap. 25.nu.124. Monet. de diſtrib. 2.p.q.5.num.43.auth. ib.d.2. q 5. p. 1.num. 10.

Diſtributiones debentur iniuſto carcere detento, etiam ſi iuſtè captus, ac prima ſententia condemnatoria contra ipſum ſit lata, modo intereſſe antea conſueuerat, nec ſit ptopria culpa in carcerem iniectus. auth.ib.§.1.num.1. verum nō lucrabitur anniuerſaria. Nald. in Summ.verb. diſtrib.nu.18. ib.num. 5. Sed habebit actionem contra iniuſtè accuſatores pro lucro ceſſante, & dāno emergente.ib.

Diſtributiones debentur iniuſtè accuſato& condemnato; ſed per appellationem abſoluto auth ib.n.6.

Diſtributiones debentur ei, qui ob cantum defaticatus aliquātulum abeſt à choro. Nauarr.de hor.canon. cap. 69.in fi. Monet.p.2.q.5.n. 50.auth. ib.p.2 n.5.

Diſtributiones debentur ſeni, nō valenti accedere ad chorum. Menocch. de arbitr. lib.2. cent. 1.caſu 60.num.10. Monet.q.7.auth.ib.n.6.

Diſtributiones non debentur iuſtè excommunicato, etiam ſi petat abſolutionem, & iuſtè denegetur. Gonzal.ad reg. 8.gloſ.5.§.9.num. 123.verſ.in

caſu,

caſu, quod intelligas ſi fuerit excommunicatus excommunicatione maiori, ſecus verò minori. *Vgolin.tab.3.cap.12. num.1.Monet.q.15. num.19.* item debentur inualidè excõmunicato. *Suar.tom.5. de cẽſur.diſp.13.ſect.2. num. 20.* & poterit ſubtractas diſtributiones recuperare, poſtquam de iniuſtitia conſtitit, & iniuſtè excommunicatus poteſt repetere ammiſſas diſtributiones ab ipſis canonicis, et in illorum defectu, à iudice. *Monet. q.15.nu.32. Guttier. lib.1.can.99.cap.1. num. 136.* verum in conſcientiæ foro eſt aliter ſentiendum. *Auth.ib.§. 2.per totum idem auth.*

Diſtributiones acquirit excommunicatus recitans. *auth. ib. d.1.q.5.p.2.n.19.*

Diſtributiones debentur iniuſtè ſuſpenſo, ſiue ab officio, ſiuè beneficio. *Nauarr. conſ. 11.de cler.non reſid. Monet. 2.p.q. 15.num. 42.* Secus verò iuſtè ſuſpẽſo à beneficio, iux. *Vgolin.tab.4 cap.6.§.3.* Sed tenet etiam. *Auth.* iuſtè ſuſpenſum ab officio non priuari fructibus,vel diſtributionibus, qui etiam debentur ſuſpenſo à diuinis tolerato. *Auth.ib. d.2.q. 5.p.2.§.3.per tot.*

Diſtributiones percipiens,non tenetur ex illis aliquid Seminario ſoluere. *auth.ib.d.2.q.6 p.2.n.3.*

Diſtributiones propriè acceptę quę perduntur ob abſentiam, accreſcunt alijs intereſſentibus, modo aliqui interſint. *Couarr.lib.3.var.ca. 13.num. 7.* Impropriè verò acceptæ non debentur alijs aſſiſtentibus,ſed Eccleſiæ, vel pio loco arbitrio ordinarij, idem *Couarr.num.7. Nauarr. cap.22. de orat.num.51. auth. ib.d.2. q.7.p.1.& 2.*

Diſtributiones ob pœnam delicti amiſſæ iuxta Iudicis voluntatem Fiſco debentur,nec nõ diſtributiones abſentium,Eccleſijs tribui poſſunt,tali ſtante conſuetudine.& applicantur Eccleſię dum nullus intereſt. *Couarr.loc.cit.nu. 7. Caſſador.deciſ.vnic.de cleric.non reſid.Auth.ib.n.3.4. & 5.*

Diſtributiones non debentur, degradato realiter. *Monet.q. 17.num.27.Couarr.2.var.cap. 13.num.8.* Sed ex diſpenſatione Pontificis percipere illas poteſt.Sicut etiam eas percipere poteſt,ſi legitimè appellationem interpoſuerit ; nec poſſet ali ex dictis diſtributionibus, quamuis cogeretur oſtiatim mendicare. *Auth. ib. d.2.q.5.p 2.§.8.per tot.*

DIVINATIO.

Diuinatio eſt prædictio, ſeù pręnũciatio rerum occultarum, quæ humano modo cognoſci non poſſunt, facta ope dæmonis.

nis. Auth.t.2.de legib.d.3. q.5 p.3 n.1.

Diuinatores docentur à demonibus plurib. modis, aut quia demon aſſumpta viſibili forma illos alloquitur, aut quia format in aere vocē, aut quia tradit ſcripturam,in qua continetur res prænunciandа,aut quia in ſomnijs,aut etiam in vigilia diſponit ipſorum phātaſmata ad diuinandum iuxta phātaſmatum diſpoſitionem, Sanch.in oper mor.lib.2 cap. 38.n.7.auth.ib.n.3.

Diuinatio duobus modis fit. Primo, per expreſſam demonis inuocationem, & hæc cōtingit,quando diuinator intendit inuocare demonem, & cum eo,pactum inire; ſecundo per tacitam ſolum demonis inuocationem, & hæc contingit, quādo quis medijs vanis, quibus ſe immiſcet demon, procurat cognitionem rerum latentium.Sanch.in Summ.lib 2 cap.18.num.23.clau.reg.lib.4 cap.5 auth.ib.n.4.

Diuinatio cum expreſſa demonis inuocatione, multis modis contingit. Primo per apparitionem fictam in figuris, vel aſſumptis corporibus. Secundo, per ſigna apparentia in corporibus terreſtribus. Tertio, per neogramantiam, quæ fit excitando aliquē mortuum. Quarto, per interiora animalium. Quinto, per aera Sexto per ignem.Septimo, per aquā. Octauo,per ſomnia Tolet.lib.4.cap.15. Auth.ib. num.5.

Diuinatio cum tacita demonis inuocatione contingere ſolet quoties ad diuinandum adhibentur ea, quæ talem virtutē naturaliter non habent; vel quando quis vuult diuinare ex inſpectione diſpoſitionis quarundam rerum,aut numeri,aut ex obſeruatione vocis, vel cantus.auth.ib.n.9.

Diuinatio per ſortes,eſt triplex, prima eſt diuiſoria, qua emictuntur ſortes ad cognoſcendum, quid cuique tribuendū ſit in electionibus, & controuerſijs; ſecunda eſt conſultoria,qua emictuntur ſortes ad indagandum diuinam voluntatem,vt ſciatur,quid præſtādum,quid ve ſit cauendum; Tertia eſt ſors diuinatoria, qua aliqui vtuntur ad cognoſcendas res occultas. auth.ib. num.12.

Diuinatio eſt peccatum mortale ex ſuo genere;nec in ea datur paruitas materiæ.ſi fiat ſerio. Reginald.lib.17.n.170. auth. ib.n.16.

Diuinatio per ſortes, vel per ſomnia, quamuis ſit peccatū mortale ex ſuo genere, fieri tamen poteſt aliquando, vt à mortali excuſetur, vt puta quan-

quando quis ex ſimplicitate, fidem illi præſtat, vel quando quis credens ſomnium forte eſſe à Deo propter metum, vel ſpē, aliquid facit, vel omiſit, ſeù cautius ſe gerit. Suar. cap. 10. num. 6. Clau. reg. lib. 4 cap. 7. num. 5. Auth. ib. num. 18.

Diuinatio facta, cum tacita demonis inuocatione, eandem malitiam continet, quam ea, quæ fit cum expreſſa. Suar. to. 1. lib. 2. cap. 9. & cap. 10. num. 2. de relig. Sanchez. lib. 2. cap. 38. num. 14. & 26. Auth. ib. n. 19.

Diuinatio facta, tam per aerem, aſtra, ſomnia, quam per aquā, &c. eſt eiuſdem ſpeciei in genere moris. Azor. 1. p. lib. 9. c. 12. quæſ 3. Sanchez. loc. cit. n. 14. auth. ib. n. 20.

Diuinator, qui ioci cauſa oſtendit, velle futura diuinare, excuſatur à mortali. Suar. cap. 9. num. 11. Clau. Reg. lib. 4. c. 5. in fi. Auth. ib. n. 17.

Diuinatores non ſunt ipſo facto excommunicati, ſecundum Azor. 1. p. lib. 9. cap. 26. quæſit. 3. Suar. tom. 1. de relig. lib. 2. de ſuperſtit. cap. 19. num. 6. ſed contrarium tenet. Auth. ib. n. 22.

DIVORTIVM.

Diuortio facto, coniux innocens poteſt cogere alterum, vt ad ſe redeat. Specul. 3. p. artic. 3. Sanch. lib. 10. d. 10. nu. 3. Auth. t. 1. de Magn. matr. Sacram. q. 4. p. 5. n. 16.

Diuortio facto poteſt adulter amicabiliter petere debitum, vt recuperet Ius, quod ammiſit. Nauarr. cap. 23. Auth. ib. n. 21.

Diuortio facto, non poteſt coniux nocens, abſque licentia innocētis, ſacros ordines recipere, vel profiteri in religione, altero manente in ſeculo. Sanch. lib. 10. d. 11. n. 18. Guttier. cap. 129. Auth. ib. num. 23.

Diuortium eſt legitima viri, & vxoris ſeparatio, & tripliciter accipitur. Primo, pro diſſolutione matrimonij, quo ad Thorum. Secundo, pro diſſolutione matrimonij, quo ad Thorum, & habitationem. Tertio, pro repudio, & pro diſſolutione matrimonij, quo ad vinculum, ita vt omninò diſſoluatur. auth. ib. n. 1.

Diuortium perpetuum poteſt fieri propter adulterium, quo ad Thorum, & habitationem, tàm à femina, quàm à viro, cap. gaudemus, & cap. ex literis de diuort. & fieri poteſt æqualiter à viro, & vxore. ca. chriſtiana 32. q. 5 Guttier. de matr. cap. 12. num. 2. & vt fieri poſſit requiritur, vt adulterium probetur idem Guttier. loc. cit. num. 10. Author. num.

9. & poteſt fieri propria authoritate, ſecluſo ſcandalo. Auth.ib.n.2.6.8.& 10.

Diuortium non poteſt fieri, eo quod alter cõiux habeat animum fornicandi, vel deuenerit,cum alia femina ad actus impudicos. Auth. ib. num.3. Ratio, quia caro non diuiditur.

Diuortium fieri poteſt ob ſodomiam, vel beſtialitatẽ. Farin. deciſ. 178.Menocch.conſ.286 Auth.ib.n.4.

Diuortium in pluribus caſibus fieri non poteſt ob coniugis adulterium; Primo, quando vterque coniux cõmiſit adulterium.cap.fin.de adult.Secũdo, quando vir dedit vxori cauſam proximam adulterãdi.Sanch.lib.10.diſp.5.num.7. Gutier.d.cap.129.nu. 8.Tertio, quando vxor commiſit adulterium tantum materialiter, credens illum, cum quo commiſit adulterium eſſe ꝓprium virũ, aut credens mortuum eſſe priorem virorum. Sanchez loc.cit.Quarto,quãdo vxor carnaliter cognita eſt,per violentiam.Sanch.loc. cit.Quinto, quando vnus cõiugum commiſit adulterium inuincibiliter ignorans illum, cum quo adulteratus eſt non fuiſſe proprium coniugem. Sexto, quando coniux innocens condonauit alteri adulterium, expreſsè per verba; aut tacitè per ſigna. Auth.ib. num.14.

Diuortium fieri poteſt, quando vterque coniux cõmiſit adulterium, & vnus iam emendatus eſt, ſed emendatus poſtea admonuit alterum, vt ſe corrigeret, & noluit ſe corrigere, ſed denuò lapſus eſt in adulterium.Sanch.lib.10.d.7. n.4.Auth.ib.n.15.

Diuortium temporale, & non perpetuum in pluribus caſibus fieri poteſt. Primo,ob ſeuitiam mariti,niſi ab ipſo ſufficiens cautio exhibeatur de non offendenda coniuge.cap. lite ras de reſtit.ſpoliat. Guttier.de matrim.129. num. 26. Secundo,ob furorem alterius coniugis,quando furor eſt ita vehemens, vt alter cõiux periculum ſubeat cohabitandi. Tertio, quando vnus coniugum tentauit alterum occidere.Sanch.diſp. 18. num.22. Quarto,quando alter coniux inſtigat alterum ad peccatum & præmiſſa correctione non deſiſtit ab inſtigando, in quo caſu coniux inſtigatus timens ſibi lapſum, poteſt recedere. Quinto,quando delictũ,vnius cõiugis poteſt alteri eſſe cauſa grauis danni.Sexto,ſi alter coniugum lapſus ſit in infidelitatem.cap.idolatria,.& cap. quãto de diuor. Septimo, poteſt

teſt eſſe votum communi cõ ſenſu emiſſum. Auth. ib. num. 25.

Diuortium peti poteſt, quando vir incepit cognoſcere vxorẽ actu præpoſtero, ſed poſtea actum perfecit in vaſe naturali. Sanch. lib. 9. de matr. diſp. 17. num. 4. Ang. verb. debitum num. 25. Auth. ib. p. 11. num. 12. alleg. meas deciſ. 237.

DOLVS.

Dolus eſt machinatio, ſeù deceptio, qua quis decipit alterũ dicto, vel facto, vel omiſſione eius, quod dicere, vel facere tenebatur. Nauarr. lib. 2. cap. 1. num. 52. Auth. t. 2. de reſtit. d. 3. q. 1. p. 2. §. 2. n. 1.

Dolus duplici modo, conſideratur, vel aliquando dat cauſam contractui, vt puta, quando quis inducitur ad contrahendum, non contracturus, ſi dolus non adeſſet, vel aliquando incidit in cõtractum, quando contrahentes adhuc contraxiſſent ſecluſo dolo, ſed nõ ita libenter, vel non cum tanto grauamine, vel pretio. & dolus dans cauſam cõtractui iure poſitiuo inualidat contractũ in foro conſcientiæ. Silueſter. verb. culpa. quęſ. 7. & quãdo adhibetur à tertia perſona, contrahens eo cognito non tenetur ſtare contractui. Sanch. de matr. lib. 1. diſp. 64. num. 5. Auth. ib. n. 2. 3. & 4.

Dolus adhibitus in cõtractu inducit peccatum mortale, & obligat ad reſtitutionem. Molin. diſp. 252. num. 18. auth ib. num. 7. & dolus cum mendacijs, ſiuè ſimulationibus, an obliget ad reſtitutionem vide ſupra verb. accepta.

DONATIO.

Donatio eſt liberalis datio alicuius rei. l. Senatus. ff. mortis cauſæ donatio. Molin. diſp. 273. nu. 1. Auth. t. 2. de reſtit. & contract. d. 3. q. 12. p. 1. n. 1.

Donatio remuneratoria, quæ fit ad remuneranda beneficia collata; non eſt propriè donatio. Auth. ib. nu 2. nec eſt propriè donatio, quãdo quis ſoluit, quod promiſerat, nam hæc ſolutio fit ob cauſam. Gloſ. apud Azor. 3. par. lib. 11. cap. 1. quæſ. 1. & Auth. ib. nu. 3. Ratio, quia donatio ꝓpriè ſumpta, fit, nullo iure cogente.

Donatio poteſt fieri ab eo, qui habet liberam adminiſtrationem, & dominium bonorum & à iure non impeditur, & ideò prohibetur prodigo. Impuberi, minori, filio familias abſq; conſenſu paterno, religioſo ſubdito, abſque ſuperioris conſenſu, furioſo, militi in cõcubinam, quia eſt de Iure iſtis prohibitum donare. Auth. ib. p. 2. n. 1.

Donatio in dubio non præſumitur.

tur.l. eleganter. §. qui reprobos.ff.de pignor.act.Auth.ib. num.16.

Donatio poteſt fieri rerum corporalium, & incorporalium. Nauarr.cap.4. Reginal.lib.25 num.616.Auth.ib.n.17.

Donatio filij in parentes de bonis caſtrenſibus,vel quaſi, eſt valida, & donatio patris in filium legitimum non èmancipatum regulariter non eſt firma à Iure communi,ſed reuocari poteſt,niſi ſit firmata, cum iuramento.l. cum de bonis.C.de donat. Auth. ib.p.3. n.1.& 2.

Donatio inter coniuges inualida eſt, regulariter loquendo, ſecus ſi facta ſit cum iuramẽto.Gomez.2. var.cap.4.num. 23. Sanch. de matr. lib.6.d.1. num.2.Auth.ib.p.4.n.1.

Donatio cenſetur, quando maritus tradit vxori veſtes, & anulos,ſi ſint vilia, & ad quotidianum vſum, ſecus ſi ſint prætioſa,& feſtiua.Clar.q.10. de donat.verſ. ſucceſſiuè quęro,Menocch.de arbitr. Iudic. lib.2.cenſur.1.cap.8.Auth.ib. num.2.

Donatio omnium bonorũ præſentium, & futurorum inter viuos,inualida eſt, niſi fiat Eccleſiæ,vel cauſæ piæ, aut confirmetur iuramento. Clar. §. donatio q.19.Couar.3. var.c. 12.Auth.ib.p.1.n.1.

Donatio cauſa mortis, dicitur illa,quæ fit ob mortis periculum,vel cogitationẽ. Gomez. var.lib. 2. cap.4. num.19.Silueſt.verb.donatio.num. 1. & inter viuos dicitur illa,quæ fit ſine mortis cogitatione.auth. ib.p.vlt.n.1.

Donatio inter viuos reuocatur tribus modis. Primo, ob ingratitudinem donatarij, modo donatio non ſit facta ob cauſam, vel cum expreſſo iuramento non reuocandi ob ingratitudinem. Secundo,per ſuperuenientiam prolis. l. ſi vnquam. C. de reuoc.donat. Tertio, ſi fuerit inofficioſa. Auth.ib. num. 3.4.7.& 11. & 13.

Donatio facta extraneo reuocatur in totum; ſuis vero reuocatur tantum in partem, quatenus opus eſt ad legitimam portionem filiorum,qui poſtea nati ſunt. Couarr. 2. var.cap.19.auth.ib.n.9.

Donatio non reuocatur ſi fuerit renũciatum priuilegio reuocationis.Clar.§.donatio.q. 22.auth.ib.n.10.

Donatio quando reuocatur,fructus rei donatæ ante litem intentatam percipiuntur per donatarium.Rebell.q.10.n.1. Auth.ib.n.14.

Donatio reuocata non reuiuiſcit, ſi filij ſuſcepti poſt donationem,moriantur viuente patre.

patre Eman. S^a. verb. donatio num. 5. Silueſt. d. verb. num. 3. Auth. ib. n. 15.

Donatio non reuocatur, q̃n poſt eam, filius naturalis, vel ſpurius naſcatur, & legitimetur. Molin. diſp. 282. num 9. Clar. §. donatio. q. 24. num. 6. auth. ib. n. 16.

Donatio facta cauſa mortis, reuocari ſemper poteſt. Couar. rubr. de teſt. p. 2. num. 11. & 24. Clar. q. 4. Auth. ib. num. 17.

Donatio in dubio non præſumitur facta cauſa mortis, ſi nõ ſit facta mentio mortis. Clar. §. donatio. q. 4. Azor. 3. p. lib. 11. cae. 11. quæſ. 4. Auth. ib. num. 18.

Donatio facta ſub modo, non poteſt reuocari, non ſequuto modo, ſi modus non fuerit cauſa finalis, ſed ſolum impulſiua. Azor. 3. p. lib. 15. cap. 8. quæſ. 4. Auth. ib. d. 3. q. 1 p. 4. num. 5.

Donatio ſub conditione, non poteſt reuocari ante conditionis euentũ, ſecluſa donatione cauſa mortis. Silueſtr. verb. donatſo. 1. q. 15. Molin. diſp. 285. concluſ. 4. n. 8. auth. ib. n. 13.

Donatio facta abſenti, vt ſit valida, requiritur primo, vt donatio deferatur per literas, ſeu per nuncium ad hoc deſtinatum, & debet eam donatarius acceptare per literas; vel nunciũ donatoris. Capic. dec. 180. Secundo, vt acceptetur coram eodem nuncio, & non coram alio. Sanch. lib. 1. de matr. d. 7. num. 35. Tertio, vt donans non reuocauerit donationem. Auth. ib. d. 3. q. 11. p. 4. n. 1. & 4.

Donatio non poteſt acceptari poſt mortem donatoris, ſi ante mortem donatoris ſolum mandata per nunciũ, aut procuratorem, ſed non dum acceptata, vel adimpleta fuerat. Auth. ib. n. 2.

Donatio non poteſt de rigore iuris acceptari poſt mortem donatarij, cui facienda erat donatio. Clar. q. 13. verſ. tertius caſus. Auth. ibn. 4.

Donatio, quam donatarius acceptauit, poſtquam donator reuocauit mandatum, quod alteri dederat ad faciendam donationem, inualida eſt ſi reuocatio mãdati innotuit mãdatario, vel donatario. Gomez. 2. var. cap. 4. nu. 4. Auth. ib. n. 5.

DVELLVM.

Duellũ eſt pugna ſingularis deliberata ab vtraqua parte ſponte, & ex condicto ſuſcepta, cum periculo occiſionis, vel mutilationis, aut vulneris, & ideò duellum non comprehendit bellum, nec comprehendit quotidianos cõflictus.

qui

qui ſubito iræ feruore, vel ex altercatione naſcuntur. Peregr.q.18.Auth.t.2. de cēſur. d.2.q.6.p.2.n.2.3. & 4.

Duellum non commictitur, quādo aliqui ob priuatas inimicitias ſe inuitantes ad pugnandum, diſtrictis enſibus alter alterum occidit, ſed dicitur duellum, quādo aliqui diffidant ſe in tali loco, quo ſtatim tendunt, ibique pugnant; contr.Graff.lib.1.cap.7.nnm. 22. Nec dicitur duellum, quādo quis accedit ad aliquem locum, vt ibi inimicum aggrediatur; nec dicitur duellum, quando Titius offert duellū Caio, illūque eodem tempore aggreditur, vnde Caius cogitur pugnare. Peregr. q.23. prout etiam, nec duellum appellatur, qn̄ aliqui gladiantur cauſa ioci, vel exercitij. Salon. 2.2.q.64.art.3.Auth.ib.à n.5. vſque ad n.9.

Duellum commictentes grauiter peccant, incurruntq; pœnā excommunicationis, aliaſque à Iure Canonico ſtatutas iuxta Conc.Trid.ſeſſ.25. cap. 19.& ex varijs conſtit.Summ. Pontific.& eaſdem pœnas incurrunt nō prohibentes duellum.Sanch.in Summ.lib.2.ca. 39.num.35. nec non ſuadentes, conſulentes quomodolibet etiam ad defenſionem proprij honoris. Peregr. q.5. num.2. Nec non ſocij, patrini, ſpectatores ex induſtria. Reginald.tom.2.lib.22. cap. 7.n. 77. ac etiam acceptātes duellum, pro vt etiam intromiſcētes ſe quomodolibet, etiam ſi affectus non fuerit ſequutus. Auth.ib.n.10.

Duellum commictentes præter excommunicationem, priuātur Eccleſiaſtica ſepultura ſi in ipſo conflictu obierint. Ciuitates verò, & oppida permictentium ligantur interdicto. Auth.ib.n.eo.in fin.

Duellum licitùm eſt in duobus caſibus, primus eſt ad ſedandos duos exercitus contrarios, nam licitum eſt pugnam, periculo duorum dirimere per duellum. Secundus eſt, quando aliquis compellitur ſub vitæ periculo acceptare duellum. Nauarr.ca. 15. num. 19. Tolet. lib.5.cap.6 etiam ad defenſionē rerum propriarum ſi inferatur rebus violētia; quæ alias reprimi non poteſt. Auth.ib.n.11.

Duellū poteſt acceptari ab eo, qui à Iudice cogitur, vel mortem obire, vel duellum acceptare, vt ſe probet innocentem. Nauarr.2.p.lib.2. cap.3. dub. 13.num.195.Tolet.lib.9. c.6.n.5.auth.ib.n.12.

Duellum commiſſum à Clerico inducit pœnam, vt poſſit ſuſpendi per. cap. 1. de cleric.

pugn.

pugn.in duell.Suar. de cenſ.d. 31. ſect. 4. num.48.verſ.6.ac etiam talis clericus excommunicatur.Conc.Trid.ſeſſ.25 cap.19.& priuatur beneficijs, & dignitatibus, & officijs Eccleſiaſticis, redditurque inhabilis ad illa in poſterum obtinenda. Auth.ib.n.13.

Duellum non eſt licitum ad dirimendam litem, quæ aliter non poteſt terminari. Auth. ib.n.14.

Duellum cōmittentes, vel aliud delictum in cauſa duelli patrantes, non poſſunt abſolui, niſi à Summo Pontifice, ſi fuerit publicum, ſi verò occultū ab Epiſcopo.Rodriq.tom.19. reg.q.8 art.10. Sanch. de matr.diſp.26.num.7.Auth.ib.nu. 15.

E

EIECTVS.

Eiectus in perpetuum à religione mendicantiũ; tranſire poteſt ad quãlibet aliam religionem. contr.Suar.diſp.22.ſect.5.nu. 20.Auth.t.1.de clauſ.q.2.p.9. diffic.2.n.19.

Eiectus à religione per fraudem ab ipſo eiecto cōmiſſam, non tenetur quidquam religioni reſtituere.Sāch.in oper. mor. lib.6.c.9.n.71.Auth. ib. q.2.p. 12.§.1.diffic.2.num. 14.

Eiectus ad tempus tenetur regulas obſeruare, eo modo, quo poteſt.Sanch.liq.9.cap.9 num.58. Auth.ib.§.3.n.6.

Eiectus à religione, ſuſpenſus eſt ab exercitio ordinum iuxta decretum Sacræ Congregationis die 21.Septembr.1624 verum nō remanet ſuſpenſus ſi iterũ recipiatur, vel ad aliã religionem tranſeat. auth.ib. §.6.n.1.& 3.

Eiectus à religione eſt irregularis, ſi delictum commiſit, cui adnexa ſit irregularitas, vt ſi delictum notorium,& grauiſſimum commiſit, cui adiuncta ſit infamia, & irregularitas; poſita delicti notorietate.Auth. ib.n.6.

Eiectus à religione nō poteſt ad mortem dannari à ſuperioribus religionis. Roderiq. tom. 1.q.30.art.28.auth.ib. n.7.

Eiectus à religione ſi iterum accipiatur, non eſt admittendus in eodem loco. Nauarr.conſ. 79.de regul.Rodriq.tom.1.q. 30.art.29.in fin. Auth. ib.§.2. num.2.

Eijciendi facultas ad ſciendum cui competat, ſunt conſulenda priuilegia religionum, & ſi natura rei ſpectetur, hæc facultas competit generali, aut prouinciali de conſenſu maioris partis conuentus, iuxta priuilegia Pij V. de quibus

per Rodriq.tom.1.q.30.ar.16 & 17.Auth.ib.§.1.n.15.

ELECTIO.

Electio facta ad officia Eccleſiaſtica per ſortes, non eſt ipſo facto irrita.Sanch.lib.2.ca.38. num.58.Suar.tom.1.lib.2.tit. 21.Auth.t.2.de legib.d.3.q.5. p.3.n.13.

Electio ſimoniaca Pontificis irrita eſt;vt in Bulla Iulij II. incip. cum tam diuino. contr. Suar.cap.57.nu.57. & Filiucc. tract.45.cap.13.num. 23. ad fin.putantes non fuiſſe receptam, ſaltem in ſimonia occulta. Auth.t.1.de tract.var. q.7.p.2.n.16.

ELEMOSINA.

Elemoſina eſt facienda ex pręcepto diuino,& naturali. Valent.tom.3.diſp. 3. q.9.punct. 4.Reginald.lib.4.cap.20.num. 240.Auth.t.2.de legib. d.3.q. 4.p.6.n.2.

Elemoſina eſt facienda proximo dum extrema neceſſitate laborat.S.Thom.2. 2. q.32.art. 5.Auth.ib.nu.3. Immo de ſuperfluis eſt facienda elemoſina etiam in ordinarijs pauperum neceſſitatibus. Bellarm. tom.3.de bon.oper.lib.3.cap. 7.Reginald.lib.4.ca.20. num. 25.Auth.ib.n.8.

Elemoſina eſt facienda de ſuperfluis, vitæ, & naturæ propriæ. S.Th.l.cit. Nauarr. man.cap. 24.num.6.Auth.ib.n.5.

Elemoſina eſt facienda indigentibus, ſiuè iuſti ſint, ſiuè iniuſti,ſiuè infideles, ſiuè fideles, ſiue amici,ſiuè inimici. Vaſq. de elemoſ.cap.3.dub. 1.num. 4.Anth.ib.n.18.

Elemoſina eſt facienda de proprijs bonis.S.Thom.2.2.q.32 art.7. Reginald. lib.4.cap.22. num. 286. & ideo de iniuſtè acquiſitis extra neceſſitatem extremam, non poteſt fieri elemoſina.Medina de elem.q. 5.Azor.2.p.lib.12.cap.22.nu. 287. & elemoſina fieri poteſt ex bonis; quæ ipſo facto propter alicuius delictū ſunt addicta fiſco;modo hoc nō fiat in fraudem fiſci. Sanchez. in Summ.lib.2.ca.22.n.3. Azor. loc.cit.ca.12.quæſ.4. auth.ib. n.21.22.& 23.

Elemoſina fieri an poſſit à filio familias vxore,famulo,& religioſo ex bonis patris, mariti, heri, &c. vide infr.verb.reſtitutio.

Elemoſina facienda eſt, hoc ordine (dum omnibus fieri non poteſt) vt exiſtentes in extrema neceſſitate præferantur alijs, & ex exiſtentibus in extrema neceſſitate præferātur coniunctiores; ſeruato charitatis ordine.Auth.ib.n. 28.

Elemoſinam leuem denegās pluribus pauperibus, quibus ſub veniali tenebatur illam tradere;peccat mortaliter. Vaſq.1. 2.diſp.

2.diſp.146.cap.1. Auth.ib.nu. 13.

Elemoſinam accipiens alijs diſtribuendam; poteſt eam ſibi applicare in totum,vel in partem modo indigeat,& nõ acceperit prodiſtribuenda certis perſonis, & quando non aliter conſtat de voluntate Domini.S.Thom.2.2.q.32.ar. 9.ad tertium.Nauarr.cap.25. num.122.Auth.ib.n.27.

Elemoſinam pauperi in extrema neceſſitate denegans, non tenetur eam ſoluere tranſacto neceſſitatis tempore. Nauar. lib.3.cap.1.num.343. Molin. tract.2.diſp.144. Auth.ib. nu. 29.

Elemoſinæ nomine intelligitur actus, quo aliquid alteri ex compaſſione damus ad ipſius ſubleuandam neceſſitatem propter amorem, ſeu bonitatem Dei. S. Thom.2.2.q.32. artic.2.Bellarm.lib.3.de bon. oper.cap.2. Auth. ib.p.6.n.1.

EMPHITEVSIS.

Emphiteuſis eſt contractus, quo quis tradit rem ſuam immobilem,alteri, quo ad dominiũ vtile, ſub certa penſione reali ſoluenda in recognitionem dominij directi. l. 1. C.de Iur. emphit. Auth. t.2.de reſtit.& contract.d.3.q.8.p.1.n. 1.

Emphiteuſis differt à feudo, eo quod quamuis in vtroque transferatur dominium vtile in recipientem, remanente dominio directo apud tradẽtem;nihilominus differunt ratione pẽſionis, quia conſiſtẽs in obſequio perſonali dicitur ſeudum, & conſiſtens in pecunia,vel frumento, vel alia re ſimili, dicitur emphiteuſis. Auth.ib.n.3.

Emphiteuſis differt à locatione, nam in locatione, non transfertur dominium vtile in cõductorem,in emphiteuſi verò transfertur in emphiteutam; Emphiteuſis etiam fit ad longum tempus, quod nõ fit minus decennio l. 1. §. quod ait prætor.ff.de ſuperfic. & locatio proprie dicitur ad breue tempus,ac etiam emphiteuſis conſtituitur tantum in re immobili; locatio, etiam in re mobili,à locatione verum ad longum tempus emphiteuſis non videtur differre, quæ propriè non dicitur locatio. Molin. tract. 2. d.445.num.7.Silueſt.verb.emphiteuſis num.1. Auth.ib.n.4.

Emphiteuſis alia eſt perpetua, quæ conceditur, abſque temporis præfinitione,alia eſt tẽporalis, quæ conceditur ad vnam,duas, vel tres, vel plures generationes; Alia Eccleſiaſtica, alia profana; alia eſt noua, quæ primo inſtituitur, alia eſt vetus,& antiqua, quæ nõ prima vice inſtituitur, ſed

iam antea fuit inſtituta; Alia eſt hæreditaria, quæ concedi ſolet p·o omnibus hęredibus quam ſ extraneis, alia hæreditaria mixtè, quæ conceditur pro aliquibus hæredibus non pro omnibus; alia familiaris, quæ conceditur ſolum pro ijs qui ſunt de familia, quamuis non ſint hæredes; ita Valaſc. de emphit.q.43. Auth.ib.n.7.

Emphiteuſis plures conditiones requirit. Prima eſt, vt celebretur per ſcripturam Clar. lib. 4. §. emphiteuſis. q.4. niſi obſtaret cõſuetudo; ſecunda, vt fiat de rebus immobilibus frugiferis, & ſolo adherẽtibus; tertia, vt bona ſubijcienda nõ ſint Eccleſiaſtica. Quarta, vt dominium directum perſeueret apud priorem dominum, & vtile apud emphiteuta; quinta, vt quot annis ab emphiteuta ſoluatur certa penſio, ſeu canon. Auth.ib.p.2. à. nu. 1. vſq; ad n.5.

Emphiteuſi, emphiteuta priuari poteſt, quoties res efficitur notabiliter deterior ex eius culpa lata. Auth.ib.n.23.

Emphiteuta tenetur ſoluere tributum, quod exigitur à laicis. Leſſ.lib.2.cap.24 dub.8.num. 44. nam tributum ſoluitur ob dominium vtile, niſi fieret cũ danno Eccleſiæ, vel beneficiarij. Auth.ib.num.4.

Emphiteuta cadit ab emphiteuſi, ſi non ſoluerit per duos annos penſionem l.2. C. de Iur. emphit.cap potuit. de loc. & conduct. & cenſetur cecidiſſe ab ea die, qua dominus directus oſtendit ſe ita velle, non vero à tempore, quo fuit in mora ſoluendi canonem. Nec tenetur emphiteuta rẽ emphiteuticam à ſe abdicare, antequam fuerit expulſus authoritate Iudicis. Ang. verb emphiteus.num.42. Silueſt.verb. emphiteuſis. quæſ. 3. modo emphiteuſis non ſit finita ex iuſtitia, ſed in pęnam. auth.ib. n.7.8.& 9.

Emphiteuta tenetur penſionem ſoluere aliquo termino præfixo; Clar.q.12. Vallaſc. q.1.nu. 14. Auth.ib.n.11.

Emphiteuta non poteſt cedere emphiteuſim, quoties vult, & ideo poteſt cogi ad ſoluendũ canonem, quando vult cedere rei, quæ facta eſt deterior. Silueſt.verb.emphiteuſis.quæſ.6 num.12. Auth. ib.num.16.& 17.

Emphiteuta re pereunte, abſq; ſua culpa, non tenetur ſoluere canonem, ſi tota res pereat, vel in hoſtium poteſtatem redigatur.auth.ib.num.18. Nec tenetur rem emphiteuticam in totum dirutam, redificare. Auth.ib.n.21.

Emphiteuta non ſoluens integrum canonem, cadit in totũ,

ſi

ſi penſio non fuit conſtituta, quaſi ſuper pluribus rebus, ſed pro tota re. Clar. q. 8. Azor.cap.7.quæſ.5. Auth. ib. num.10.

Emphiteuta non poteſt repetere Modicas expenſas factas poſtquam cecidit ab emphiteuſi, vel factas pro ſoluendis oneribus,& tributis publicis. Molin.loc.cit. Auth.ib.num. 22.

Emphiteuta,qnamuis poſſit rem emphiteuticam (modo non ſit res Eccleſiæ) pignorare, permutare, vel hipotechare, vel donare,vel legare,vel tradere ſolutionem, quo ad Ius, quod ipſe habet,cum hoc nullo Iure prohibeatur, non tamen poteſt eam, & eius melioramenta per venditionem alteri tradere, ſecundum Ius vtile,quod ipſe habet, aut locare ad decennium, ſeu tradere alteri in emphiteuſim, ſeu liuellum; abſque conſenſu domini directi, ſaltem implicito,& præſumpto, vel non admonito domino directo, num ipſe velit eodem pretio emere.Silu.verb.emphiteuſis quæſ.5.Azor.cap.8. Auth. ib. num.24.

Emphiteuta ob ſolam venditionem non cadit à Iure ſuo, nõ ſequuta traditione.l. fin.C.de Iur.emphit. Clar. q.22.Auth. ib.num.31.

Emphiteutica res, quando peruenit ad multos heredes,quorum vnus penſionem nõ ſoluit,ſinguli cadunt in commiſſum.Silueſt.loc.cit.quæſ.4.nu. 11. Azor. cap.7.quæſ.6.& 7. Auth.ib.n.14.

Emphiteuta non tenetur ad fructus perceptos ante litem inchoatam, quando emphiteuſis finitur in pœnam,quia apud ipſum extabat dominium vtile;poſt vero ſententiam tenebitur, deductis expẽſis neceſſarijs;cum fructus cenſeantur illi,qui ſuperſunt,deductis expenſis.Auth.ib.n.10.

Emphiteuticæ rei dominus directus;non tenetur inueſtire eũ, qui non eſt habilis ad penſionem ſoluendam. Silueſt. loc. cit.num.23.Auth.ib. num.30.

EMPTIO.

Emptio eſt contractus vltro citroque emptorem, & venditorem obligans,eo quod emptor obligetur ad tradendum pretium pro merce,& venditor ad tradendum mercẽ pro pretio.l.1.ff.de cõtrah. empt. Auth.t.2.de reſtit.3. q.2.p.1. num.1.

Emptio poteſt fieri per nũcium, vel epiſtolas inter abſentes. d.l.1.§.fin. Regiuald.lib.25.n. 248.Auth.ib.n.2.

Emptionis quomodo cõtractus celebretur,vide inf.verb.venditor.

EPI-

EPISCOPVS.

Epiſcopus electus ipſo facto priuatur Epiſcopatu ante ſentētiam, ſi intra ſex menſes non fuerit conſecratus. Cōc. Trid. ſeſſ. 23. de refor. cap. 2. Sed requiritur ſententia declaratoria ad pœnam incurrendam. Suar. lib. 5. cap. 8. num. 13. Nauarr. cap. 25. num. 18. verſ. 8. Auth. t. 2. de legib. d. 1. q. 1. p. 7. §. 2. n. 18.

Epiſcopus poteſt leges Eccleſiaſticas ferre pro ſua diœceſi. Panor. cap. ſuper eo. num. 4. de regul. Sal. de leg. d. 8. ſect. 12. num. 61. Auth. ib. d. 1. q. 1. p. 3. n. 21.

Epiſcopi abutētes officio inquiſitorum in cauſa fidei, ſunt ſuſpenſi officio per triennium Clem. 1. §. verum de hæretic. & dicuntnr abuti, qui contra iuſtitiam, & conſcientiā, prætextu odij, gratiæ, amoris, vel comodi temporalis, omittunt procedere in cauſa hęreſis. Sayr. lib. 4. cap. 12. nu. 50. Henriq. lib. 13. cap. 38. num. 3. Auth. t. 1. de cenſur. d. 3. p. 5. §. 2. num. 23.

Epiſcopus non viſitans ſingulis tribus annis limina Apoſtolorum per ſe, vel ſaltem per aliū ſi ipſe ſit impeditus, ſuſpenſionem incurrit. Auth. ib. num. 30.

ERROR.

Error, vel cōtingit circa ſubſtātiam rei, vel circa qualitatem, & accidentia; circa ſubſtantiā contigit, quando contrahens credit contractum de vna re inire, ſed poſtea comperit aliā eſſe. Circa accidentia, & qualitatem, quando quis putat contractum inire de re aliqua affectata aliquibus accidentibus, ſed, poſtea reperit illam ijs accidētibus deſtitutā. Auth. t. 2. de reſtit. d. 3. q. 1. p. 2. §. 1. num. 1.

Error circa ſubſtantiam, irritat contractum. l. per errorem. ff. de Iuriſ. omn. Iudic. Auth. ib. num. 2.

Error concomitans dicitur, qui ſic commitatur contractum, vt nullo modo ad eum inducat, ſed eo ſublato adhuc cōtractus fieret, vndè cōtractus celebratus cum errore cōcomitante, eſt validus. S. Thom. 1. 2. q. 6. art. 8. Auth. ib. n. 3.

Error circa qualitatem non irritat contractum, modo non ad ſit dolus dans cauſam contractui. Auth. ib. n. 4.

Error non inualidat cōtractum, quo quis emit equum, credēs eſſe fortem, & poſtea inuenit pigrum, nec non validus eſt contractus celebratus, cum errore nominis; l. in venditionibus. §. 2. ff. de cōtrah. empt. Azor. 3. p. lib. 8. c. 25. Auth. ib. n. 6. & 7.

EVCHARISTIA.

Euchariſtia eſt Sacramentum conſiſtens, ſub ſpeciebus panis, & vini, conſecratis, ſignificans Chriſtum, & refectionē ſpiritualem. Auth. t.1. de Sacram. d.4. q.1. p.1. n.3.

Euchariſtiæ Sacramētum fuit inſtitutum à Chriſto prima die azimorum. Auth. ib. p.2. n.2.

Euchariſtia adultis, ſaltem baptizatis, neceſſaria eſt ex præcepto Eccleſiaſtico, & diuino. Sot. diſt. 12. q.1. artic. 11. Nauarr. cap. 20. num. 57. auth. ib. p.3. num. 3. vbi quod non eſt neceſſaria infantibus, nec ex præcepto obligentur adulti, nondum baptizati. Sot. in 4. diſt. 18. q.1. artic. 3. Sanch. in oper. mor. lib. 1. cap. 12. num. 15. Auth. ib. n.4.

Euchariſtia quatuor modis capi poteſt; Primo, realiter tātum, id eſt materialiter, vt accidit, quando mus comedit hoſtiam conſecratam. Secundo, ſpiritualiter tātum, quo pacto dicuntur Chriſtum manducare, qui vniuntur Chriſto per effectum, & cupiunt Chriſtū actu ſuſcipere. Tertio, Sacramentaliter tantum, & hoc modo peccator, qui cum peccati mortalis conſcientia recipit Sacramentum dicitur manducare Chriſtum Sacramentaliter. Quarto, Sacramentaliter, & Spiritualiter, hoc pacto vir iuſtus, qui ſine mortali culpa voluntariè recipit Sacramentum Euchariſtiæ; dicitur ſumere, & manducare Chriſtum. Tolet. lib. 2. cap. 29. nu. 1. Viuald. de Euchar. cap. 10. num. 24. & ſeq. Auth. ib. q.4. præſat. p. r.

Euchariſtia ſumi non poteſt eodem die poſt peccatum carnis, quamuis fuerit confeſſus; niſi adeſſet iuſta cauſa; ſed aduerte hoc tātum eſſe vetitum ſub veniali. Auth. ib. q.6. p.2. num. 3.

Euchariſtia ſæpius ſumi non poteſt eadem die per ſe loquendo. cap. conſuluiſti de celebr. miſſar. præter in die natiuitatis. Ang. verb. Euchariſtia nu. 39. Viuald. de præpar. ad Euchar. num. 49. Auth. ib. q.7. p.1. n.11.

Euchariſtia licitè adminiſtratur à Sacerdote per alios delato ad altare. Auth. ib. q 15. p.2. num. 11.

Euchariſtia non eſt deneganda ob crimen in confeſſione cognitum. Henriq. lib. 6. cap. 19. nu. 5. lit. V. Guttier. de matr. cap. 61. num. 11. Sanchez de matrim. diſp. 16. num. 11. Auth. ib. d 5. q.6. ſect. 5. p.4. num. 17.

EVICTIO.

Euictio eſt rei emptæ, vel iuſta cauſa receptæ per ſententiam Iudicis adductio. vel rei tali-

ter acceptæ iuridica amiſſio. l. euicta ff. de euict. Silueſt. verb. euictio, vnde vēditor, qui ſciebat rem eſſe alienam, & eam vendidit emptori ignoranti alienam eſſe, tenetur de euictione, pretium, & quantum intereſt emptori reſtituere. Auth. ib. t. 2. de reſtit. & contract. d. 3. q. 2. p. vlt. num. 1. & 2.

Euictio habet locum in omnib. contractibus onerofis. l. libera. C. de ſent & interloquut. omn. Iud. Auth. ib. nu. 5. Secus verò gratuitis. l. ariſto. §. fin. ff. de donat. Molin. trac. 2. d. 232 Auth. ib. n. 6.

Euictio ab aliquo paſſa, erit (ſi res per plures ſucceſſiuè fuerit vendita) agendum contra vltimum venditorem, non cōtra antecedentes. Auth. ib. num. 7.

EXCOMMVNICATIO.

Excommunicatio eſt cenſura Eccleſiaſtica, qua homo baptizatus priuatur aliquibus bonis communibus, videlicet conſortio fidelium, participatione Sacramentorum, & cōmunibus Eccleſiæ ſuffragijs; Nauarr. cap. 27. num. 1. Suar. diſp. 7. ſect. 1. Auth. t. 5. de cenſur. d. 2. q. 1. p. 1. num. 2. Et differt minor à maiore, vt infra habetur, nam non priuat tot bonis, quot maior.

Excommunicatio, vel eſt lata, vel ferenda, vt diximus ſupra verb. cenſura, vel eſt maior, vel minor, maior incurritur ob mortale peccatum, minor aliquando ob veniale, & excommunicatio abſolutè lata, intelligitur de maiori. Tolet. lib. 1. cap. 5. Couarr. cap. alma mater. 5. p. §. 8. nu. 5. Auth. ib. p. 2. n. 1. & 2.

Excommunicatio maior priuat communibus Eccleſiæ ſuffragijs. cap. à nobis de ſent. excomm. Auth. loc. cit. punct. 1. nu. 3. ac etiam auditione miſſæ. cap. fin. de ſentent. excom. in 6. Auth. ib. q. 2. p. 3. §. 1. n. 1.

Excōmunicatio materialiter iniuſta, non priuat communione fidelium. Man. prælat. 2. p. q. 35. art. 13. concluſ. 2. Suar. diſp. 4. ſect. 7. num 14. auth. ib. d. 1. q. 5. p. 10. n. 5.

Excōmunicatio maior lata pro peccato veniali, eſt inualida. Suar. d. 8. ſect. 4. num. 7. Tolet. lib. 1. cap. 44. auth. ib. d. 5. q. 1. p. 3. n. 6.

Excommunicatio minor, eſt cēſura Eccleſiaſtica ſeparans fidelem excōmunicatum à paſſiua Sacramentorum participatione. Vgol. tab. 3. cap. 15. §. 1. Henriq. lib. 13. cap. 3. & incurritur excommunicatio minor participando in rebus prohibitis cum excommunicato vitando affecto maiori excommunicatione. Auth. ib. d. 2.

d. 2. q. 3. num. 1. & 2.

Excõmunicatio minor duos eſſe ctus operatur; Primus eſt, priuare directè paſſiua Sacramẽtorũ participatione. Secũdus eſt, vt priuet electione, præſẽtatione, & collatione beneficij, & Eccleſiaſticè dignitatis. cap. ſi celebrat de cler. excõ. miniſtr. auth. ib. n. 3. & 6.

Excommunicatio minor abſolui poteſt à proprio Sacerdote. cap. nuper de ſentent. excom. & dicitur proprius Sacerdos, qui habet iuriſdictionem ordinariam ſupra excommunicatum, & ideo proprius parochus poteſt abſoluere etiã extra cõfeſsionem. Suar. loc. cit. prout etiam excommunicatio minor poterit abſolui à parocho, etiam ſi nondum ſit Sacerdos. Suar. loc. cit. ſect. 4. num. 4. Vgolin. tab. 3. cap. 4. §. 2. & poterit abſolui à quocunque Sacerdote approbato ad audiendas confeſsiones Suar. ſect. 4. num. 4. Sayr. cap. 23. auth. ib. num. 11. 13. 14. & 15.

Excõmunicatione minori ligatus, nõ peccat mortaliter Sacramenta adminiſtrando. Nauarr. cap. 27. num. 24. Suar. d. 24. ſect. 2. num. 12. contr. Silu. verb. excommunicatio. num. 1. auth. ib. n. 4.

Excommunicatione minori ligatus inualidè recipit Sacramẽtum pœnitentiæ, quoties intẽdit abſolutionẽ peccatorũ obtinere antequã abſoluatur à minore excomm. auth. ib. n. 3. verſ. addo etiam. vide infra.

Excommunicatione minori ligatus, non fit irregularis celebrando, vel Sacramẽta adminiſtrando. d. cap. ſi celebrat. auth ib. n. 5.

Excommunicatione minori ligatus, eſt abſoluendus verbis ſufficienter exprimẽtibus abſolutionem, nec aliæ cæremoniæ ſunt neceſſariæ. Suar. diſp. 24. ſect. 4. ad fin. Auth. ib. num. 16.

Excommunicatione minori ligatus peccat mortaliter recipiẽdo Sacramẽta. Caet. verb. excommunicatio. cap. vlt. Couarr. ca. alma mater. 1. p. §. 8. auth. ib. n. 3.

Excommunicatio lata ſine ſcriptura ab Epiſcopo valida eſt. Suar. de cenſur. d. 3 ſect. 13. n. 8. & lib. 5. de legib. cap. 32. auth. ib d. 1. q. 1. p. 8 n. 3.

Excommunicatio à Iudice lata, ſiue iuſta, ſiue iniuſta, eſt timẽda auth. t. 2. de legib. d. 2. q. 4. p. 7. n. 16.

Excommunicatus, vel eſt toleratus, vel vitandus; Vitandus eſt ille, qui eſt denunciatus excõmunicatus, vel qui eſt notorius percuſſor clerici; toleratus dr̃ ille, qui eſt excõmunicatus extra prædictos caſus. Au-

th.t.1.de cenſur.d.2.q.2. p.i.§.1.num.2.

Excommunicatus toleratus priuatur ſuffragijs Eccleſię. Suar. loc.cit.ſect. 2. num. 17.auth. ib.n.1.

Excõmunicatus præcipiens corã ſe celebrari,nõ efficitur irregularis ſecundũ opinionem aliquorum,n ſi eſſet Sacerdos. auth.ib.d.7.q.3.p.7.nu. 16.& d.2.q.2. p.2.n.7.

Excommunicatus quamuis cõtritus non fruitur ſuffraggijs Eccleſiæ.auth. ib.d.2 q.2.p.1. num. 6. & ib. §.2.num.1 per tot.

Excommunicatus toleratus validè adminiſtrat Sacramenta. Vaſq. de excomm. dub. 3.& ideo excommunicatus toleratus validè aſſiſtit matrimonio, ac validè adminiſtrat Sacramentum pęnitentiæ. Henriq.lib.13.cap.6.num.3. Sayr. lib.2.cap.2.num.8. Auth. ib.d. 2.q.2.p.2.§.3.n.1.2.& 3.

Excommunicatus vitandus validè adminiſtrat Sacramenta; præter illud pœnitẽtiæ. Vgol. tab.1.cap.13.§.16.Sayr.lib. 2. cap.2.num.11.Hinc confeſſio facta excommunicato vitãdo inualida erit, etiam ſi pœnitẽs ignoraret ipſum eſſe excommunicatum. Suar.diſp.40.ſect. 2.quod limitatur;primo,ſi cõfeſſio fuerit facta in eo loco, in quo Sacerdos ignorabatur eſſe excommunicatus; Secundo;modo confeſſio non fuerit facta in articulo mortis ita Caet.verb.abſolutio.Sayr. lib.2.cap.18. Hinc etiam validè conficit Sacramentalia, & ſic etiam conſecrationes, & benedictiones. Siueſt. verb. conſecratio. num. 6. ita pariter poterit adminiſtrare Euchariſtiam,vel extremam vnctionem in articulo mortis. Auth.ib.§.4.d.num. 1. vſque ad 6.

Excommunicatus priuatur auditione miſſæ,& ideò grauiter peccat contraueniendo. cap. illud.de cleric. excomm. cap. is, qui de ſent.excomm. verũ inſeruiens miſſæ, quando nullus adeſt, excuſatur. Suar. d. 12.ſect.1.num.3.& excommunicatus toleratus, ſiuè nõ toleratus,nõ peccat mortaliter ratione omiſſionis Sacri, præciſè non audiendo miſſam in die feſto, quoties per ipſum ſtat ne abſoluatur. Nauarr.c. 21.num.3.Vgol.tab.2. cap.8. §.3.num.3. Nec peccat cõtra præceptum miſſæ,ſi non procurauerit ſuis expenſis abſolutionem,quam poſſet,cum aliquibus expenſis obtinere. at ſecus eſt de eo,qui non cõfitetur, vel non communicat tempore paſcatis. Henriquez lib.13.cap.7.num.2. Auth.ib. num. 5. Sed eſt aduertendum

ex-

excommunicatum nullam aliã pœnã incurrere præter mortale peccatum, ſi miſſam audierit. Auth.ib.d.2.q.2. p. 3.§. 1 à.num.1 vſque ad 7.

Excommunicatus admonitus à celebrante,vt exeat abEccleſia, incurrit nouam excommunicationem,ſi nolit exire,quæ erit reſeruata SediApoſtolicę. cap.eos.de ſent.excomm.& ſi noluerit exire,nec poterit expelli ſine periculo, omittenda erit miſſa,modo nõ ſit inchoata conſecratio. Auth.ib.nu.8. & 13.

Excommunicatus peccat mortaliter aſſiſtendo diuinis officijs,quamuis ſit toleratus, c. illud vero. de ſent. excomm. verum tenetur priuatim recitare horas canonicas. Nauarr.de hor.canon.num. 16. & 17.Sayr.lib.2.cap.3. num.3 Sed non poterit adhibere ſocium.Couarr.in ca. alma mater. 1.p.§.3.num.8.Nec poterit dicere in recitatione officij,Dominus vobiſcum. Auth. ib.§.2.à.num.1.vſq;ad 7.

Excommunicatus non priuatur omni vſu rerum Sacrarũ,nam poterit recitare diuinum officium,ingredi templum,dum diuina non recitantur. Caet. verb.excommunicatio. Nauarr.cap.24.num.16. Poterit benedicere menſæ,munire ſe ſigno Crucis, adorare Eucharistiam, & illam comitari ad infirmos, modo non recitentur Pſalmi.Henriq.lib.13. ca. 7.num.2. Sayr. lib. 3.cap.13. Poterit intereſſe concioni. Sayr.loc.cit.num. 12. Nauarr. cap.27. nu. 36. & poterit toleratus concionari,quando ab alijs petitur, ſecus ſi ſpontè, nam peccaret ſolum, abſque incurſu irregularitatis. Auth. ib.à num.8.vſque ad 12.

Excommunicatus priuatur Eccleſiaſtica ſepultura. cap. Sacris de ſepult.clem.1. eod.tit. in 6.Tolet.lib.1.c.13. Beneuerum poterit ſepeliri in loco, qui eſt proximus cimiterio, vel Eccleſiæ,ſed ſi fuerit abſolutus in mortis articulo, poterit ſepeliri in loco Sacro, ſecus autem ſi dederit ſigna contritionis.Auth.ib.§.3.n.1. 4.& 7.

Excommunicatus, inualidè recipit beneficium, quamuis ſit toleratus.Nauarr.cap.27. nu. 21. Sayr. lib.2.cap.5.num.5. cap. poſtulaſtis de cler. excomm. etiam ſi ignoraret ſe eſſe excõmunicatum. Leſſ. lib 2.cap.34.dub.22. nu.127. Sayr nu. 8. etiam ſi reciperet collationem beneficij ſecularis.Vgol.tab.2.cap. 13.§. 3. Auil. 2.p.cap.6.diſp.6. dub.7. eſt pariter incapax penſionis. Auil.dub. 1.modo ſit tituli clericalis, & non ſecularis. Sayr.

num. 15. & ideo non poterit fructus percipere. Henriq. lib. 13. cap. 3. num. 3. nec poterit illud permutare, cum altero per Reg. Cancell. 39. Sayr. nu. 14. nec validè exercet actus Iuriſdictionis, vel officij. Suar. diſp. 13. ſect. 1. num. 31. Auth. ib. d. 2. q. 2. p. 4. §. 1. à nu. 1. vſq; ad 8.

Excõmunicatus poſt conſequutionem beneficij, ſiue curati, ſiue non curati, non eſt priuatus fructibus beneficij, aut diſtributionibus. Sanch. lib. 3. diſp. 5. num. 12. Vaſq. de benefic. cap. 4. §. 3. dub. 4. num. 229 Auth. ib. §. 2. n. 2.

Excõmunicatus iniuſtè, coactus abeſſe à choro, percipit diſtributiones quotidianas. Eman. Sà. verb. beneficium. num. 48. Monet. de diſtrib. quotid. p. 2. q. 15. & vbi conſtat de iniuſtitia, poterit repetere diſtributiones alijs collatas. Monet. loc. cit. num. 44. Auth. ib. n. 5. & 6.

Excommunicatus vitandus validè contrahit, vendit, emit, teſtatur, & profeſſionẽ emittit. Sayr. cap. 9. Couarr. de ſponſal. p. 2. cap. 6. num. 3. quia hi omnes non ſunt actus iuriſditionis, quos exercere non poteſt. Sed toleratus validè fert ſententiam, vel alteri dat facultatem ferendi, validè concedit alteri facultatem adminiſtrandi Sacramenta, & confert beneficium, & ſic etiam validè reſignat beneficium ad fauorem alterius. contr. Suar. d. 14. ſect. 2. num. 35. validè conficit inſtrumenta, & & ſcripturas. Suar. d. 15. ſeſſ. 5. & teſtamentum, & codicillũ. Auth. ib. d. 2. q. 2. p. 5. à num. 2. vſque ad 9.

Excõmunicatus non poteſt participare cũ alijs fidelibus, per ſe loquẽdo, ſecus verò per accidens, & ideò peccat, vt plurimum venialiter cõtractum faciendo. Henriq. lib. 13. cap. 9 non tamen peccat communicando cum infidelibus. Vgol. tab. 1. cap. 22. §. 1. Auth. ib. p. 6. §. 1. à nu. 1. vſque ad 5. quod intelligitur de excommunicato vitando.

Excommunicatus reſalutari non poteſt verbis, nec caput ei aperiri. Suar. diſp. 15. ſect. 1. n. 3 Auth. ib. p. 6. §. 2. n. 4.

Excommunicatus non eſt euitãdus à Confeſſario, qui nouit in confeſſione illum eſſe excommunicatum. Couarr. cap. alma mater. 1. p. §. 1. Suar. diſp. 15. ſect. 3. num. 6. nec erit euitandus, quando fama publica cõſtat percuſſiſſe clericum; ſed non conſtat an notoriè percuſſerit. Verum erit euitãdus, quando dubitatur, an fuerit abſolutus. Silueſt. verb. excommunicatio. num. 26. Nauarr. cap.

cap.27.num.36. Auth. ib. nu. 45.47.& 54.

Excommunicatus priuatur vſu Iuriſdictionis.cap. quia de except.in 6.cap.tanta de exceſſ. prælat. & ideo peccat mortaliter ferendo ſententiã, & inualidè eligitur in Iudicem, vel ad dignitatem habentem adnexam Iuriſdictionem, ſecus verò ad officium tabellionis, vel in tutorem, quamuis in foro externo repellatur.auth. ib.d.2.q.2.p.7.nnm.1. 3. & 4.

Excommunicatus vitandus non poteſt in Iudicio agere, nec per ſe,nec per alium.Nauarr. cap.27.num.23. Sayr.lib. 2.c. 7.num.3. benè tamen poteſt excipere.cap. intelleximus de Iudic.& agendo poterit repelli à Iudice,etiam parte nõ opponente.cap.1.de excep.in 6. Nec poteſt eſſe procurator, vel aduocatus,verum non tenetur reſtituere pretiũ. Suar. d.16.ſect.7.Auth.ib.d. num.5. vſque ad 16.

Excommunicatus toleratus validum teſtimonium fert,ſecus verò non toleratus, niſi eſſemus in cauſis fidei.cap.in fide fauorem,de hęret.in 6.& cauſis matrimonij.cap.fin.de ſẽt. & re iudic.Auth.ib.n.11.

Excommunicatus fit irregularis recipiendo Sacros ordines.c. cum illorum de ſent. excom. in 6.Silueſt.verb.irregularitas quæſ.2.& ſic etiam fit irregularis exercendo ſollemniter ordines ſacros, et ita etiam canendo in choro tanquam hebdomadarius. Auth.ib.d.7. q.3.p.4.n.1.

Excommunicatus fit irregularis canendo Epiſtolam ſollenniter. Ideſt cum manipulo, vel Euangelium cum ſtola. Item baptizando ſollenniter, aut conſecrando aquam;& aſpergendo fideles.Vgol. tab. 1 de cenſur.cap.14.§.1. num.5.ſecus ſi baptizet priuatim.Item abſoluendo Sacramentaliter, benedicendo ſponſis,faciẽdo. ſollemnitates baptiſmi,vel miniſtrando Euchariſtiam.Vgol. tab.1.ca. 14.§.2.Item Epiſcopus excommunicatus, vel ſuſpenſus incurrit irregularitatem exercendo ordinem Epiſcopalem.Sayr lib.9. cap.9.n. 5.& duplicem irregularitatem incurrit excommunicatus, & interdictus exercẽdo ordines Sacros. Auth.ib.d.7.q.3.p.5. per tot.

EXTREMA VNCTIO.

Extrema vnctio fuit à Chriſto inſtituta,& diffinitur hoc modo quod ſit ſignum rei Sacrę,quo aliquæ partes corporis infirmi vnguntur oleo benedicto ſub præſcripta verborum forma. Nauarr.cap.22.num.12. Auth.t.1. de Sacram. d. 7. q. vnic.p.1.n.2.& 4.

Extre-

Extrema vnctio vrgente neceſſitate poteſt adminiſtrari à pluribus, modo vnus quiſque vngat independenter ab alio. Auth.ib.d.7.q.vnic. p.4.n.7.

Etrema vnctio eſt adminiſtranda adulto(ſtatim baptizato) infirmo, ſaltim ſub conditione ſi deliquerit.Henriq.lib.3. cap.11. num. 3.Silueſt.verb. extrema vnctio. Auth.ib.p.5. num.14.

Extrema vnctio ex praxi non eſt adminiſtranda ante confeſſionem,vel communionem,quãuis non eſſet peccatum. Suar. tom.4.d.44. ſect.1. Eman. Sà verb. extrema vnctio.num.3. Auth.ib.n.15.

Extrema vnctio iterari poteſt. S.Thom.3. p. q.33.Suar.diſp. 40.ſect.4. Auth.ib.d. 7.q.vn. p.6.n.4.

Extremam vnctionem omittens tantummodo ex negligentia, non grauiter peccat.Auth.ib. p.5.n.11.

F

FAMA.

Fama eſt bona opinio communis de aliquo circa aliquod ipſius bonũ. Nauar.lib.2. ca. 4.num. 9.Clau.reg.lib.11.cap.3.num. 4 Auth.t.2. de reſtit. d.2.q.4. p.1.n.4.

Famæ reſtitutio excuſatur nouẽ ex cauſis,quarum. Prima eſt compenſatio.Salon.2.2.q.62. art.2.controu. 23. concluſ.2. Eman.Sà verb.reſtitutio.n.32 Secunda eſt,condonatio obligationis reſtituendi famam, modo condonatio non ſit cõtra iuſtitiam, nec vergat in alterius dannum.Aragon.2.2. q.62.art.2.dub.5.Tertia,quãdo infamia iam abijt in obliuionem. Quarta, quando fama, iam recuperata eſt bonis, ac virtuoſis actibus, vel proborum virorum teſtimonio.Quinta eſt, quando quis reuelauit crimen occultum, factum poſtea publicum alia ratione. Sexta, quando reſtitutio famæ eſt impoſſibilis. Septima; quando detractio fuit inefficax; ſcilicet, quando audientes non crediderunt, vel ſimilia alias audierãt. Nauarr.cap.18.num.44.Octaua, quando infamator nõ poteſt famam ſine periculo vitæ reſtituere.Caiet.2.2. q.62.art.6. Nona, quando reſtitutio famæ alte ius non poteſt fieri, abſque iactura propriæ famę. Nauar.loc.cit.num.376.auth. ib.d.2.q.4.p vlt.1.num.1.vſq; ad 13.

Famæ reſtitutio,quando ex iuſta cauſa ommitti poteſt, nõ erit ex iuſtitia compenſanda, cum pæcunia.Eman. Sà verb.reſtitutio

tutio num.5.Nauar.loc.cit.n. 416.Auth.ib.num.14.

Famæ reſtitutio non eſt facięda ab hæredibus infamatoris. Nauarr. l. 2. cap.4.num.426. Eman.Sà.loc.cit.num.18. nec eſt facienda reſtitutio,hæredibus infamati,mortuo infamato,quo ad famā defuncti præcisè.Molin.tract.4. diſp.44.in fi.Auth.ib.num.15. & 16.

Famæ reſtitutio non eſt facienda,quando illi, quibus crimen eſt narratum,obliti ſunt.Molin.tract.4.d.41.nu.2. Nauar. cap.4.num.423.lib.2. nec tenetur interrogare,an infamia tradita ſit obliuioni. Auth.ib. p.13.n.1.& 3.

FEVDVM.

Feudum eſt contractus,quo quis tradit feudatario,ſiuè vaſſallo rem ſuam immobilem.quo ad dominium vtile, cum onere obſequij, & ſeruitij perſonalis]. Differt ab emphiteuſi ratione penſionis,nā ſi erit perſonalis dicetur feudum, ſi verò realis erit emphiteuſis. auth.t.2.de reſtit. & contract.d. 3.q.8.p.1.n.2.

Feudum requirit quatuor conditiones; Prima eſt, vt dominium directū perſeueret apud priorem dominum, Dominiū vtile in vaſſallum. Secunda,vt feudum conſtituatur ſuper re immobili. Tertia, vt vaſſallus non alienet feudum irrequiſito domino,& quarta,vt vaſſallus præſtet obſequium perſonale.Auth.ib.p.3. n.1.

FESTVS DIES.

Feſti diei obſeruantia continet præceptum affirmatiuum, & negatiuum;negatiuum prohibet opus ſeruile; affirmatiuū præcipit auditionē miſſæ. Auth.t.2.de legib. d. 5.q.vnic.p. 2.num.1.

Feſtis diebus non tenemur ex pręcepto contritionem elicere, neque à peccatis obſtinere.Nauarr.cap.13.nu.3.Clau. reg.lib.7.cap.3. num.5.Auth. ib.n.2.

Feſtis diebus permictuntur opera animæ.Ideſt,quæ ab anima procedunt.S.Tho.2.2.q. 122. artic.4.Nauarr.cap. 13.num. 12. Hinc aduocatus poterit dare operam ſtudijs cauſa litium, & licitum eſt doctori cōficere cōſulta, & ciuibus ad concilia conuenire. Auth. ib.d. num.6.vſque ad 9.

Feſtis diebus non eſt licita citatio, vide ſupra verb. citatio eſt illicita quęlibet ſententia, quæ fit cum ſtrepitu iudiciali; cap.1. de ferijs. Silueſt.verb. dominica.q.3. Auth.ib.num. 11.

Feſtis diebus laborans ſeruiliter excuſatur ob paruitatē operis.Nauarr.cap.13.nu.9.Caet. 2.2.q.122. & præſtans aliqua parua opera ſeruilia in pluribus

bus diebus feſtis non peccat mortaliter;etiam ſi perueniat ad notabilem quantitatem. contr. Tolet. cap. 25.num.2. & faciens contra plures obligationes diuerſæ rationis in materia leui,non peccat mortaliter. Auth.ib.p.3.num. 1.3. & 5.

Feſtis diebus laborantes ex neceſſitate,excuſantur.Suar.lib. 2.cap.32.num.3.Nauarr.cap. 13. num. 7.item ex obedientia,vel coacti.idem Nauarr.n. 7.Suar.num.4. Auth.ib.n.13. & 16.

Feſtis diebus laborandi licentia eſt petẽda ab Epiſcopo, ſi comodè adiri poſſit, alias à parocho.Suar.cap.32. Azor.ca. 28.Auth ib.n.21.

Feſtorum dierum præceptum, partim eſt naturale,& partim ceremoniale,& partim humanum.Sot.lib.2.de iuſt.q.4.art. 4.Auth.ib d.5.q.vnic.in præf. num.1.

Feſtos dies Epiſcopus in ſua tãtum dioceſi inſtituere poteſt, cum clericorum,&populi cõſenſu.Sanch.lib.2.cap.43. nu. 11.in Summ.Clau. reg. lib.7.c. 3.num.16 Sed non poteſt eos inſtituere Princeps ſecularis. cap.cum laicis de reb. Eccleſ. non alien.Auth.ib.p.1.num.2 & 4.

Feſtus dies incipit ſecundũ conſuetudinem loci.Suar. tom.1. de relig.cap.31. num. 4.lib.2. Clau.reg.lib.7.cap.3.num.13. Auth.ib.num.6.& inſtitui poteſt colendus, vſque ad meridiem.Azor.ca.26.quæſ.8.Nauarr.cap.13.num.5.Auth. ib. num.7.

FIDES.

Fides eſt virtus ſupernaturalis inclinans intellectũ ad credẽdas res à Deo reuelatas propter ipſius authoritatem; Vel eſt ſubſtantia ſperãdarum rerum argumentum non apparentium.S.Thom.2.2.q.4.art. 1.Auth.t.2.de legibus d. 3. q. 2.p.1.n.1.

Fides omnibus eſt neceſſaria; & neceſſarium triplici modo dici poteſt. Primò, neceſſitate medij, quo prætermiſſo ſalus non obtinetur, etiam ſi inculpabiliter prætermittatur. Secundo, neceſſitate præcepti, quo culpabiliter prætermiſſo, ſalus non obtinetur. Tertio, vtraque neceſſitate, quando interuenit neceſſitas medij,& præcepti. Auth.ib.p.2.n.1.

Fides habitualis eſt neceſſaria ad ſalutem, & fides actualis explicita aliquorum articulorum eſt neceſſaria neceſſitate medij, quæ fides actualis eſt neceſſaria neceſsitate medij præcepti. Auth. ib. num.4.5. & 7.

Fidei articulos, qui continentur in ſimbolo Apoſtolorum ſinguli

guli homines poſtquã ad rationis vſum peruenerunt tenentur ex præcepto explicitè credere;ſicut tenẽtur(ex præcepto diuino credere explicitè præcepta decalogi, ac etiã præcepta Eccleſiæ credere tenentur præcepto Eccleſiaſtico, & denique tenẽtur explicitè credere pertinentia ad ſubſtantiam Sacramentorum Reginal.lib.17.num.18.cum ſeq.Auth.ib.n. 13. non tamen tenentur prædicta ex pręcepto ſcire memoriter, aut eo ordine, vel ijſdem verbis,quibus proponuntur,ſed ſufficit ſciẽtia,quo ad ſubſtantiam, & ſignificationem. Azor. lib.8.c. 6.q.vlt.in fin. Auth. ib. num. 14.

Fidei obiectum, vel eſt materiale,vel formale;materiale,ſunt res à Deo reuelatæ. S.Thom. 2.2.q.1.art.1.Formale eſt authoritas diuina, idem S Tho. 2.2.q.46.art.1.Auth.ib.d.3.q. 2.p.1.n.3.& 4.

Fidem tenetur homo exterius confiteri; quando aliquis honor Deo ſubtraheretur, vel proximi vtilitas impediretur. S.Thom.2.2.q.3.art.2.Non tamen tenetur confiteri,quãdo priuata authoritate interrogatur.Sanch. in Summ. lib. 2.cap. 4. num. 6. nec peccat contra fidem, non reſpõdens ſe eſſe Chriſtianum,dum Chriſtiani nomen non accipitur pro religione,nec tenetur cõfiteri fidem,dum ex ipſius cõfeſſione ſola perturbatio naſcitur.Silueſt.verb. fidem.q.5. Auth.ib.p.3.num.3.4.5.& 11.

Fidẽ negans,dictis,vel factis peccat contra præceptum fidei negatiuum, item qui dicit ſe eſſe Turcam, vel Hæreticum. Azor.1.p.lib.8.cap.27.quæſ.1 vel vtatur ſignis proteſtationis falſę religionis,etiam ſi faceret illud ſine animo negandæ fidei.Sanch.oper.mor. lib. 2.cap.4.num.4. Secus vero ſi vteretur ſignis indifferẽtibus, vt ſi ferret veſtes hæbreorum Azor.loc.cit.cap. 27. quæſ.4. Verum ſi concionibus hereticorum,vel ceremonijs intereſſet animo cõfutandi, vel obſeruãdi ſolum ipſorum ceremonias,nõ peccaret.Azor. lib.8.cap.11.quæſ. 4. nec etiã peccat contra fidem veſcens carnibus diebus prohibitis, ex metu graui mortis, vel dãni.Azor.lib.8.cap. 27. quæſ.3. nec pariter peccat, negans ſe Sacerdotem,vel Clericum.Reginald.lib.17.num.23. Auth. ib.à num.17.vſque ad 26.

Fidem docere, & diſputare de ea,licet clericis, & religioſis doctis. Valent.tom.3.diſp.1. q.10.punct.4.S.Thom. 2.2.q. 10.artic. 7. Sed hoc expreſsè prohibetur laicis etiam do-

ctis ſub pęna excommunicationis. per cap. quicunque de hæretic. in 6. niſi extaret conſuetudo in contrariũ, vel ageretur de diſputatione nõ formali; ſed de ea, quæ cauſa exercitij ſuſcipitur. S. Tho. 2. 2 q. 10. artic. 7. Auth. ib. p. 4. per tot.

FORMA.

Forma Sacramentorum eſt determinata ex diuina inſtitutione; & ſi varientur verba; dummodo eadem ſignificatio perſeueret, validum erit Sacramentum, ſecus verò ſi non remaneat eadem ſignificatio, quia tũc videtur mutatio formæ ſubſtantialis, & hæc variatio verborum ſeptem modis fieri poteſt. primo. additione; Secundo, detractione; Tertio, priuatione, & corruptione. Quarto, tranſpoſitione. Quinto, interpellatione; Sexto, verbis ſimoniacis. Septimo, verbis æquiuocis. Auth. ib. t. 1. de Sacram. d. 1. q. 2. p. 1. n. 13. 16. & 17.

Forma eſt valida ſi miniſter credat aliqua verba non eſſe eſſentialia cum ſint, ſed ea profert animo faciendi, quod facit Eccleſia. Suar. diſp. 2. ſect. 5 Henriq. lib. 1. cap. 9. num. 12. Auth. ib. n. 3.

Forma tota Sacramenti eſt ab vno tantum proferenda. Henriq. lib. 1. ca. 9. num. 9. & lib. 15. cap. 30. nu. 2. Auth. ib. p. 4. per tot.

Forma baptiſmi, quæ nam ſit, vide ſupra. verb. baptiſmus.

Forma confirmationis eſt iſta; Conſigno te ſigno Crucis; & confirmo te Chriſmate ſalutis in nomine Patris, Filij, & Spiritus ſancti, nec erit mutãda forma. Suar. ſect. 5. verſ. fin. Henriq. lou. cit. num. 5. Auth. ib. d. 3. q. vnic. p. 3. n. 7.

Forma Sacramẽti corporis ſunt hæc verba; Hoc eſt corpus meum. S. Thom. 3. p. q. 78. art. 2. Suar. diſp. 58. ſect. 1. & ſi varietur, quo ad ſenſum ſubſtãtialem, non conficitur Sacramentum. Suar. diſp. 59. ſect. 2. Graff. 2 p. lib. 1. cap. 6. num. 3. & carens verbo non valet, Verũ eſt valida ſi dicatur hic cibus, vel hæc res, vel hoc, vel hic eſt corpus meum, vel meus. dum ſubſiſtat ſemper eadem ſignificatio. Auth. ib. d. 4. q. 3. p. 1. n. 1. 6. 16. & 17.

Forma Sacramenti ſanguinis eſt; Hic eſt Calix ſanguinis mei. Victor. de Euchar. nu. 74. Viuald. de Euchar. cap. 5. num. 1. v. rſ. quarta opinio, & quia multi DD. ſentiunt ẽt alia verba ſequentia eſſe eſſentialia, ideo peccat grauiter, qui õmittit alia verba, quæ continentur in canone. Henriq. ca. 17. num. 2. & ad euitãdos ſcrupulos Sacerdos debet ſe remictere

re intentioni Eccleſiæ, & Chriſti. Victor. de Sacram. num. 74 Henriq. lib. 8. cap. 17. num. 4. Auth. ib. p. 2. n. 1. 2. & 3.

Formę Euchariſtię, ſi aliquid omittatur, eſt ſupplendũ. Suar. diſp. 85. ſect. 1. Rodriq. c. 251. num. 2. & erit tota iteranda, quando dubitatur de validitate Sacramẽti ex ommiſſione vnius verbi. Suar. d. diſp. 85 Verum ſi vinum congelaretur non erit reiteranda. Angel. verb. miſſa num. 33. Auth. ib. d. 4. q. vlt. p. 10. num. 12. 13. & 18.

Forma Sacramenti pœnitentiæ eſt; Ego te abſoluo à peccatis tuis, immo de eſſentia ſufficit dicere; abſoluo te. S. Tho. 3. p. q. 84. artic. 3. Silueſt. verb. abſolutio 6. q. 4. & requiritur expreſſio actionis miniſtri. Henriq. lib. 4. cap. 11. num. 4. ſed nõ requiritur inuocatio S. Trinitatis, & ſi ſubſtantialiter varietur, non erit valida forma; ſecus verò ſi accidentaliter. Auth. ib. d. 5. q. 4. p. 1. à n. 1 vſque ad 10.

Forma extremæ vnctionis eſt, per iſtam vnctionem, & ſuam pijſſimam miſericordiam indulgeat tibi Deus, quicquid delinquiſti per viſum amen, &c. Auth. ib. d. 7. q. vnic. p. 3. num. 1.

Forma Sacramenti ordinis ſunt verba, quæ ab Epiſcopo proferuntur, imperatiuo modò, cum expreſſione poteſtatis, quæ confertur. Sot. diſt. 25. q. 1. art. 2. Bellarm. de Sacram. c. 18. Auth. ib. d. 8. q. vnic. p. 3. n. 12.

Forma Sacramenti matrimonij, eſt acceptatio cõtrahentium, per verba, vel ſigna. Auth t. 1. de magn. matr. Sacram. q 2. p. 8. num. 1.

FORNICATIO.

Fornicatio eſt concubitus ſoluti, cum ſoluta, & eſt peccatum mortale. Graff. 1. p. lib. 2. cap. 7. Auth. t. 1. de magn. matrim. Sacram. q. 4. p. 14. n. 2.

Fornicatio an diſſoluat ſponſalia. vide infra. verb. ſponſalia.

FRVCTVS.

Fructuum benefici; nomine, intelliguntur, qui percipiuntur ratione tituli, licet mediante aliquo miniſterio. Caſſador. deciſ. 6. de præbend. Nauarr. conſ 90. de ſimon. Auth. t. 1. de tractat. var. q. 7. p. 2. num. 12.

Fructus percepti ex beneficio ſimoniacè obtento, ſunt reſtituendi, ante Iudics ſententiã Cameræ Apoſtolicæ. Nauarr. lib. 5. conſ. 62. de ſimon. Leſſ. lib. 2. cap. 35. dub. 31. Auth. ib. p. 3. difficul. 2. n. 4. & 5.

Fructus neceſſarij ad congruam ſubſtentationem, diſpenſari poſſunt ad libitum beneficia-

riorũ. Molin. diſp. 145. & 147. Couar r. cap. cum in officijs. n. 2. de teſtam. ſuperflui verò, in pios vſus ſunt erogandi. Cõc. Trid. ſeſſ. 25. cap. 1. non tamẽ tenetur erogare in pauperes, vel pios vſus illius loci, in quo habet beneficium. Molin. loc. cit. diſp. 146. Auth. ib. d. 4. p. 2. n. 1. 2. & 3.

Fructus percepti ex re aliena à poſſeſſore tam bonæ, quam malę fidei, non ſunt reſtituendi, quando ſunt induſtriales. Nauarr in Summ. cap. 17. nu. 15. Sanch. ib Summ. lib. 2. cap. 23. nu. 46. Auth. t. 2. de reſtit. d. 1. q. 3. p. vlt. §. 1.

Fructus ſunt reſtituendi à poſſeſſore bonæ fidei, t m naturales, quàm mixti, tàm pendentes, quàm percepti, ſi extent, ſi verò non extent, tenetur reſtituere, id in quo factus eſt locupletior, ſecus autẽ ſi poſſeſſi fuerint per triennium. Couarr. lib. 1. var. cap. 3. num. 7. Auth. ib. n 7. & 10.

Fructus, vt præſcribi poſſint, requiritur titulus. Soccin. conſ. 251. tom. 2. num. fin. & fructus præſcribuntur præſcripto fũdo. l. eos. C. de vſur. Auth. ib. n. 13. & 14.

Fructus, quos bonæ fidei poſſeſſor ex ſua negligentia nõ percepit, non ſunt reſtituendi. Vaſq. cap. 5 §. 1. dub. 13. num. 10. Auth. ib. n. 15.

Fructus, quos dominus percepiſſet, ſunt reſtituendi, à poſſeſſore malæ fidei, quamuis ipſe non perceperit. Auth. ib. §. 1. num. 1.

Fructus pendentes rei venditæ tempore venditionis pertinẽt ad emptorẽ, niſi aliter ſit cõuentum. Couarr. 1. var. cap. 15 Gomez. 2. var. cap. 2. num. 12 Auth. ib. d. 3. q. 2. p. 7. §. 1. n. 1.

Fructus, quando contractus diſſoluitur ob pactum legis commiſſoriæ, vel addiectionis in diem, pertinent ad venditorẽ. l. item, quod dictum eſt. ff. de in diem adiect. Sed quãdo reſcinditur venditio ob pactum retrouendendi, ſpectãt ad emptorem, ſecundum valorem, quem habent, vſque in diem retrouenditionis. l. 2. C. de pact. inter empt. & vendit. & quando pœnitet prioris contractus, & alter celebratur. fructus erunt emptoris, & idẽ erit in materia. l. 2. C. de reſcind. vendit. quod ſecus erit quando non adimpletur conditio, ſub qua celebrata fuit venditio, nam ſpectabunt ad venditorem. Auth. ib. p. 7. §. 2. per tot.

FVRTVM.

Furtum eſt occulta ablatio rei alienæ, domino rationabiliter inuito. Molin. tom. 2. diſp. 681. num. 6. Rapina verò eſt ablatio rei alienæ, per violentiam, &

& ex ſuo genere ſunt peccata mortalia. S.Thom.2.2.q.66. art.6. Auth. t.2.de reſtit.d.3. q.8.p.1.n.1.& 5.

Furtum poterit eſſe veniale ex indeliberatione, & ex paruitate materiæ, Auth. ib.n.6.

Furti illa quantitas eſt ſufficiens ad peccatum mortale, quæ omnibus conſideratis infert domino graue damnum. Nauarr.lib.3.c.1.Vaſq. in opuſc. cap.5.§.1.dub.5.Auth.ib. n.7

Furtum leue factũ animo furandi maiora, eſt peccatum mortale.S.Thom. 2.2.q.66.art.3. ad tertium, & qui ſæpius minima furatur, abſque animo ſurripiendi maiora, peccat mortaliter, quando peruenit ad tantam quantitatem, quæ continuata cum præcedente eſt notabilis.Vaſq.opuſc.cap. 9.de reſtit.§.1.dub.3. & furtũ paulatim factum, vt ſit mortale, opus eſt, vt fiat; aut intentione furandi notabilem quãtitatem, aut in eodem genere negotij, & non per magna temporis interualla, & furtũ eſt mortale, quando quis poſt grauem materiam adhuc leuia furatur, & idem erit, quãdo quis leuem materiam aufert illi, à quo abſtulerunt notabilem, pro vt etiã erit mortale, quando plures de communi conſenſu auferunt leuẽ quantitatem, quæ ſimul ſumpta, eſt notabilis. Nauarr.lib. 3.de reſtit.cap.1.nu 40.Azor. 3.p.lib.4.cap.13. quæſ.5. auth. ib.p.2.à n.1.vſque ad 7.

Furtum licitè cõmitti põt ab eo, qui laborat extrema neceſſitate, ſecus ſi graui. S. Thom. 2.2.q.66.artic.7.Leſſ.lib.2.ca. 12.dub.12. & licet furtum facere ad ſubueniendum alterii in extrema neceſſitate laboranti. Medin. de elemoſ.q.5. Auth.ib.p.3.per tot.

G

GRADVS.

Gradus inceſtus exprimendus eſt in confeſſione. Henriq. lib. 2. de pœnit.cap.8.num. 1.Auth.t.1. de Sacram.d.5.q. 5.ſect.2.p.2.n.§.3.difficul.3.n. 10.

Gradus ſunt explicandi in confeſſione; ſi fuerit habita Sodomia cum perſonis in primo, vel ſecundo gradu; nõ autem vltra.Auth.ib.de magn. matr. Sacram.q.4.p.1.n.10.

Gradus cõſãguinitatis ſignificat diſtantiam maiorem, vel minorem vnius perſonæ, ab alia ſecundum lineam conſanguinitatis.Valent.tom.4. diſp.10. q. 5. punct. 3. verſ.cognatio. Auth.ib.q.3.p.5.n.4.

Gradus conſanguinitatis compu-

putandi ſunt in linea aſcendẽtium,& deſcendentium,vt tot ſint gradus,quot sũt perſonę, dempta vna perſona, ſcilicet ſtipitẽ; in linea tranſuerſali, perſonæ eo gradu diſtant inter ſe,quo gradu diſtant à cõmuni ſtipite. Auth.ib.n.*6*.

Gradus affinitatis ſunt in linea recta,& in linea tranſuerſali, in linea recta conſtituuntur aſcendentes,vel deſcendẽtes, illius perſonæ,cum qua copula fuit habita; in tranſuerſali conſtituuntur cõſanguinei in linea tranſuerſa illius, cũ qua copula habita fuit Ledeſm. q. *55*.artic.8. Auth.ib. q.*3*.p.*12*. num.4.

Gradus affinitatis, vel cõſanguinitatis in diſpenſatione obtinenda ſi non exprimatur, inualidat diſpẽſationem; Sanch. lib.8.diſt.*24*.num.2.& gradus vicinior non expreſſus inualidat diſpenſationem ſi non exprimatur,etiam per errorẽ, at ſecus erit ſi diceretur eſſe in tertio, cum ſit in quarto. Suar.tom 2.de relig. lib.*6*.ca. fin.num.8. Sanch. de matrim. lib.*4*.d.24 num. 17. & gradus propinquior ſtipitis non eſt exprimendus, quando duo æqualiter diſtant à ſtipite, vt declarauit Pius V. in extrau. attendens. Henriq. lib.2.de matrim.cap. 3. num.*6*.& gradus propinquior non expreſſus efficit, vt ordinarius diſpenſationem concedere nequeat, donec exprimatur, vt declarauit Pius V. in mot. propr.apud Sanch. lib. 8.diſp. *24*. Auth.t.2.de legib.d.1.q.2. p.*5*.num.*2.15.16.* & *17*. Vide verb. diſpenſatio.

GRATIA.

Gratia dupliciter cõferri poteſt, primo ex opere operantis, ſecundo ex opere operato; ex opere operantis, quando cõfertur ſolum propter meritũ, & diſpoſitionem ſuſcipientis, ex opere operato, quãdo cõfertur,non propter ſolam diſpoſitionem ſuſcipientis, ſed propter aliquid aliud externũ inſtitutum à Deo ad conferẽdam gratiam vltra meritum, & diſpoſitionem operantis Sayr.lib.5.de Sacram. c.1.art. 2.Tolet.lib. 2. cap.*16*.num.7. Auth.t.1. de Sacram. d. 1.q.4. p.*1*.n.1.

Gratia Infallibiliter cõfertur ſuſcipienti Sacramenta nouę legis, niſi ponatur obex; quod non ſequebatur in ſuſcipientibus Sacramenta veteris legis, quæ propriè non conferebant gratiam, ſed eam conferendam per Chriſti paſſionẽ perfigurabant.Concil.Trid.can. 2.& *6*.& 7.S. Thom. 3.par.q. 62 art.*6*. Auth.ib.p.5 & *6*.

Gratia prima dicitur, quæ nullã aliam ſupponit in ſubiecto, qua-

qualis eſt ea, quę recipitur per baptiſmum. Secunda verò, quæ ſupponit aliam, in ſubiecto; qualis eſt illa quam, quis recipit in Sacramento Euchariſtiæ. Auth. ib. p. 2. n. 1.

Gratia æqualis confertur ſuſcipientibus Sacramenta eiuſdē ſpeciei cum æquali diſpoſitione. S. Thom. q. 69. art. 8. Suar. diſp. 7. ſect. 5. concl. 1. recipiētes vero Sacramenta eiuſdem rationis, cum inæquali diſpoſitione, inæqualem gratiam recipiunt. Auth. ib. d. 5. q. 4. p. 3. n. 1. & 2.

Gratia, quæ confertur ſuſceptori cuiuslibet Sacramenti, non eſt diuerſa eſſentialiter, ſed eſt eiuſdem ſpeciei. S. Thom. 3. p. q. 62. art. 2. Suar. diſp. 7. ſect. 3. de Sacram. ſed eſt diuerſa accidētaliter. Suar. diſp. 47. ſect. 3. concluſ. 2. Sayr. lib. 5. de Sacr. in gen. cap. 6. q. vn. art. 3. Auth. ib. p. 5. n. 1.

Gratia confertur per Sacramēta, quando ſunt in eſſe completo Sacramenti, nec confertur deficienti in eo inſtanti, in quo perficeretur Sacramentum. Auth. ib. p. 7. num. 1. & 4.

Gratia æqualis confertur infantibus ſuſcipiētibus baptiſmū, adultis vero ratione æqualis diſpoſitionis. S. Thom. q. 69. art. 8. Victor. de ſacr. q. 22. ac confertur ſuſcipienti baptiſmum cum peccato veniali. Pign. d. 1. q. 6. art. 2. Auth. ib. d. 2. q. 2. p. 7. n. 3. & 16.

Gratia maior non confertur cōmunicanti ſub vtraque ſpecię. Henriq. lib. 8. cap. 44. num. 5. lit. A. Auth. ib. d. 4. q. 1. p. 4. num. 5.

Gratia confertur ſuſcipiēti partem hoſtiæ; quamuis aliam partem euomat. non tamen confertur ſuſcipienti partem hoſtiæ in mortali peccato, licet ea ſumpta contritionem eliciat, & aliam partem hoſtiæ deglutiat. Henriq. cap. 43. num. 3. contr. Gaet. 3. p. q. 79. art. 1. Auth. ib. q. 4. p. 2. num. 3. & 4.

Gratia confertur per Sacrificiū miſſæ. Auth. ib. q. vlt. p. 3. num. 2 non tamen confert primam gratiam per ſe, & immediatè. Auth. ib. n. 3.

Gratia non confertur habenti actum virtutis pęnitentiæ, niſi habeat actum contritionis, vel dilectionis Dei ſuper omnia. Auth. ib. d. 5. q. 1. p. n. nu. 3.

Gratia ſemel amiſſa recuperatur per ſubſequentem pœnitentiā. Suar. in opuſc. de reuiuiſc. merit. Henriq. lib 4. cap. 33. n. 8. Auth. ib. d. 5. q. 6. ſect. 4. p. 2. num. 4.

Gratia eſt neceſſaria ad obtinēdā indulgentiam. Bulla Leon. X. de indulg. Nauar. de indulg. not. 17. num. 1. & ſufficit, vt in

gra-

tia exiſtat quis, dum facit vltimum opus, quo poſito cōceditur indulgentia. Auth. ib.d. 6.q.1.p.5.n.4.& 10.

Gratia non eſt neceſſaria applicāti defūctis indulgētiā. Suar. diſp.52. ſect.2.n.9.Auth.ib.p. 6.nu.11.Secus verò applicanti bona opera alijs. S. Thom. in 4.diſt.14.q.5.art. 3. Auth. ib.d.6.q.2.p.2.nu. 6. Sed erit neceſſaria illi, cui ſuffragia applicantur. Suar.diſp.48.ſect.7. num. 3. Auth.ib.p.3.n.5.

Gratia iam facta ſimpliciter, ſine conditione, nō ceſſat per mortem concedentis. Nauarr.ca. 27.num.153.& conſ.1. de priuil.num.1.Suar.lib. 8.cap.31. Auth.t 2.de legib. d. 1.q.3.p. 8.num.19.& tunc cenſetur facienda, quando non dum eſt à ſuperiore obtenta, aut quando directè fuit data facultas delegato ad gratiam faciendā ad fauorem tertij, ſed delegatus non dum illam conceſſit. Auth.ib.n.21.

Gratiæ nomine propter quam prohibetur, aliquid dari per extrau. Bonifacij VIII. aucta per Greg.XIII.intelligitur nō ſolum id, quod à Sede Apoſtolica obtinetur per breuia Apoſtolica, verū etiam, quod per ſignaturam, aut ſolo verbo, viuæ vocis oraculo, concedi ſolet. Nauarr.comment.tom. 3.de dat.& accept. notab.17. num.29.Azor.3.p.lib.12.cap. 24.quæſ.6. Auth. ib.d. 10.q.2. p.8.§.incidens.n.2.

H

HABITVS Clericalis.

Habitum clericalem Clericus in maioribus non deferens, abſque iuſta cauſa, & per longum tempus grauiter peccat. Reginald.lib.40.num.10. Nauarr. comment. 4. de regul. Auth. to. 1.de Sacram.d. 8.q. vnic.p.vlt.n. 3.

Habitum, & ſtatum clericalem aſſumens poſt patratum delictum, abſque fraude; eſt puniendus à Iudice Eccleſiaſtico Prol. verb. clericus nu.6. Gomez.var cap. 10. Auth. t.2.de legib.d.10.q.2.p.1.§.1. nu. 16. & cum fraude ſubijcitur Iudici ſeculari, ſolum quo ad pœnas pæcuniariā, non verò, quo ad corporalem.Auth.ib.num. 18.

Habitum dimittens clericalem ex impotentia, vel alia iuſta cauſa, non peccat, nec ammittit priuilegium. Auth.ib.§.4. num.16.

Habitum dimittens aliquoties, non perdit priuilegium fori Suar.de cenſur.diſp.22.ſect.1. num.11.& ita cenſuit S. Congre-

gregatio, vt in meis deciſ. 606 num. 7. iu prax. cleric. illumq; dimittens ſi fuerit clericus in minoribus, nō gaudet, quamuis non admoneatur, ſi verò fuerit in Sacris, vel beneficiū habuerit, erit ter monendus à Iudice Eccleſiaſtico. Auth. ib. num. 14. & 15.

Habitus clericalis erit iuxta religionis inſtitutum, & locorū conſuetudines, clar. lib. 5. cap. 36. num. 11. Farin. de inquiſ. q. 8. num. 68. auth. ib. n. 17.

Habitum religionis dimittendi facultas, per ſe ſpectat ad Sūmum Pontificem. Nauarr. de apoſt. conſ. 70. num. 8. & ſeq. Suar. tom. 4. de relig. lib. 1. ca. 5. num. 16. & 17. auth. tom. 2. de clauſ. q. 2. p. 2. n. 31.

Habitum religionis, ille religioſus dimittere dicitur, (vt in excōmunicationem incidat) qui ita deponit ad ſic incedēdum; vel ad ſe occultandum, vt eo depoſito nequeat religioſus dignoſci. auth. ib. n. 2.

Habitus religionis à religioſo omni loco, & tempore ſaltim ex honeſtate, eſt deferendus. Nauarr. in man. cap. 27. num. 131. Silu. verb. excommunicatio. q. caſu 24. num. 52. auth. ib. num. 3.

Habitus non poteſt dimitti à religioſo exiſtente extra monaſterium cum licentia ſui ſuperioris. auth. ib. q. 2. p. 1. n. 5.

Habitum deferens religioſus, quamuis fugiat à monaſterio, non afficitur excommunicatione, iure communi. Sanch. in oper. moral. lib. 6. cap. 8. num. 48. auth. ib. p. 2. n. 4.

Habitum non in totum dimittens, ſed in partem, ita, vt nō poſſit pro religioſo cognoſci, afficitur cenſura. Suar. de cenſur. d. 23. ſect. 4. num. 8. verb. ex his. auth. ib. n. 8.

Habitum nonitiorum (quem diuerſum à profeſſis geſtāt nouitij) induens profeſſus, incidit in excommunicationem. Auth. ib. n. 9.

Habitum religionis (alijs veſtibus ſuperpoſitis) occultās religioſus efficitur excommunicatione. Auth. ib. n. 10.

Habitum dimittens religioſus; nō aufugit excommunicationem, etiā ſi habeat animum illum iterum aſſumendi. Auth. ib. n. 19.

Habitum ſuæ religionis dimittens religioſus promotus ad beneficium parrocchiale; incidit in excommunicationē. Auth. ib. n. 25.

Habitum dimittens religioſus creatus Epiſcopus, vel Abbas cum dignitate, quaſi Epiſcopali habēs propriā dioceſim nulli Epiſcopo ſubiectam non incurrit. auth. ib. nu. 26 & 27.

Habitum dimittens religioſus ad Cardinalatum euectus nō

afficitur excommunicatione. Auth.ib.n.29.

HAERES.

Hæredes neceſſarij dicuntur,qui non poſſunt priuari in totum hæreditate, quales ſunt filij, vxor,parentes, &c. non neceſſarij dicuntur,qui licet ſuccedant in hæreditate ab inteſtato, tamen priuari poſſunt. Auth.t.2.de reſtit. & cõtract. d.2 q.vlt.ſect.2.p.vlt.n.1.

Hæres tenetur ad pęnam incurſam per defunctum. Sal. diſp. 15.ſect.7.num.106. Auth.t.2. de legibus. d.1.q.1. p.7.§.2.n. 35.non tamen obligatur hæres iurantis iuramento defũcti.Auth.ib.d.4.q.1.p.15.n.3.

Hæres, qui non confecit inuentarium, non tenetur in conſcientia ad ſoluendum creditoribus teſtatoris vltra vires hæreditatis. Silueſt. verb. lex. quæſ.9.Ang.eod.verb.num.4. Auth.ib.d.1.q 1.p.7.§.3. n. 8.

Hæres tenetur ſoluere vota realia defuncti, ſalua legitima portione.Nauarr.cap. 12.nu. 56.Silueſt.verb.votum il 2. q. 11, Auth. ib. d.4.q.2.p.5.§.2. num.4.& hoc adita hæreditate.Silueſt.vbi ſup.quæſ.11.auth.ib.num.6.& hęres, qui dubitat an defũctus votum reale perſoluerit, tenetur illud adimplere. Auth.ib. num.17.

Hæres tenetur ad debita teſtatoris. l. hæres. in omne. ff. de acquir.hæred. ac etiam ad legata tenetur.l.lucius.de leg.2 Nald.in Summ.verb.legatum num.4. Auth.ib.de reſtit.d.3. q.vlt.p.vlt.n.1.& 4.

HAERESIS.

Hæreſis eſt voluntarius error intellectus; cum pertinacia contra aliquam fidei veritatem.Sanch.in Summ.lib.2.ca. 7.num.14. Auth.t.1.de cenſur.d.2.q.5 p.1.n.1.

Hæreſis committitur à chatecumeno negante aliquem fidei articulũ,ſed ab eo non incurritur cẽſura,ſicut nõ incurritur à fictè, vel inualidè baptizato.Caetan. 2.2.q.10.art. 5.Tolet.in Summ.cap.3.lib.4 num.5.Sayr.lib.3.cap.6.num. 1. & Hæreſis committitur, ſi quis dubitauerit in rebus fidei.Silueſt.verb. hæreſis. q.5. & ſic etiam ſi non crediderit aliquem articulum,ſibi ſpecialiter reuelatum, ac etiam erit hæreſis, ſi quis negarit Chriſtum eſſe riſibilem. Sanch lib. 2.cap.8. num. 12. non tamen erit hæreſis,ſi quis errans circa res fidei,eſt paratus corrigi,cognita veritate. Auth. ib. d.num.2.vſque ad 7.

Hæreſim committens, nõ tenetur ante ſententiam bona fiſcò tradere. Auth. t. 2.de legib.d.1.q.1.p.7.§.2.n.20.

Hæretici non habent fidem ſupernaturalem. Cõc. Trid.ſeſſ. 6.cap.

6.cap.15.S.Thom.2.2.q.5.ar. 3.Auth.ib.d.3.q.2.p.1.num. 10,

Hæretici poſſunt cogi ad ſuſcipiendam veram fidem. S.Th. 2.2.q.10.art.8. Auth. ib.p.7. num.1.

Hæretici non gaudent immunitate Eccleſiaſtica. Auth. ib.d. 3.q.7.§.3.n.2.

Hæreticorum libros legens, aut retinens;aut alterius cuiuſuis authoris damnatos, atque prohibitos ob ſuſpitionem hæreſis,aut falſi dogmatis; incurrit excommunicationem nulli reſeruatã; quæ poterit abſolui à quolibet confeſſario ; ſed ſi continerent hæreſim,aut tractarent de religione, quamuis legerentur, vel detinentur, aut imprimerentur,curioſitatis gratia, incurritur excommunicatio Papæ reſeruata. Auth.to. 1.de cenſur.d.2.q.5.p.4.n.2.& 7.

Hæreticorum libros legens ex ignorantia craſſa,& affectata, non incurrit excommunicationem.Sanch.lib. 2. cap. 10. num.38 idem Sanch.l.cit. nu. 32.& vt ligetur excommunicatione debet per ſe ipſum legere, nec ſufficit ſi ab alio audiat,vel memoriter recitet. Durand.q. *48*. & idem erit ſi oculis tantum percurreret. Graff.1.p.deciſ.lib.4. cap.17. nu.*45*. ac etiam excuſatur ob paruitatem materiæ. Graff. loc.cit. num.*45*.Sayr. lib.3.de excomm.cap.5.num. 12. Ad incurrendum tamen, non requiritur, vt legentes intelligant,quid legant.Sanch.lib.2. cap.10.num. 51. & legens libros tractãtes de magica arte,non continentes hæreſim; non incurrit excommunicationem.Azor.ca. 16. q.2.Durand.q.43.& 45. & vt ligetur excommunicatione requiritur, vt liber contineat hæreſim, vel tractet de religione, etiam ſi hæreſis ſit deleta. Sanch.lib.3.c.5.n. 12. & legẽs libros hæreticorum nondum typis mandatos non incurrit. Sanch.n.24.ſecus ſi non legeret librum,ſed tantum aliquã breuem compoſitionem in qua ſit inſertus aliquis hæretici error. modo illa compoſitio non excedat folium, nec dicatur liber, nec ſit pars libri. Auth.ib.per tot.

Hæreticorum libros retinens, adhuc incurrit excommunicationem.Graff.p.1.deciſ.lib. 4.cap.18.Sanch.num.52.&ſic etiam dictos libros imprimẽs vel concurrens ad impreſſionem.Sayr.lib.3.ca.5. Suar. de cenſ. d.21. ſect. 1. ita pariter dictos libros defendens.auth. ib.in p.7.prædicto.

Hæreticorum filij ſunt irregulares,vſque ad ſecundam gene-

rationem per lineam paternam, & vſque ad primam per maternam.cap. ſtatutum il.2. de hæretic. modo eorum parentes mortui ſint in delicto hæreſis, & non fuerint conuerſi;Sayr lib.6.cap.10. num. 4 & hæreticorum filij ſunt irregulares, etiam, quod nati ſint ante lapſum parentis in hæreſim.Couarr.var.cap.8.n. 5.Auth.ib.d.7.q 3.p.7.num.9 & 10.

Hæretici, & eorum fautores ſunt irregulares, etiam ſi ſint occulti. cap. ſaluberrimum q. 1.cap.2.de hæret.in 6.Tolet. lib 1.cap.64. non tamen erit irregularis, qui interius benè ſentit de fide. Farin. de hęreſ. q. 92. num. 73. Suar.diſp.43. ſect.2.quę irregularitas diſpēſatur à Summo Pontifice tantum.Tolet.lib.1.cap.46.nu.7 Auth.ib n.1.2.& 12.

Hęreticus afficitur pœna amiſſionis bonorum,& excommunicationis,&c.ſi hęreſim verbis,aut ſignis ſufficienter manifeſtat.cap.ad abſoluendam, & cap.excommunicatus, de hęretic.quę pœna non tamen incurritur ab hęretico purè mentali,nec incurritur quando iſte non aperit caput Eccleſię, ſecus ſi non aperit caput,quando hoſtia à Sacerdote eleuatur; & hęreticus exprimens verba equiuoca, aut amphibologica, etiā incurrit excommunicationem. Suarę tom.5.de cenſur.d.4. ſect.3. n. 17. & vt incurratur excommunicatio prævenire debet manifeſtatio ab interna hęreſi. Auth.ib.de cenſur. d. 2.q.5. p.2.à.num.1.vſque ad 8.

Hæreticus eſt denunciandus iure communi,ſub mortali. cap.2. de hęretic extat Bulla Innoc. IV. incip.nouerit.Tolet.lib.4 cap.5. num. 1.etiam ſi ſit occultus;Decian.tract.crim.lib. 5.cap.30. num. 4. etiam ſi ſit coniunctus ſtrictiſſimo vinculo conſanguinitatis, etiam ſi fuerit emendatus.Suar.de fid. diſp.20.ſect.4.num.13.Non tamen incurritur excommunicatio ipſo facto, ſi non denuncietur.Auth.ib.de tractat. var. d. 6.p.2.num.1. 2.3.4.& 12.

HERMOFRADITVS.

Hermofraditus, in quo prędualet vnus ſexus, poteſt matrimonium inire iuxta ſexum,qui in ipſo prævalet.Bald.in l. quęritur.num.10.de ſtat,hom. & ſi vterque eſt ęqualis, parochus non poteſt aſſiſtere in matrimonio. Molin. de irreg. lib.3. cap.27.num.16.Auth.t.1.de magn.matr.Sacr.q.3. p.13.n. 26.& 30.

Hermofraditus erit iudicādus à Medicis,vel matronis peritis in quo ſexu prędualeat, & in-du-

dubio ſtandum erit aſſertioni ipſius hermophroditi. auth. ib.n.28.

Hermaphroditus, in quo vterq; ſexus eſt equalis, facta ſemel electione ſexus, & cum tali electione contracto matrimonio,non poteſt ſexum,abſque graui peccato variare; ſed ſi mortuo coniuge mutaret electionem, & contraheret matrimonium ſecundum aliam ſexum,valeret matrimonium, quamuis grauiter peccaret. auth.ib.n.29.

Hermofraditus ſi pualet in ſexu feminino,non poteſt ordinari.Valent.to.4.p.9.q. 4. pũct. 1.Suar.tom.2.diſp. 51. ſect.2. auth.ib.de Sacr.d.8.q.vnic.p. 5.num.6.

Hermofraditus eſt irregularis, quando eſt particeps maſculini,& fœminei ſexus.ca ſi teſtes.4.q. 2. nec poteſt profeſſionem facere. Nauarr.conſ. 47.de regul. Vgolin. de irregul.cap.48.§.1.num. 4. auth. ib.de cenſur.d. 7. q.2.p.2.nu. 12.& 13.

HOMICIDIVM.

Homicida non ſatisfacit,dicendo in confeſſione ſe aliquem percuſſiſſe. Auth. to. 1.de Sacram.d.5.q.5. ſect. 2.p.2.§.3. difficul.3.num.18.

Homicidium vxoris impedit, ne maritus poſſit aliam ducere, ſecus ſi vxor occidit virum, Guttier. cap.88.n.4.de matr. auth.ib. de magn. matr. Sacr. q.3.p.14.n. 4.

Homicidium dirimens matrimonium, non ſolum inducit impedimentum, quando vir occidit vxorem,verum etiam, quando vxor occidit virum, quod ſecus eſt in homicidio tantummodo impediente, vt ſupra.auth.ib.p.15.

Homicidium Sacerdotis inducit impedimentũ impediens matrimonium, modo homicida fuerit de homicidio conuictus in iudicio. Silu matri.7.queſt. 19.Nauarr.ca.22.num. 74.auth.ib.n.18.

Homicidium voluntarium ſimpliciter,dicitur illud,quod intenditur ab agente rectè; & ſecundum quid dicitur, quod licet non intendatur in ſe directè explicitè, & in actu ſignato,tamen reputatur intẽtum in actu exercito. Suar. d. 44 ſect. 1.num.4. Tolet.lib.1. cap.62.num. 10. auth.ib.de cenſur.d.7.q.4.p.8.n.1.

Homicidium caſuale dicitur, q non eſt formaliter intentum. Eman.Sà verb.homicidium. num.4.Gomez. var.cap.3.nu. 15.auth.ib.num.2. & aliud dicitur ſimpliciter, & omnino caſuale, & aliud non ſimpliciter,nec omnino caſuale. Non ſimpliciter,nec omnino caſuale,dicitur, quod licet directè ſit

ſit caſuale, nihilominus indirectè,& ſimpliciter eſt voluntarium. Omninò caſuale dicitur,quod non eſt volitum directè,vel indirectè in ſe, vel in cauſa.Suar.d. 47.ſect.6.nu. 1. Molin. tom.4. tract.3.diſp. 71.& 77.Auth.ib. p.7.n.1.

Homicidium in Eccleſia committens, non gaudet immunitate Eccleſiæ per conſtit. Greg. XIV.Ambroſ.de immun.cap. 4.ſect.1.tom.2.ſecus autem ſi exiſtens in Eccleſia occideret exiſtentem extra Eccleſiam. Auth.t.2.de legib.d.3. q.7.§.4 n.7.& 8.

HONOR.

Honoris nomine in præcepto decalogi,intelligitur actus interior, vel exterior honorantis,quo honorans teſtatur, & indicat reuerentiam,& præeminentiam eius, qui honoratur. S.Thom.2. 2.q.63.art.3. Sot.lib.2.de iuſt.q.4.art.5.auth.t.2. de legib.d.6.q.vn p.1. num.1.

Honor eſt exhibendus à filijs parentibus,& è cõtra.S.Anton. 1.p.tit.14.cap. 4. Molſeſ.in Sũm.de præcepti.decal.tract. 2.cap.18.n.19.auth.ib.n.3.

Honor,& adoratio differunt, nã adoratio eſt actus prꝑſtantior honore,ſeù cultu ciuili,&omnis,qui adorat, honorat, non autem omnis, qui honorat, adorat. Auth. ib.d.3.q.1.p.1. n.2.

Honor differt à fama, nam eſt actus, quo quis teſtatur, & manifeſtat verbis, vel ſignis externis opinionem, quam habet de alterius excellentia. Nauarr.lib.2.c.4.nu.6. Clau. reg.lib.11.cap.3.num.4.auth. ib.de reſtit.d.2.q.4.p.1. num. 4. fama verò eſt bona opinio communis de aliquo, circa aliquod ipſius bonum. Auth. ib.n.eo.

HORAE CANONICAE.

Horæ canonicæ materialiter sũptæ,nihil aliud ſunt, quã quædam preces, & laudes ab Eccleſia inſtitute, ad laudandum ore Deum ſingulis diebus certis,ac definitis horis. Formaliter vero, vt ſunt actus orationis,nihil aliud ſunt,quam actus,quidam religionis, quo non ſolum Deus laudatur,verum etiam explicatur deſiderium Eccleſiæ, & à Deo, vel Sanctis petuntur res decentes.Auth.t.1.de hor.canon.d. 1.q.1.p.1 n.1.& 6.

Horarum,& miſſæ præcepto eodem tẽpore ſatisfieri poteſt. Azor.1.par.lib.10.ca. 12.quæſt. 10.Caet.2.2.q.83.art. 13.Auth.ib.d.1.q.3.punct.2.§.2. nu. 14.

Horarum ordinem non ſeruans, peccat venialiter, id faciendo aduertenter. Auth.ib.p.4.n.2. ac etiam non ſeruans ordinẽ horarum iuſta de cauſa, non pec-

peccat. Silueſt. verb. hora, quæſ.9. Tolet. lib.2. cap.13.n. 4. Auth. ib. num.3. & ita etiam ſi de iuſta cauſa peruerterit ordinem ipſius horæ, vt recitans Pſalmum ante hinnum, non peccat grauiter. Silueſt. vbi ſup. Armill. eod. verb. num. 25. Auth. ib. n.5. verum ſi ſpōte permutauerit recitando de Sancto, dum recitandæ eſſent de feria, peccat mortaliter. Garz. tom. 1. p. 3. cap. 1. num. 150. de benefic. Molfeſ. tract. 5 cap.2. num. 50. Auth. ib. d.1. q. 3. p.1. n.17.

Horæ canonicæ ſunt recitandæ, iuxta ritum Breuiarij Romani reformati à Pio V. ex Bulla Clem. VIII. in princ. Breuiar. Auth. ib. num. 1. licet poſſent aliter recitari, ex priuilegio, vel legitima interueniente cauſa. Auth. ib. n.2.

Horæ canonicæ, dum à pluribus recitantur, ſunt recitandæ alternatim. Suar. to.2. de relig. lib.4. cap.25. num. 2. Molfeſ. tract.5. cap.2. num. 17. Auth. ib. p.2. n.10.

Horæ canonicæ in choro ex obligatione, ſunt recitandæ. auth. ib. d.2. q.1. p.1. n.1.

HOSTIA.

Hoſtia grandior nō confert maiorem gratiam ſuſcipienti. S. Thom. 3. p. q.79. art.7. Viuald. de Euchar. cap.11. num.3. auth. ib. de Sacr. d.4. q.1. p.4. n.4.

Hoſtia corrupta, non eſt materia Euchariſtiæ. Summ. coron. de Euchar. num.20. Henriq. lib.8 cap.12. num.1. Auth. ib. q.2. p. 2. num.5. in fin.

Hoſtia exiſtens à tergo, vel à pariete, non poteſt conſecrari. Summ. coron. num.26. loc. ci. Suar. diſp.45. ſect.5. Auth. ib. p.6. n.6 & 7.

Hoſtia non poteſt à multis conſecrari. Henriq. cap.54. num.1 in fi. Suar. diſp.61. ſect.4. auth. ib. d.4. q.5 p.1. n.3.

Hoſtia venenata, non debet ſumi. Eman. Sà. verb. miſſa. num. 36. Henriq. cap.35. num.4. auth. ib. q. vlt. p.10. n.9.

Hoſtia in calicem cadente, abſq; iteratione, perfici debet miſſæ Sacrificium. Henriq. cap.37. n. 5. Auth. ib. n.17.

Hoſtia delata ab ipſo celebrante ad altare, conſecratur, ſine alia intentione. auth. ib. d.1. q. 3. p.2. §.3. n.13. ſi verò inſcio celebrante fuerit delata, non conſecratur. Auth. ib. d.4. q.2. p.5. n.8.

Hoſtiæ particulas reperiens Sacerdos, debet eas ſumere poſt ſumptionem Euchariſtiæ, & ſanguinis, vel etiam poſt ablutionem. Naoarr. cap.25. num. 8. Silueſt. verb. in.1. n.3. Auth. ib. d.4. q.6. p.2. n.16.

IDO-

I

IDOLATRIA.

IDolatria dicitur ab idolo, quod eſt effigies alicuius falſi numinis. Azor. 1. p. lib. 9. cap. 11. quæſ. 2. & dupliciter accipitur, impropriè pro quolibet peccato, & propriè pro cultu alicuius creaturæ. Auth. t. 2. de legib. d. 3. q. 5. p. 2. n. 1. & 2.

Idolatria propriè dicitur peccatum, quo honor, ſeù cultus Dei debitus tribuitur creaturæ. S. Thom. 2. 2. q. 94. art. 1. & eſt peccatum grauiſſimum. Auth. ib. p. 3. n. 3. & 4.

IEIVNIVM.

Ieiunium Eccleſiaſticum (omiſſis alijs eius ſpeciebus) eſt volũtaria abſtinentia à cibo iuxta præceptum Eccleſiæ, vel receptam conſuetudinem. Auth. t. 2. de legib. d. vlt. q. 1. p. 1. n. 4.

Ieiunium eſt obſeruãdum ab eo, qui compleuerit 21. annum. Sanch. lib. 4. de matr. diſp. 24. num. 23. & in Summ. lib. 1. ca. 12. num. 13. Auth. ib. p. vlt. n. 6 & non ligantur dubitantes, an compleuerint 21. annum. Auth. ib. n. 16.

Ieiunij tempore eſt abſtinendũ à carnibus. Azor. lib. 7. cap. 10 quæſ. 6. & nomine carnium intelliguntur illæ, quæ à piſcibus contra diſtinguntur, ac etiam erit abſtinendum à lacticinijs. Azor. loc. ci. q. 5. Auth. ib. q. 3. p. 2. n. 1. & 2.

Ieiunij tempore licita eſt in veſperis refectiuncula. Nauarr. cap. 21. cum. 13. & 14. Formill. verb. ieiunium. num 1. & multoties comedendo ſemel tantum peccat. Eman. Sà. verb. ieiunium. num. 12. Auth. verum poterit prãdium reaſſumere, qui illud ob negotia interrũpit animo continuandi. Auth. ib d. vlt. q. 5. p. 3. num. 2. 7. & 10.

Ieiunij erit ſumenda refectio circa meridiem. Silu. verb. ieiuniũ num. 14. Azor. cap. 11. lib. 7. quęſt. 5. Sed nõ peccatur mortaliter anticipando per vnam, vel duas horas, etiam quod hoc faciat, abſque iuſta cauſa, nam circunſtantia temporis, non eſt de intrinſeca ratione ieiunij. Auth. ib. p. 4. per tot.

Ieiunium ommictens aliquo die, in quem incidant tempora ſimul, cum vigilia alicuius Sancti. Vnum tantum peccatum commictit. Azor. tom. 1. l. 4. c. 4. q 6. Cleu reg lib. 2. cap. 5. n. 14. & 15. auth. ib. d. 2. q. 4 p. 3. n. 10.

Ieiunium nõ violatur ab eo, qui ſępius bibit, vt famem expellat. Azor. d. cap. 10. quęſ. 7. in fi. Reginald. lib. 4. num. 153. Auth. ib. d. vlt. q. 1. p. 1. n. 6.

Ieiunium non poteſt per alium adim-

adimpleri. Azor. 1. p. lib. 7. cap. 1. quęſ. vlt. in fi. Reginald lib. 4. num. 137. auth. ib. p. 6. n. 2.

Ieiunium vouens, tenetur ad illud, iuxta ſuam intentionem. Azor. & Regin. loc. cit. auth. ib. n. 4.

Ieiunium, quod ſeruatur per cõſuetudinem alicuius oppidi, non obligat religioſus, ſi ſit introductum per conſuetudinem particularem. Silu. verb. ieiuniũ. q. 2. Secus vero ſi per generalem. Reginald. lib. 4. n. 135. auth. ib. num 5. nec tenẽtur religioſi ad ieiunia inducta ab Epiſcopo. Azor. loc. cit. & ſic etiam, nec obligat peregrinos, ibi confugientes, niſi ibi ſteterint pro maiori parte anni. Azor. lib. 7. cap. 19. q. 4. auth. ib. n. 6.

Ieiunij relinquendi cauſę ſunt, impotentia, infirmitas, & cõualeſcentia, fœminę grauiditas, ætas ſeptuagenaria, paupertas, pueritia, adoleſcentia; & grauis labor, ac propterea excuſantur à ieiunio Fabri, agricolæ, &c. teſtatores, piſtores, ſutores conficientes calceos, viatores per longum ſpatium itineris, ſi ſint pedeſtres; non tamen Barbitonſores, ſartores, & ſcholares. auth. ib. p. vlt. per tot.

Ieiunij diſpenſatio dum cauſa dubia eſt, per ſe loquẽdo, cõcedi poteſt ab Epiſcopo. auth. loc. cit. nu. 17. licet. Azor. qui plures refert lib. 7. cap. 18. q. 3. putet poſſe concedi à parrocho reſpectu laicorum, & prouinciali, ſeu guardiano reſpectu religioſorum; Verum Epiſcopus non poterit ieiunium, iure communi impoſitum, auferre, ſicut, nec Concilium Prouinciale. Caet. verb. ieiunium cap. 3. Silu. q. 7. auth. ib. num. 18.

Ieiunij ignorantia, vel dubium excuſat à peccato, ſi frangatur ieiunium. auth. ib. d. 2. q. 2. p. 3. n. 5.

IGNORANTIA.

Ignorantia Iuris eſt, quando neſcitur prohibitio, à Iure facta. Facti vero, quando adeſt ſciẽtia iuris, ſed ignoratur factum, quod prohibetur in dicta lege. auth. t. 1. de cenſur. d. 1. q. 2. p. 1. n. 1.

Ignorantia Iuris communis eſt, quando ignoratur lex vniuerſalis; particularis eſt, quando ignoratur Ius obligans particulares in aliquo territorio. auth. ib. n. 2.

Ignorantia vincibilis eſt, quæ vinci potuit, ſed ignorans nõ adhibuit iuxtà qualitatem negotij ſufficientem diligentiã. Ignorantia inuincibilis; ſeu probabilis eſt illa, quæ vinci non potuit. Ignorantia vincibilis diuiditur in affectatam, quæ contingit, quando quis eligit

neſcire preceptum, vt liberius peccet, ac in craſſam, & ſupinam, quæ appellatur, ēt vincibilis à Suar. de cenſ. d 4. ſect. 8 num. 5. Auth. ib. num. 4.

Ignorantia probabilis, tam Iuris communis, quā particularis, excuſat à cenſuris incurrendis. cap. 2. de conſtit. in 6. Nauarr. cap 27. num 16. Henriq. lib. 3. cap. 23. auth. ib. num. 6. ac etiam ignorantia probabilis facti, aut qualitatis facti, excuſat à cenſuris incurrendis. Molin. tom. 4. diſp. 53. nu. 1. Sal. de leg d. 19. ſect. 9. num. 110. auth. ib. nu. 8. & ideo occidens clericum, putans eſſe feram, excuſatur. auth. ib. n. 9.

Ignorantia verò vincibilis, & culpabilis, facti, vel Iuris, quæ craſſa eſt, ſicut non excuſat à mortali, ita nec à cenſuris. Suar. to n. 5. d. 4. ſect. 10. num. 10. Auth. ib. n. 10.

Ignorãtia etiam affectata excuſat ab incurrenda cenſura. auth. ib num. 11. & à fortiori ignorantia craſſa, vel ſupina, excuſabit à cenſura incurrenda ferenda contra eos, qui præſumpſerint, vel temerè fecerint. Auth. ib. num. 12. ac etiam ignorantia comitans excuſabit. Vaſq. 1. 2. q. 76. art. 3. Molin. d. 53. num. 2. tom. 4. Auth. ib. n. 14.

ILLEGITIMVS.

Illegitimus dicitur is, qui natus eſt ex illegitimo matrimonio. Couarr. cap. 1. & 2 de ſpōſal. & quamuis ſit occultus eſt irregularis. ca. 1. de fil. præsbyt. & peccat mortaliter recipiēdo ordines, abſque diſpenſatione, nullam tamen pœnam incurrit. Nauarr. cap. 27. num. 96. auth. t 1. de cenſur. d. 7. q. 2 p. 3. n. 1. 2. 12. & 13.

Illegitimus fit legitimus per ſubſeqnens matrimonium. Garz. de benefic. 7. p. cap. 1. num. 28. quamuis fuerit contractum, poſtquam filius fuit promotus ad ordines Sacros. auth. ib. n. 6. & 8.

Illegitimus legitimatur. Primo perPontificem. cap. venerabilem, qui fil. ſint. leg. Secundo, per profeſſionem. Nauarr. loc. cit. num. 207. Suar. d. 50. ſect. 5 §. 3. Tertio, per dinſpēſationem. auth. ib n. 14.

Illegitimus diſpenſatus ad ordines, non dicitur diſpenſatus ad beneficia. Couarr. p. 2. cap. 8. §. 8. auth. ib. num. 14. verſ. aduertendum eſt.

Illegitimus diſpenſatur ab Epiſcopo, quo ad ordines minores, vel ad beneficia ſimplicia. Suar. loc. cit. ſect. 5. auth. ib. n. 15. Sed nō poterit, abſq; Sūmi Pontificis diſpenſatione fieri Abbas, vel Prior. Sayr. lib. 7. c. 13. num. 9. Nauarr. cap. 27. nu. 201.

201.auth.ib.d.7.q.5.p.2.n.4.

IMMVNITAS.

Immunitas Eccleſiaſtica eſt cōceſſa ſolum Eccleſijs Chriſtianorum.cap.minor.cap.definiuit,& c.nullus.17.q.4. & cap. inter alia,de imm. Eccleſ. extat.Conſt.Gregor.XIV. & eſt introducta Iure Eccleſiaſtico. auth. t.2.de legib.d.3.q.7.§.1. num.1.

Immunitas Eccleſiaſtica competit Eccleſijs tantum benedictis,etiam ſi in eis non fuerint celebrata diuina officia. Silu. & Ang.verb.Eccleſiæ, & quãuis pollutis, & interdictis, quamuis dirutis. Ambroſ.de imm.cap.10.num.3.ac monaſterijs,tam regularibus,quam ſecularibus.Couarr. 2.var.ca. 20. num. 4. Palatio Epiſcopi, modo ſit conſtructum intra 40.paſſus Eccleſiæ ſuæ. Farin. de carcer.& carcerat.q.28.n. 38.Competit etiam oratorio authoritate Epiſcopi conſtructo.Panor.cap. vlt. de cenſ.n. 4.Clar.lib.5.q.30. num. 7.auth.ib.§.2.per tot.

Immunitas prodeſt, tam in caſibus ciuilibus , quam criminalibus;exceptis caſibus in Iure expreſſis , & ideo debitores gaudēt immunitate Eccleſiaſtica.Farin loc.cit.nu.32. Couarr lib. 2. var. cap.20.nu.14. Blaſphemi gaudent,& adulteri,ſecus verò publici latrones depopulatores agrorum , cōmittentes homicidia,& mutilationes intus Eccleſias,ac etiã proditores,aſſaſſinij,hæretici, & rei criminis leſę Maieſtatis. Auth,ib.§.4.per tot.

INCESTVS.

Inceſtus eſt congreſſus cū perſona cognata,intra gradus, in quibus non poteſt celebrari matrimonium , & eſt grauiſſimum peccatum mortale. S. Thom.q.154.art.9. & omnes inceſtus ſunt eiuſdem ſpeciei. Caet.2.2.q.154.art.9. auth.t. 1.de magn.matrim.Sacram.q. 4.p.16.n.1.3.& 5.

Inceſtus , gradus eſt exprimēdus in confeſſione. Suar.de pœn. d.22.ſect.3.num. 7. Clau. reg. lib.8.cap.4. num. 3. auth. ib. num.6.

Inceſtus non committitur, quãdo confeſſarius copulam habet cum pęnitente.Azor.3.p. lib 3.c.9.q.5. Eman. Sà. verb. confeſſio.num. 26.auth. ib. n. 7 niſi copula ſequeretur inter baptizatum, & baptizantem, auth.ib.n.8.

Inceſtus ſaltim duos parit effectus;primus eſt,vt ille,qui cōmiſit inceſtum, non poſſit petere debitum à ſua coniuge. Secundus,vt poſt mortē vxoris, non poſſit aliam ducere, Clar.lib. 5. §. inceſtus. Boer. deciſ.18.auth.ib.n.10.

INDVLGENTIA.

Indulgentia eſt relaxatio pœnæ temporalis, debitæ pro peccatis actualibus, iam dimiſſis, conceſſa homini exiſtenti in gratia à Prælato per applicationem theſauri Eccleſiaſtici. Cordub. de indulg. q. 1. auth. t. 1. de Sacram. d. 6. q. 1. p. 1. n. 1. Duplexque eſt, plenaria, & temporalis, plenaria, eſt qua remictitur tota pœna; temporalis, qua remictitur nõ tota, ſed tanta. auth. ib. p. 2. n. 1. & nõ differt indulgẽtia plenaria à iubileo. Tolet. lib. 6. c. 24. n. 2 Valent. tom. 4. d. 7. q. 20. p. 3. auth. ib. n. 5.

Indulgentia ſupplet ſatisfactionem à confeſſario iniunctam, & ideo non remictit peccata, quo ad culpam, ſed tantum, quo ad pœnam. auth. ib. d. 5. q. 5. ſect. p. 4. n. 7.

Indulgentia remictit pœnam debitam peccatis, ante, & poſt illius conceſſionem commiſſis. Nauarr. de indulg. not. 34. num. 34. auth. ib. vbi ſup. d. 6. q. 1. p. 1. n. 2.

Indulgentia non prodeſt exiſtẽti in peccato mortali. auth. ib. num. 2. & illa obtinetur etiam ſi aliqua opera in peccato mortali præſtẽtur. Suar. d. 52. ſect. 2. num. 7. Graff. de indulg. c. 5. n. 48. auth. ib. p. 5. n. 10. & 11. & vt obtineatur neceſſe eſt quod præſtentur ea, quæ præſcripta ſunt à ſuperiore in conceſſione indulgentiæ. S. Thom. in addit. q. 27. artic. 3. Nauarr. de indul, not. 19. num. 1. auth. ib. nu. 14. immo ſi aliquid leue omictéretur, obtineretur indulgentiam. auth. ib. n. 21.

Indulgentia conſequi poteſt ſæpius eodem die, ſi conceſſa ſit abſque temporis determinatione S. Thom. in addit. q. 25. ar. 2. ad quartum. Tolet. lib. 9. cap. 28. in fin. auth. ib. n. 32.

Indulgentia; quamuis plenaria, cõceſſa pro defunctis, prodeſt illis per modum ſuffragij, & non per modum iudicij, & authoritatis, modo applicetur exiſtentibus in gratia. auth. ib. p. 6. num. 4. Viuald. tit. 10. de purg. num. 27. Tolet. li. 6. cap. 27. nu. 1. & poterit applicari viuentibus, ab alijs fidelibus. Suar. diſp. 52. ſect. 7. n. 6. auth. ib. num. 12. niſi fuiſſet dictum, qui fecerit. auth. ib. n. 13. & pro defuncto accepta, tantum illi prodeſt, quantum prodeſſet accipienti. auth. ib. n. 14.

Indulgentia tantum valet, quantum ſonat. Graff. de indulg. c. 7. num. 2. Suar. diſp. 56. ſect. 3. auth. ib. p. 7. nu. 1. & ideo moriens accepta indulgentia plenariam ſtatim euolat ad cenſum. ib. num. 2.

Indulgentia non eſt ſtrictè inter pe-

petranda auth.ib.nu.3.contr. Suar.d.52.ſect.2.

Iudulgentię, tam diù durant, quamdiù concedens eas durare voluerit, & non vltra. Gloſ.in cap. noſtro. de pęnit. Graff.in addit.ad cap.8. auth. ib.p.8.num.1.& ſi fuerit ſimpliciter cõceſſa perpetuò durabit.Silu.verb.indulgentia. num.16.Ang.eod.ver. num.7. auth.ib.num. 2. & conceſſa alicui loco ſine limitatione temporis,tamdiù durat, quãdiù durabit locus.auth.ib.n.4 & non ceſſat, ceſſante cauſa, ob quam fuit conceſſa. Suar. d.57.ſect.2.num.14.Regin.li. 7.num.265.auth.ib.n. 9.

Indulgentia pro mortis articulo conceſſa, in pluribus mortis articulis accipi poteſt, & non expirat ſi ſemel accepta ſit.auth.ib.n.11.contr.Eman. Sà verb.indulgentia.num.5.& alios.

Indulgentia obtinetur, ab ignorante eius reuocationẽ. Silu. verb.gratia num.4.Eman.Sà. verb.indulgentia nu. 9. auth. ib.num. 8. & poteſt obtineri in mortis articulo à ſenſibus deſtituto ſi antea fecerit opus iniunctum, & petierit confeſſionem. Nauarr.loc.cit.nu. 12.auth.ib.num.13. & indulgentiæ ceſſant per reuocationem,etiam à ſucceſſore.Suar. d.57.ſect.51.&52.auth.ib.n.7

INFAMIA.

Infamia eſt frequens vox bonorum, & proborum virorum, quæ hominem de tali crimine rationabiliter ſuſpectum reddit.Sot.lib.5.de iuſt.q.6.art.2 concluſ.2.Caet.2.2.q.6.art.1. Auth t.2.de legib.d.10.q.2.p. 5.num.4.& t.1.de cenſur. d.7. q.3.p.1.n.1.

Infamia alia eſt Iuris, alia facti, Iuris contingit,quando committitur delictum, cui impoſita eſt à Iure canonico, vel ciuili.cap.omnis.1.q. 6. Sayr. lib.7.cap. 11. vel per diffinitiuam ſententiam Iudicis. Tolet.lib.1.cap.61. vel per confeſſionem criminis in iudicio; facti verò contingit, quando committitur delictum, quod infame cenſetur,apud graues, & honeſtos viros,quod debet eſſe notum maiori parti viciniæ.Garz.de benefic.7. p. c.8. num.12. Auth.ib.t.1.de cenſur.l.cit.n.2.& 3.

Infamia Iuris inducit irregularitatem. Nauarr. cap.27.num. 204.Suar.d.48.ſect.2.facti verò;facit quem irregularem, quandiù delinquens non fuerit emendatus: cap.infamis 6. q.1.Suar.loc.cit.Sayr. lib.7.c. 11.num.12.Auth.ib.num.4.5. & 7.

Infamia facti tollitur per emendationem, vt ſupra.Iuris Canonici, & Ciuilis auferetur à

Sum-

Summo Pontifice; & à Principe; poteſt auferri per Epiſcopi diſpenſationem, quatenus poteſt diſpenſare; tollitur etiam per baptiſmum. auth. ib. num. 6.

Infamia affectus inualidè recipit beneficium. Azor. 2 p. lib. 6. c. 7. q 3. Pariſ. de benefic. lib. 4. q. 3. auth. ib. n. 11. contr. Garſiam, & alios.

Infamans ſe ipſum non peccat mortaliter ex ſuo genere. Nauarr. cap. 18. num. 27. Eman. Sà verb. infamare. num. 1. Molin. tract. 4. diſp. 27. num. 3. niſi eius infamatio redundet in infamiam alterius. ſ. filiorum, &c. Sed ex cauſa rationabili licitum eſt ſua peccata manifeſtare. Nauarr. lib. 2. cap. 4. n. 113. Auth. t. 2. de reſtit. d. 2. q. 4 p. 10. per tot.

Infamator non tenetur ad reſtitutionem, quando infamatus recuperauit famam Leſſ lib. 2 cap. 11. dub. 17. nu. 98. Eman. Sà verb. reſtitutio. n. 30. auth. ib. p. 12. num. 1. & vide ſupra verb. fama.

INTENTIO.

Intentio eſt actus liber voluntatis in finem, & diuiditur tripliciter, Primo, in voluntatem faciendi actionem externam Sacramentorum, vt lauandi, proferendi verba, &c. Secundo diuiditur in habitualem, actualem, & virtualem; actualis eſt, quando, quis actualiter intendit, & vult conficere Sacramentum dum illud conficit; Virtualis, quæ poſtquam actualis præceſsit, adhuc virtualiter durat aliquo opere inchoato, virtute actualis intentionis, nec eſt moraliter interrupta per oppoſitam intentionem, aut per longam temporis moram interpoſitã. Habitualis eſt illa; qua, quis facit aliud ex habitu, nulla præcedente intentione. Auth. t. 1. de Sacram. d. 1. q. 5. p. 2. nu. 1. & 3.

Intentio ad conficienda Sacramenta eſt neceſſaria. S. C. T. ſeſſ. 7. cap. 11. de Sacr. Verum intentio proferendi verba; & exercendi actionem externã, non eſt ſufficiens. Sayr. lib. 2. de Sacr. cap. 4. q 1. artic. 2. Sed non requiritur intentio conferendi effectum ad conficienda Sacramenta. S. Thom. 3. p. q. 64. artic. 4. & ſufficit intentio faciendi, quod facit Eccleſia in materia baptiſmi. Sayr. lib. 1. d cap. 4. Verum intentio baptizãdi aliquem in vno die, quem poſtea, abſque intẽtione baptizat die ſequenti, non ſufficit, nec ſufficit intẽtio cõditionalis de futuro. Auth. ib. num. 4. 5. 6. 7. & 9.

Intentio ſaltim virtualis in ſuſcipiente baptiſmum, erit sẽper neceſſaria. Auth. ib. d. 2. q. 2. p. 6. n.

6. num. 15.

Intentio ſufficit virtualis in adminiſtrante Sacramenta, nec requiritur actualis. Auth. ib. vbi ſuprà d. 1. q. 3. p. 2. §. 3. nu. 11.

Intentio ſatisfaciendi præcepto miſſæ, non eſt neceſſaria. auth. ib. d. 4. q. vlt. p. 11. num. 22. & 23.

Intētio ſemel ſaltim interpretatiuè habita, eſt neceſſaria ſuſcipienti extremam vnctionē. Suar. diſp. 42. ſect. 1. nu. 6. Nauarr. cap. 22. num. 17. auth. ib. d. 7. p. 5. num. 3.

Intentio Eccleſiæ ſufficit in carente vſu rationis, ſuſcipiente ordines, ſed in adulto eſt neceſſaria ſaltim virtualis. auth. ib. d. 8. q. vnic. p. 5. n. 39.

Intētio eſt neceſſaria ad ſuffragiū alteri applicandum. auth. ib. d. 6. q. 2. p. 2. n. 2.

Intentio ſaltem implicita, & virtualis requiritur in oratione. Caet. 2. 2. q. 83. art. 3. Valent. tom. 3. diſp. 6. q. 2. p. 9. auth. ib. de hor. canon. d. 1. q. 3. p. 2. §. 2 num. 1. & etiam in recitatione officij. DD. cit. & Auth. ib. n. 3 quæ intentio includit attentionem. Auth ib. nūm. 19. Immò intentio generaliter habita orandi, modo conſueto includit attentionem. Auth. ib. num. 21. & intentio ſufficiens præſumitur in eo, qui ad Eccleſiam de more accedit ad recitandum officium. auth. ib. num. 24.

Intentionis defectus irritat formam Sayr. lib. 2. cap. 4. q. 5. auth. ib. vbi ſupra de Sacram. d. 1. q. 3. p. 2. §. 3. n. 14.

INTERDICTVM.

Interdictum; eſt Eccleſiaſtica cēſura, qua homo ſeperatur à perceptione quorundam Sacramentorum, à diuinis officijs, & a ſepultura Eccleſiaſtica. cap. non eſt nobis, de ſponſal. Auth. t. 1. de cenſur. d. 5. p. 1. n. 1.

Interdictum eſt triplex, locale, perſonale, & mixtum; locale eſt, quo directè interdicitur locus, ne in eo diuina officia audiātur abincolis, vel extraneis; perſonale, quo prohibetur populus, vel aliqua perſona particularis audire diuina officia, vbicunque ſit; Mixtum verò, quo interdicitur locus, & perſona. Nauarr. cap. 27. n. 166. Silueſt. verb. interdictum 1. q. 2. Auth. ib. n. 2.

Interdictum perſonale, & locale, eſt duplex, generale, & ſpeciale. Locale generale eſt, quādo interdicitur locus vniuerſalis, vt Regnū, Prouincia, aut Diœceſis, aut Ciuitas. Nauarr. num. 166. auth. ib. num. 5 Perſonale generale eſt, quando populus totius Regni, vel Ciuitatis interdicitur. auth. ib. n. 9. Speciale locale eſt, quando

rale,& incurritur etiam in excommunicationem; vt ex Bulla Cęnæ.caſ.2. Tertio per cõceſsionem literarum dimiſſorialium facta infra annum à cap.Sede vacante C.Tri. ſeſſ. 7.cap.8. Quarto,incurritur, per eos,qui dederunt cauſam culpabilem interdicto locali generali.Silueſt.verb. interdictu 4.quæſ. 2. Quinto ſi non obſeruetur Conſtitut. Ioann. XXI. circa fructus beneficiorum vacantium extrau. vnic. de Sed.vac.Auth.ib. à num.7. vſque ad 12.

Interdictum perſonale ſpeciale incurritur.Primò,per receptionemAbbatiæ,vel alterius dignitatis à manu laici, cap.ſi quis deinceps 16 q.7. Auth. ib.num 13.Secundo,per vſurpationem ex redditibus dignitatis vacantis factam à Prælatis.cap.præſenti de offic.ordin in 6. Auth.ib.num. 14.Tertio,ſi Sacerdos admitteret aliquem interdictum ad diuina officia.Suar.ſect.1.nu.6.Auth. ib.num.15. Quarto, quando ferretur cenſura ab aliquo nõ Epiſcopo, ſine ſcriptura, vel abſque monitione,vel expreſſione cauſæ.cap. 1. de ſent.excomm.in 6. Auth. ib.num.16. Quinto, quando Epiſcop. aliquid in viſitatione, quod ſibi non debetur,accipit.cap.1.de cenſ.in 6.C.T. ſeſſ. 24.cap.3. Auth.ib.num.17. Sexto, per violantes interdictum locale, ſaltem generale. cap. Epiſcoporum de priuil. in 6. Auth. ib.num. 18. Septimo, per prælatos ædentes commentaria in Conc.Trid. Pius V.in Bull.confirm.C.T.Auth.ib.n. 20.

Interdictum locale ceſſat, deſtructione ædificiorum loci interdicti.Suar.d.38.ſect.1.num.13 Auth.ib.p.vlt.n.2.

Interdictus interdicto perſonali generali, poteſt recipere Sacramentum confirmationis. c. quanto, & c.alma,de ſent. extomm.Suar.d.33.ſect.1.auth.ib.d.5.p.3.§.1.n.4.ac etiam perſonæ interdictæ interdicto perſonali generali poteſt miniſtrari baptiſmum.Sayr.cap. 7.num.6.Suar.d.33.ſect.1. nu. 6.Auth.ib. num.5. & interdictus perſonaliter interdicto generali, poteſt recipere Euchariſtiam per viam viatici. Suar.num.24. Auth.ib.§.2.n. 10. Verum non poterit recipere extremam vnctionem in loco interdicto, vel ſi fuerit interdictus interdicto ſpeciali. Suar.num.43.Auth.ib.§.3.nu. 5.nec miniſtrari vlli perſonę. auth.ib.n.6.

Interdictus gaudet immunitate Eccleſiæ.Auth.ib.t.2.de legib. d.3.q.7.§.3.n.8.

Interdictus ab ingreſſu Eccleſiæ, non

nō poteſt in ea ſepeliri. ca. is. cui de ſent.excomm. in 6. niſi dederit ſigna cōtritionis Sayr. de ſuſp.cap. 7. num.20.nec in ea poteſt diuina audire.d.cap. is cui[illegible] ſi exiſteret extra Eccleſiam. Suar.d.3 5 ſect.4.num. 7.Poterit verò recipere Sacramenta in Eccleſia, quando in ea non celebrantur diuina officia.Sayr.cap. 7.num.11. Sed poterit exercere in Eccleſia actus Iuriſdictionis in foro exteriori. Auth.vbi ſup.de cēſur. d.5.p.5.num.11.& 12.

Interdictus iniuſtè,non priuatur diſtributionibus quotidianis, ſecus ſi iuſtè.cap. dolentes de celebrat.miſſ. Nauarr.man.c. 27.num. 172. quod limitatur in interdicto vitando,& in eo, qui diuina audit in Eccleſia conſecrata,vel benedicta, & Epiſcopi authoritate erecta. Et interdicti ſpecialis tempore Canonici nō priuātř diſtributionibus, quamuis ob Eccleſiæ interdictum officia nequeant in ea celebrare, ſecus verò ſi eſſet interdictus generaliter,ita Henriq. lib.13.cap. 47.Monet.de diſtrib.q.16.auth.ib.de hor.canon.d.2. q.5.p. 2.§.4.per tot.

Interdicti cauſa efficiens eſt illa, quæ poteſt alias cenſuras ferre,vt Papa, Epiſcopus, & alij Prælati, vt ſupra diximus. Suar.d.36.ſect.1.num.2.& ſubiectum interdicti perſonalis ſūt homines,localis eſt locus, & cauſa materialis, eſt culpa. Suar.loc.cit. num. 1. & ſeq.finalis eſt emendatio delinquētis,formalis vero, ſiue forma ſeruāda in ferendo interdicto vide ſup.verb. cenſuræ. Auth. vbi ſup.de cenſur.d.5.p.2.per tot.

Interdicti tempore ſacerdos matrimonio aſſiſtens, vel baptizans priuatim non fit irregularis.Suar.num.21. auth.ib.p. 7.n.15.

Interdicti tempore licitū eſt cōficere Chriſma in die cœnæ domini ianuis tamen clauſis, &c.prout in cap.alma mater. auth.ib.d.5.p.3.nu.2.& poterit adminiſtrari Euchariſtia coram interdicto. Auth. ib.§. 2.num. 2. Poterit etiam miniſtrari Euchariſtia per modum viatici auth ib.num.6.& tempore interdicti localis non eſt licitum (ſecluſo mortis articulo, vel priuilegio)in loco interdicto recipere Euchariſtiam. Auth. ib.num.7. Sed Clerici non poſſunt communicare.Henriq.cap.45.nu. 2.Silueſt.verb. interdictum.5. q.7.Auth.ib.num.8. verum in articulo mortis, quilibet Sacerdos poteſt adminiſtrare Euchariſtiam.Auth.ib.num.9. Nec tempore localis generalis interdicti tenetur,quis in

Pa-

Paſcate communicare. Auth. ib.num 11. licitum eſt tamen tempore interdicti miniſtrare Sacramentum pœnitentiæ in interdicto,tam ſano, quam infirmo.Suar.d.33.ſect. 1.§.de Sacr.pœn.Auth.ib.§.3.num.2 & cuilibet confeſſario, qui nō dedit cauſa culpabilem interdicti;id licitum eſt.Verum peccat confeſſarius non ſe abſtinendo, ſed valida erit abſolutio. Et interdicti localis tempore,vel perſonaliter interdicto non poteſt Sacramentum ordinis miniſtrari. Ang. verb. interdictum 6.num.8.nec licitum eſt contrahere matrimonium, ſecluſa conſuetudine. Sayr.cap.8.Tolet. cap. 13. licet ſecus ſit in benedictionibus coniugalibus modo fiant ianuis clauſis,excluſis excommunicatis,& interdictis.Henriq.cap.41.num.1.lit.D. Auth. ib.§.3.per.tot.

Interdicti tempore officia, quæ ex ſuo modo non requirunt perſonam Eccleſiaſticā ad ea deputata,non ſunt prohibita, vt benedicere menſam; dicere orationes pro itinere,adorare Crucem publicè in die Veneris Sācti dummodo fiat, ſine orationibus ab Eccleſia inſtitutis pro illo actu, recitare litanias priuatim, ideſt ſine ſollemnitate ſuper pellicei, &c. commendare animas. Auth. ib. p. 4. num. 4.

Interdicti tempore clerici tenētur recitare horas canonicas. Nauarr.cap.27 nu.175.Vgol. tab.5.cap. 13. eſt tamen prohibitum celebrare miſſas, & diuina officia; vti ſono organorum, & campanarum pro officio, ſecus pro Aue Maria, vel ad conuocandum populū ad concionem,vel ad comitādam Euchariſtiam pro infirmis, nam erit licita pulſatio campanarum;nec erit licitum tempore generalis interdicti extra Eccleſiam celebrare diuina officia ſecreto,& ſeruata moderatione. cap. alma mater. Couarr. 1. p.§.4.num.1. Sanch.de matr.lib.7.d.8.num. 13.Sed in monaſterijs monialium,ſeruata moderatione d. cap.licitum eſt diuina peragere,& idem eſt,in hoſpitalibus erectis authoritate ordinarij. Henriq.cap.32. num. 2.vel in oratorijs approbatis ab Epiſcopo.Suar.d.34.ſect.1.num.7. ſed non licebit in priuatis.auth.ib.p.4.d. num. 5. vſque ad 12.

Interdicti generalis tempore licitum eſt in aliquibus feſtiuitatibus celebrare diuina officia ſollemniter, cum ſono cāpanarum.Suar.ſect.1.num.33 puta in feſtiuitatibus Natalis, Paſchæ, & Pentecoſtes. Sot.diſt.77.q.3.art.1.Auil.p.5 d.4.

d.4.ſect.2.dub. 9.& eo tempo re licitum non eſt recipere, niſi ea tantum Sacramenta, quæ recipi poſsũt alijs diebus. Henriq. cap. 48. num. 4. hinc non erit licitum die Paſcatis communicare, quamuis conceſſum ſit diuinis intereſſe. contr. Suar.d. 34. ſect.3.num. 29. Auth.ib.à d.num. 12. vſq; ad 18.

Interdicti generalis tempore aliquæ perſonæ admictuntur ad diuina officia. Primo, amẽtes, & infantes. Henriq. ca 42 num. 4. Secundo clerici non coniugati modo non ſint excommunicati, vel non dederint cauſam interdicti. Nauar. num. 175. loc.cit. Tolet.lib. 1. cap. 20. Auth. ib. num. 18. & 19.

Interdicti generalis tempore poteſt Sacerdos, vti famulo ſeculari in Sacrificio miſſæ. auth.jb.num.22.

Interdicti localis tempore, laici non interdicti, non poſſunt ſepeliri in loco ſacro interdicto Siueſ.verb.interdictum.5.q.8 nec excommunicati, ſed tempore interdicti poſſunt ſepeliri in loco Sacro non interdicto, laici, qui non ſunt perſonaliter interdicti, nec dederũt cauſam culpabilẽ interdicto. Suar.d.35.ſect.3. n.2. ac etiam laici mortui in loco interdicto tempore interdicti localis trãsferri poſſunt ad locum non interdictum. Suar.loc.cit. num.3. & ſepultus in loco nõ Sacro, ſublato interdicto exhumandus non eſt, nec ſepeliendus in loco ſacro. contr. Vg.tab. 5.ca.9.§.4. Item clerici non interdicti, qui ſeruarunt interdictum, nec illius cauſam culpabilem dederunt, poſſe tempore interdicti localis generalis, vel ſpiritualis, ſepeliri in loco etiam ſpecialiter interdicto, modo hoc fiat ſine ſollemnitate cap. quod in te, de pęnit.& remiſſ. auth.ib. p.5. per tot.

Interdicti tempore, ſubdiaconus canens epiſtolam ſollemniter fit irregularis; idemq; erit de Sacerdote celebrante, &c. Suar. d. 33. ſect.3.num.1. qui etiam incurrit aſpergẽdo populum, in principio miſſæ, benedicendo calices, paramenta, vel candelas, aut oliuas. Silu.verb.interdictum. 5. q.4. Sed non incurritur irregularitatis per celebrantem ianuis clauſis, ita quod nullus ingrediatur Eccleſiam. Auth. ib.p.7.à num.5. vſque ad 9.

Interdicti, vitandi non ſunt, niſi ſunt denunciati, & tunc tantummodo ſunt vitandi in rebus in quibus ſunt interdicti. Henriq.lib. 13.cap. 5. num. 5. Nec peccant communicãtes cum interdicto, non denũciato

to nominatim.Rodriq.c.116. num.12.& ideo, quando fertur interdictum contra communitatem, ſinguli illius videntur nominatim denunciati interdicti.Sayr.lib.5.ca. 12. num.23.contr. Em. Sà.verb. interdictum.3.nec ſunt vitandi, qui denunciantur interdicti ſub hac forma, qui furati ſunt res Eccleſiæ ſint interdicti.Auth.ib.num.21 23.& 24.

Interdictum violantes laici,peccant mortaliter.Suar.diſp.34. ſect.5.num.4.Silueſt.verb. interdictum.6.q.7.Sed nullam aliã pœnam incurrunt. Clem. 2.de ſent.excomm.Nauarr.c. 27.num.104. Sayr. lib.5.cap. 14.num.14. Clerici etiam peccant mortaliter violando interdictum.Caet. verb.interdicti violatio.Sayr.cap.14.n.12 Immo ſi ſcienter id fecerint clerici, per exercitium ordinum, incurrunt irregularitatem.c.is.cui de ſent excomm. in 6.Auth.ib.à.num.1. vſque ad 5.

Interdictum locale latũ ab Epiſcopo,ſi violetur ab eo, facit eum irregularem.Auth.ib.n.7

Interdictum violatur à celebrãte in Eccleſia interdicta.Suar. diſp.34.ſect.4.num. 14. non tamen violatur à celebrante coram interdicto. Nauarr.ca. 25.num.94. Vgol.tab.1.cap. 14.num.25.Auth.ib. num.17. & 18.

Interdictum poteſt in totum, vel in partem auferri, vel ſuſpendi ab illud ferente.Auil.p. 5.diſ 6.dub.4.Silu.verb.interdictum.3.q.8. & poterit relaxari interdictum locale poſitum à Iure. Auil. p. 5.diſp.4. dub.1.concluſ.8. Henriq.lib. 13.diſp.48.num.3.non tamen à parocho poterit abſolui interdictum locale, non reſeruatum, nec à perſonali generali,ſecus à perſonali particulari.Suar.ſect. 2.num.6.& non cẽſetur ſublatum, quando nõ ſeruatur ab eo,qui tulit interdictum. Sayr. cap.15.num.5. & poteſt abſolui ad cautelã, excepto interdicto locali generali.text.in cap.præſenti de ſent.excomm.in 6.Couarr. c. alma mater.2.par.§.2.num.5. & Papa poteſt per ſolam voluntatem interiorẽ illud auferre.Auil.diſp.6. dub.6.auth. ib.P.vlt per tot.

INVIDIA.

Inuidia eſt inordinata triſtitia, qua quis dolet de bono alicuius non quatenus eſt bonũ illius,ſed quatenus videtur diminuere propriam excellentiam.S.Thom.2.2.q.36.art.1. & eſt mortale peccatum charitati contrarium. Nauarr.ca. 23.num.118.S.Thom.lot.cit. art.3. Auth.t.2.de legib.d.3. q.4.p.vlt.§.2.per tot.

IRREGVLARITAS.

Irregularitas eſt canonicum impedimentum ex facto, vel defectu proueniens, quod directè impedit ſuſceptionem ordinum Eccleſiaſticorum, aut eorum vſum ob reuerentiam diuinorum. Suar. tom. 5.d.40. ſect. 1. & eſt duplex, vna oritur ex defectu, vel indecentia, quæ prouenit, abſque culpa, altera ex facto, ſeù ex delicto. Auth.t.2.de cenſur.d.7.q.1.p.1.num.1.& 6.& ad incurrendã irregularitatem ex delicto, requiritur culpa mortalis. Nauarr.cap.27.num.249. Caet. verb. irregularitas. Auth.ib p. 3.num. 1. Nec incurritur ob æqualem, ſimilem, vel maiorẽ cauſam, niſi fuerit expreſſa. Suar.num.15. Auth. ib.p.2. num.4.

Irregularitas non poteſt ferri, ab Epiſcopis, vel alijs, Summo Pontifice inferioribus. Auth. ib.p.2.num. 2. & poterit ferri à Summo Pontifice pro culpa veniali Suar.diſp.40 ſect. 3.n. 17.Caet.verb.irregularitas, & pro delicto præterito poterit imponi per eundem, de poteſtate abſoluta. Auth. ib.p.3.n. 2.& 3.

Irregularitas ex delicto non incurritur interueniente ignorantia probabili; nec etiam incurritur per actum internũ, ſed requiritur actus externus conſumatus.Auth. ib.p.3.per tot.

Irregularitas non inducitur ex debito pęcuniario per ſe, ſed ſi periculum ſit litium adeſſe poſſet irregularitas ex defectu obligationis ad reddenda ratiocinia.Suar.diſp.51.ſect.9.in fin.Auth.ib.q.2.p.4.n.4.

Irregularitas cõtrahitur per ſuſcipientes ordines furtiuè.c.1 de eo, qui furtiuè, in qua irregularitate poteſt Epiſcopus diſpenſare vigore Conc.Trid. ſeſſ.24.cap.6. Henriq.lib.14. cap.6.num.5. Suar.to.5.diſp. 42.ſect.3.num.5.Auth.ib.q.3. p.4.n.6.

Irregularitas duplex incurritur in exercitio Sacrorum ordinũ à ligato duplici cenſura.auth. ib.p.5.n.10.

Irregularitas, licet occulta facit hominem incapacem beneficij. Auil.p.7.diſp.2.dub.7.Nauarr.cap.27.num. 252. Auth. ib.d.7.q.1.p.4.n.6.

Irregularitas impedit ſuſceptionem ordinum, & primæ tonſuræ, ſicut etiam impedit ordinum vſum, & officium DD. in cap.curandum num.3.& 4. cap.ſi quæ vxorem diſt. 34. & omnium ordinum.Auth.ib.n. 1.& 2.

Irregularitas incurritur ob carentiam vſus rationis.Nauar. cap.27.num.205.Tolet.lib.1. cap.59. & ob defectum ſcientiæ.

tiæ.Nauarr.loc.cit. Tolet.vbi ſup.num.7.auth.ib.q.2.p.1.n. 1.& 2.

Irregularitas incurritur ob defe-ctum corporis, qui vel impe-dit vſum, & exercitium ordi-nis, vel notabilem gignit de-formitatem,aut horrorem,vt puta nasi truncatio, priuatio vnius oculi, aut macula inſi-gnis in oculo.Nauarr.cap.27. num.200.Sayr.lib.6. cap.7 n. 6.Auth.ib.p.2.n.1.

Irregularitas tollitur per baptiſ-mum.c.vna, & c.deinde diſt. 26.Suar.d.41.ſect.1.num.1.ac in iure expreſſa tollitur per profeſſionem in approbata religione.Panor.in cap.2.de apoſt. Suar. loc.cit.num.3.& ceſſat ſublata cauſa,ob quam fuit inducta.Suar.nu.o.& diſp. 55.ſect.1.num.11. & tolli po-teſt per facultatem conceſsã à Sũmo Pontifice,aut ab Epi-ſcopo in caſibus in quibus ha-bet facultatem. Auth.ib.q.5. p.2.per tot.

Irregularitatis cauſa efficiens, ſunt canones,& Summus Põ-tifex.Suar.d.40.ſect.3.num.11 cauſa verò materialis eſt om-nis homo capax ordinis; for-malis ſunt verba exprimentia irregularitatem. Auth.ib.q.1. p.2.n.1.6.& 10.

Irregularitas non incurritur per laicos,chirurgiam, vel medi-cinam exercentes,ſi membrũ aliquid abſcindant. Nauarr.c. 27.num.209.Vgol.cap. 19.§. 1.& ideo ſi eorum culpa ægro tus interijt ſunt irregulares. Vgol.num. 4. & ita etiam in-currunt eam. Præbendo re-medium incertum,& dubium ad ſanitatem, ſequuta morte, & idem dicitur de chirurgo, qui dubitat, an membrum ſit abſcindendum.Vgol.§.2.nu.6 loc. cit. Item non incurritur per clericos exercentes offi-cium Medici,vel Chirurgi, ſe-cundum regulam artis citra abſciſſionem,vel aduſtionem; Molin.tom.4.d.25. nu.6.nec incurritur per adiuuantes chi-rurgum ad abſcindẽdum mẽ-brum infectum.Nauarr.ca.27 num.229.Sayr.lib.6. cap. 18. num.27.Auth.ib.q.4.p. 5.à n. 1.vſque ad 6.

Irregularitas incurritur per de-lictum hæreſis etiam occultũ, & ideo hæretici,apoſtatæ à fi-de,eorum fautores, & defen-ſores etiam occulti, ſunt irre-gulares.cap.ſaluberrimum.q. 1.cap.2 de hæretic.in 6. ſecus vero erit dicendum in eo, qui exterius hæreſim profert, ſed interius benè ſentit, nam non erit irregularis.Suar.d.43.ſect. 2.Farin.de hær.q.92. num.73. nec incurritur per iniẽtes pa-ctum cum demone,aut ipſum colentem, nec per Schiſmati-cum. Suar. loc. cit. Item filij

hereticorum ſūt irregulares. Sayr.lib.6.cap.10.etiam ſi nati ſint ante lapſum parentū: vide ſupr. verb.§hæretic. Item religioſi egredientes clauſtra ad audiendas leges, vel medicinas ſi infra duos menſes nō redierint cap.ſuper ſpecula, ne clerici,vel monaci. Tolet. cap. 88. Non tamen ſodomita,nec ſimoniacus, niſi ſit in Iure expreſſa irregularitas. Suar.diſp.43.ſect.4.nu.5.item erit irregularis ſacrilegus, ſi ex ſacrilegio conſurgit infamia.cap.ſi quis Epiſcopus 16. q.3.non autem is,qui turpiter cum moniali congreſſus eſt. Suar.c.45.ſect.5.num 5. Reginald.lib.30.tract.2.nu. 204. Auth.ib.q.3.p.7.per tot.

Irregulares efficiuntur occidentes in bello, tam iuſto, quam iniuſto.cap.petitio tua. de homicid. ſed conſulens alicui Principi bellum iuſtum, cōtra alium,non eſt irregularis d. c. petitio tua, & idem ſi fuerit clericus,nec qui hortatur milites ad effundendum ſanguinem pro fide Chriſti.Henriq. lib.14.cap.16.num.4.Sayr. li. 6.cap.19.num 9.Beneuerum, tam clerici, quam laici poſsūt intereſſe bello iuſto, abſque irregularitate, etiam ſi hortētur milites, vt ſuo fungantur munere.Henriq.lib.14.cap.3. Saẏr.ca.19.num. 3. nec erit irregularis vendens arma in bello°, ſecus ſi prçberet arma in bello iniuſto. Nauarr. loc. cit.num.224.ſed ſi præberent arma, non erunt irregulares, etiam ſi eſſent clerici, ſi bellū fuerit iuſtum.Henriq. cap.12. nec ſi clerici pugnarent in bello iuſto de licentia Papæ. Molin.aom.4.tract.3.d.73.num.1 Auth.ib.q.4.p. 4.per tot.

Irregularitas facit, quem incapacem beneficij,vt ſupra dixi, nec facit percipere fructus eiuſdem beneficij. Suar. d.40. ſect.2.num.40. Sed nō priuat beneficio, ante irregularitatē obtento. Nauarr. cap.27. nu. 249.Eman.Sà verb.irregularitas.num. 4. Immo irregularis poſt beneficij conſequutionē, poterit illud reſignare ad fauorem.Rot.deciſ.5.de ſent.& re iudic. in antiq. nec tenetur reſtituere fructus, ſi muneri ſuo ſatisfaciat per ſe, vel per alium. Suar. loc.cit.num.20. Auth.ib.vbi ſup.q.1.p.4.à n.7 vſque ad 10.

Irregularitas facit,quem incapacem iuriſdictionis ordinariæ, non verò delegatæ.Suar.d.40 ſect.2.num.12.non facit accipere authoritatem ordinariā fori pœnitentiæ; ſed irregularis poteſt actus iuriſdictionis exercere, qui non includunt exercitium ordinis. Suar.loc. cit.num.45. & poterit alteri de-

delegare facultatem abſoluẽdi poterit, etiam excommunicare, non priuatur Iure eligẽdi, quod eſt adnexum beneficio obtento, poſtquam incurrit irregularitatem; & nominatim denũciatus irregularis, inualidè audit confeſſiones, ſecus vero ſi non nominatim. Auil. diſp. 2. dub. 6. concluſ. 7. Suar. loc. cit. num. 45. Sed validè audit confeſſionem penitentis, qui ignorabat illum eſſe irregularem. Suar. num. 45. Nauarr. cap. 9. n. 8. *A*uth. ib. p. 4. per tot.

Irregularitas non præſumitur in dubio Iuris, nec in dubio facti, ſecus verò in dubio facti homicidij, nam quis eſt iudicandus irregularis. cap. ſignificaſti, & cap. ad audientiam il 2. de homicid. Sayr. lib. 6. 2. 2. nu. 16. Auth. ib. p. 5. n. 2. & 3.

Irregularis eſt neophitus. cap. 1. & 2. diſt. 48. & dicitur Neophitus, qui ex lege iudaica maumethica, vel Ethnica nuper conuerſus eſt ad fidem Chriſtianam. *A*uth. ib. q. 2. p. 1 num. 4.

Irregularis non eſt, qui caret lumine oculi dexteri, modo habeat vtrumque oculum integrum. Nauar. num. 199. Vgol. cap. 47. & 48. *A*uth. ib. p. 2. n. 2 qui habet vnum oculũ grandiorem, ſeu graſſiorem altero ita, vt magna oriatur deformitas erit irregularis, vel habet naſum diſtortum, vel magnũ, vt notabilem pariat deformitatem, & erit etiam habẽs labia penitus corroſa, & ſurdus vtraque aure. Sayr. lib. 6. cap. 8. num. 17. & carens auriculis, niſi talem deformitatem poſſet capillis celare Nauarr. nu. 199. Sed nota, quod gibboſus non eſt irregularis, niſi ſit etiã valde deformis, vel debilis. Vgol. de irreg. cap. 50. verum monſtruoſus erit irregularis, q habet quatuor manus, &c. cap. qui in aliquo diſt. 51. Sed non erit irregularis. Aetiops, vel habens ſex digitos, quoties digitus ſuperfluus, non impedit vſum aliorum digitorum, niſi aliter Epiſcopus iudicauerit. Vgol. cap. 48. §. 1. & cap. 50. & 51. & an hermofraditæ, vide ſup. verb. hermofraditus; at, quidem habẽtes crura diſtorta, non ſunt irregulares, modo huiuſmodi deformitas tegi poſſit, auxilio, veſtiũ. Carens pede, erit irregularis, vel indigens baculo, ita vt nõ poſſit per ſe ipſum, accedere ad altare. cap. ſi quis infirmitate diſt. 55. & cap. nullus Epiſcopus diſt. 1. Nauarr. num. 99 Item erit irregularis, quem infirmitas reddit ineptum ad exercitium ordinum. cap. tua nos, de cleric. ægrot. ſunt etiã irregulares laborantes febri

continua, vel graui dolore capitis ita, vt periculum ſit in celebrando, vel morbo gallico, qui foris appareat, horroremque, aut ſcandalum generet. item laborantes lepra, vel multa ſcabie, nimiam inducentem deformitatem, aut manuum vſum impediente, vel peſte, morbo caduco, &c. Item demoniaci. Nauarr. cap. 20. num. 203. Tolet. lib. 1. cap. 59. num. 2. Auth. ib. q. 2. p. 2. d. n. 1. vſque ad 25.

Irregularis eſt carens membro, quamuis occulto, vel partis membri propria culpa, etiam ſi ea membri priuatio non impediat vſum ordinum. cap. maritum. d. 33. ſecus ſi, abſque propria culpa. cap. qui partē d. 53. Nauarr. num. 198. & ſic qui ſua virilia amputauit, vel ſibi amputare permiſit, abſq; iuſta cauſa; irregularis eſt, c. ſi quis abſciderit, d. 55. Couarr. clem. vnica. 1. p. nu. 5. Tolet. lib. 1. cap. 57. ſecus ſi id ægerit ob neceſſitatem, & non tenetur membrum, vel teſtes abſciſſos, vel eorum cineres ſecum deferre; erit tamen irregularis ſi abſciſſio fuit in pœnā delicti. Vgol. cap. 51. num. 4 vel cauſa cantus, aut caſtitatis d. c. ſi quis abſciderit, vel ob indignationem, & impatientiam. Nauarr. cap. 17. nu. 198. auth. ia. d n. 25. vſque ad 35.

Irregularis non eſt infans rebaptizatus ante vſum rationis, nec ille, qui rebaptizatur vacando ſomno. Sayr. lib. 7. cap. 8. num. 10. Nauarr. loc. cit. nu. 246. nec etiam iterans confirmationem, aut ordinē. Vgol. cap. 35. §. 4. Sayr. cap. 8. num. 28. Auth. ib. q. 3. p. 3. num. 2. & 8.

Irregularis eſt recipiens ordines Sacros in maiori excommunicatione, cum ignorantia craſſa, vel affectata. cap. cum illorum de ſent. excomm. in 6. c. 1 de eo, qui furt. ord. recip. Nauarr. loc. cit. num. 241. ſecus verò in ſuſpenſione, vel interdicto, vide ſupra verb. interdictum, ac erit etiam irregularis, is, qui duos ordines Sacros, vel minores cum Sacro, vel vltimo minore, cū vno Sacro eodē die recipit. Nauarr. n. 241. Auil. p. 7. d. 9. ſec. 1. dub. 4. & ſi talis irregularitas eſt occulta ab Epiſcopo poterit diſpenſari. Sayr. lib. 7. cap. 10. num. 7. Sed non erit irregularis recipiens ordinem per ſaltum, ſed erit ſuſpenſus. Ang. verb. irregularitas. 1. Armill. eod. verb. num. 68. nec eſt irregularis recipiēs ordines ante confirmationem. Vgol. ca. 38. §. 1. Henriq. lib. 14. cap. 6. num. 3. Auth. ib. num. 8. vir autem coniugatus recipiens ordinem Sacrum erit irregularis.

ris. Henriq. vbi ſup. Item recipiens Sacros ab Epiſcopo, qui renunciauit dignitati erit irregularis, vel ſaltem ſuſpenſus. Vgol. cap. 40. Sayr. lib. 7. cap. 10 auth. ib. p. 4. per tot.

Irregularis eſt, ligatus maiori excommunicatione, ſuſpẽſione, vel interdicto, etiam occultus & toleratus, exercens ſollemniter, vel ex officio actus maioris ordinis, niſi excuſaretur ratione neceſſitatis, vel ſcandali euitandi, ignorantiæ, vel obliuionis. cap. ſi quis Epiſcopus. 11. q. 3. & cap. 1. & is cui de ſent. excnmm. & is, qui dubitat ſe eſſe excommunicatũ, cum realiter ſit, ſecus ſi non ſit. Silueſt. verb. irregularitas. num. 15. & ligatus cenſura, vt ſupra ſit irregularis in ſequẽtibus caſibus. Primo, canendo tamquam hebdomadarius in choro. Secundo, Epiſtolam, cum manipulo, vel Euangeliũ cum ſtola ſollemniter canendo. Tertio, baptizando ſollemniter, vel conſecrando aquam ad aſpergendum fideles. Quarto, abſoluendo Sacramentaliter, etiam occulte. Suar. pe cenſ. d. 10. ſect. 3. n. 15 Quinto, benedicendo ſponſis, vel miniſtrando Euchariſtiam. Suar. num. 19. Sexto, Epiſcopus exercendo ordinem Epiſcopalem. Sayr. lib. 7. cap. 9. num. 5. Auth. ib. p. 5. per tot.

Irregularis erit miniſtrans in ordine Sacro; quem non habet, modo id faciat ſcienter. Nauarr. num. 242. Sayr. cap. 10. n. 1. auth. ib. p. 7. n. 1.

Irregularis eſt, iuſtè mutilans, vel occidens; aut aliter cooperans ad mutilationem, vel homicidium iuſtum, ſequto effectu. cap. fin. ne cleric. lib. 6. cap. ſi quis viduam diſt. 50. ac etiam ille, qui mortem accelerauit. Sayr. cap. 16. item Iudex inferior Summo Pontifice ferens ſententiam mortis, vel mutilationis, eiuſque aſſeſſores, cooperatores, & ſatellites comprehendentes reum, torquentes; Notarius ſcribẽs vel legens ſententiam. Vgol. cap. 8. num. 4 Sed non erit irregularis deferens crimen Iudici indignum morte, vel mutilatione, morte poſtea ſequuta, vel mutilatione. Nauarr. n. 214. & non efficiuntur irregulares clerici aſſiſtẽtes exequutioni ſententiæ, nec etiam peccant, quia non cooperãtur. Suar. d. 47. ſect. 4. num 2. auth. ib. num. 16. Erit tamen irregularis, qui ſatellitibus reum indicauit. Nauarr. nu. 117. Ang. verb. irregularitas. num. 14. vel fuit cauſa, vt reus caperetur, ſecus autem erit in Iudice Eccleſiaſtico, aliquem degradante, & tradente Curiæ ſeculari, nec erunt irregulares

Dd 2 con-

conſtituẽtes Iudices ad cauſã ſanguinis.auth.ib.q. .p.1.per tot.

Irregularis eſt accuſans aliquẽ pro cauſa criminali; ex qua ſequuta fuit mors,vel mutilatio, niſi id fecerit pro ſatisfactione iniurie ſibi, vel ſuis rebus illate.Couarr.clem.1.de homicid.2.p.§.5.etiam ſi pręcederet proteſtatio. Henriq. cap.10.num.4. niſi crimen eſſet leue, quod non mereretur prædictam pęnam,vt ſup.dixi, quamuis poſtea per Iudicem fuiſſet illata. Auth.ib. p. 2.per tot. Item erit irregularis ferens teſtimonium in cauſa ſanguinis,ſequuta morte , vel mutilatione.cap.ſi quis viduã diſ.50.Vgol.lib.2.cap.8.Item Aduocati , vel Procuratores accuſatoris.Auth.ib.p.3. n.1. & 7.

Irregularis non eſt occidens aliquem ad ſui defenſionem, nõ excedens notabiliter moderamen inculpatæ tutelæ.clem. ſi furioſ. de homicid. Item occidens inuaſorem proximi, cum moderamine.Nauar.lib. 2.cae.3.num. 409. vel ad defenſionem ſui honoris,vel rerum,ſeruato ordine prædicto. Nauarr.loc.cit.nu.417. Sayr. lib.6.cap.17.num. 22. Auth. ib.p.6.n.3.10.& 11.

Irregularis efficitur verberans diſcipulum immoderatè , ex quibus verberibus ſequuta fuit mors,vel mutilatio. Nauarr. num.235.Vgol.cap. 20. num. 12. Item qui dormiẽdo interfecit infantem, eo quod non adhibuerit debitam , & ſufficientem præſcriptam cautionem. Vgol.cap 18.§.2. num. 12.Item ille, qui reficiẽdo tectum , occidit viatorem ; niſi præceſſerit monitio,vel ſignũ. Vgol.cap.cap.25.nu.5. Item ſaltans cum muliere prægnãte, ſequuto abortu fetus animati,ſi ſaltatio fuerit multò immoderata,cap.ſicut literarum,de homicid. Henriq.lib. 14.cap.15.num.4.Non tamen erit irregularis, qui domi diligenter cuſtodit feram , quæ abſque ipſius culpa ſoluta,aliquem occidit.Vgol.cap.18.§. 2.num.8. & idem de domino æqui, qui fractis habenis puerum in via exiſtẽtem conculcauit,& interfecit.Sayr.lib.7. cap.6.num.1.nec erit etiam irregularis, qui bona fide detexit adulterium mulieris, ex quo fuit ſequuta mors.Vgol. cap.22.num.14.Auth.ib.p. 7. per tot.

Irregularis non eſt reddens aliquem cęcum , non eruendo illi oculum,aut claudũ , abſq; membri mutilatione. Molin. tom.4. d. 68. nec abſcindens digitum.Idem Molin. num. 8. nec mutilans cadauer. Auth.

ib,

ib. p. 8. num. 7. 8. & 10.

IVDICIVM temerarium.

Iudicium temerarium eſt, quando quis ex leuibus indicijs aſſentitur firmiter malitiæ proximi, & eſt peccatum mortale. Nauarr. lib.2.cap.4.num. 416.Auth.t.2.de reſtit.d. 2.q. 6.p.1.n.1.

Iudicium temerarium eſt peccatum contra iuſtitiam. auth.ib. p.2.n.1.

Iudicium temerarium,non committitur ex ſufficientibus indicijs,& coniecturis.S.Thom. 2:2.q.60.art.3. Clau.reg.lib. 12.cap.3.num.12.& coniecture ſufficientes,vt iudicium,nō ſit temerarium; ſunt. Primo, circunſtantia temporis.Secūdo loci. Tertio, perſonæ delinquentis. Quarto,perſone referentis alterius delictum. Quinto, famæ;quibus ceſſantibus, iudicium temerarium committitur,non tamen peccatur mortaliter, quando iudicatur cum magna probabilitate.Nauarr.loc.cit. num. 418.Molin.tract.4 diſp.16. n. 9.Sed peccatur mortaliter iudicando de aliorū defectu naturali ex leuibus indicijs, vt puta iudicare aliquem eſſe ſpurium,vel natum ex adulterio,&c.contr.Nauarr.lib.1.c. 4.num.450. Azor.3.p.lib.13. cap.11.dub.4.Verum nō peccat temerè iudicans,iu re graui, de aliquo indeterminatè, nullum concipiendo in particulari.Molin. tract.4.diſp.16. num.5.necnon ex indicijs dubijs,non ſufficientibus ad firmiter credendum, poſſumus dubitare,rem ita eſſe; & opinari eſſe veriſimilem; non tamen credere rem ita eſſe. Nauarr.lib.2.cap.4.num.448.auth.ib. vbi ſup.p.1. d.nu.1.vſq; ad 9.

Iudicium temerarium non præſumitur in dubio, ſi iudicans ſit bonæ conſcientiæ, ſecus ſi non timoratę.Clau.reg.lo.cit. num.9. & 15. Auth.ib. num 10.

Iudicium temerarium, cum ſufficienti fūdamento nō erit aliis manifeſtandum, niſi fieret ad honeſtum finē,&c. Clau. reg. loc.cit.num.20.auth. ib.n.9.

Iudicium temerarium præcisè non obligat ad reſtitutionem famæ,ſecus ſi manifeſtetur,nō manifeſtatis leuibus indicijs. Molin.diſp.16.num. 13. auth. vbi ſup.p.2.n.2.

IVRAMENTVM.

Iuramentum eſt inuocatio diuini nominis in teſtimonium. auth.T.2.de legib.d.4.q.1.P.1 num.1.aliud verbis prænūciatur,aliud nutu,aut ſigno, aut manu ſublata,aut tactu euangeliorum, aut reliquiarum, aut ſubſcriptione ſcripturæ, in

in qua continetur iuramentum, aut per ſimplicem conteſtationem, qua Deus in teſtem adducitur, dicendo teſtor Deum. Valent. 2.2. d. 6. p. 2. Clau. reg. lib. 5. cap. 2. in fin. Auth. ib. p. 1. num. 1. aliud eſt ſollemne, quod fit cum certa Iuris forma, vt coram Notario, Iudice, &c. aliud ſimplex, quod non habet Iuris illam formulam. auth. ib. n. eo.

Iuramentum eſt licitum. Azor. lib. 11. cap. 2. ſed tria requirũtur, veritas, iuſtitia, & iudiciũ; Nauarr. cap. 12. num. 3. Clau. reg. lib. 5. cap. 4. num. 1. auth. ib. p. 3. n. 4.

Iuramentum factum contra legem ciuilem recipientem primariò bonum publicum, non obligat, ſecus verò ſi reſpiciat fauorem perſonæ priuatæ modo nõ vergat in præiudicium tertij, & factum cõtra bonos mores naturales non obliget. Auth. ib. P. 5. n. 1. 2. & 3.

Iuramentum confirmat contractum. Auth. ib. num 5. remittens ſe ad dicta de contract. d. 3. q. 1. p. 1. à num. 7. vſque ad 14. non tamen confirmat cõtractum irritum propter bonum commune. cap. ſi deligẽti, de for. compet. Couarr. de pact. 2. p. n. 9.

Iuramentum factũ animo ficto, non obligat in foro interiori, ſecus exteriori. cap. ex literis de ſponſal. Couarr. de pact. 1. p. §. 5. in princ. & vt obliget, iurans debet habere formalẽ intentionem ſe obligandi. auth. ib. P. 7. n. 2. 3 & 4.

Iuramentum non obligat præſtitum cum errore, vel dolo, circa cauſam finalem. Nauarr. in Samm. cap. 12. num. 13. Suar. lib. 2. cap. 11. num. 12. auth. ib. p. 8. num. 4. & metu graui extortum, etiam ſi iniuſtè ſit extortum, obligat: modo ſit de re licita. auth. ib. p. 9. 2. 1.

Iuramentum præſtari poteſt per Nuncium, vel Procuratorem. c. fin. de iuram. calum. in 6. Azor. 1. p. lib. 11. cap. 7. modo actus ſit talis, quod per Procuratorem præſtari poſſit, & modo Procurator habeat ſpeciale mandatum ad iurandum Clar. §. feudum. q. 49. auth. ib. n. 2. & 4.

Iuramentum promiſſorium violans, in re magni momẽti peccat mortaliter, ſicut etiam in re parui momenti ſentit. Valent. diſp. 6. q. 7. p. 2. Reginald. lib. 18. num. 7. auth. ib. p. 14. n. 1. & 2. contr. Nauarr. cap. 12. num. 10. Suar. lib. 2. cap. 16. Sanch. cap. 4. num. 23. & alios putantes non peccare mortaliter.

Iuramentum non ludendi, intelligitur de ludo illicito, ſecus licito. Nauarr. cap. 12. num. 11 Rodriq. 1. p. cap. 189. num. 10. niſi

niſi aliter conſtet de iurantis intentione. Auth. ib. P. *16.* num.*4.*

Iurans ſe amplius non luſurum, ſub pœna, vt non poſſit abſolui, niſi à Papa, adhuc poteſt, ab Epiſcopo abſolui. auth. ib. q.2.p.*1*.n.29.

Iuramentum non poteſt diſpenſari, ab habente facultatem diſpenſandi in votis. Leſſ. lib.2 cap.42.dub.12.nu.*60*. Azor.1. p.lib.*11*.cap.10.quæſ.2. auth. ib.q.2.p.7 §.*4*.num.32.contr. Suar.& Sanch. alioſque plur. DD. Hinc contraria opinio, etiam videtur Authori non improbabilis in iuramentis factis Deo, in quibus nullum ius acquiritur tertio.

Iuramenti obligatio præcisè nõ tranſit ad hæredes. Couarr.de pact.1.p.§.*5*.num. *4*. Guttier. de iuram.3.p.cap.*12*. num. 7. Auth. ib. q. *1*.p.1*5*.num.1.& ſeq.

Iuramẽti obligatio, iam inducta, tollitur, quatuor modis. Primo, mutatione materiæ, vt ſi fieret illicita. Sanch.cap.*15*.n. 7. Secundo, remiſſione, ſeu relaxatione eius, in cuius fauorem factum eſt iuramentum. Clau.reg.lib.5.cap.7. Nauarr. man.cap.22.num.2*5*. Tertio, irritatione, ſeù abſolutione facta à ſuperiore. Suar. lib.2. de iuram.ca.3*8*.Clau. reg.lib. 5.cap *8*.num.*5*. Quarto, commutatione, vel diſpenſatione. Auth.ib.q.1.p.17.n.32.

IVRISDICTIO.

Iuriſdictio eſt neceſſaria adhoc, vt Iudex validè iudicet. S.Th. 2.2.q.*67*.art.*1*. Azor. 3 p.lib. 3.cap. 12. & eſt quadruplex, videlicet ordinaria, quæ alicui competit ex officio, vel dignitate; Delegata, quæ competit ex conceſſione, vel commiſſione, Arbitraria, quæ communi partium litigantium conſenſu obtinetur, Acceſſoria, quæ alicui aliunde accedit; puta ratione delicti. Auth. t.2. de legibus.d.*10*.q.2.p. i. num.*1*. & 3.

Iuriſdictio alicui conceſſa ſub nomine dignitatis, non expirat morte concedentis. auth. ib.d.1.q.3.p.8.§.*1*.n. 32.

Iuriſdictio contentioſa, (re adhuc integra) ſpirat, morte mandantis. Auth.ib.d.1.q.3. p.8.num.2*4*. & ib. de reſtit. d. *1*.q.2.p.*6*.n.2*3*.

Iuriſdictio voluntaria, quæ exercetur in alieno territorio, eſt illa, quæ fit abſque ſtrepitu Iudiciali, contentioſa, quæ fit cum cauſæ cognitione. auth. t.1. de cenſur.d.1.q. 1. p. *11*. num.1.

L

LEGATVM.

LEgatū eſt donatio, quædam à teſtatore relicta, ab hærede præſtanda, l. legatum.ff. de leg. & in dubio eſt explicandum iuxta latiorem interpetrationem. Molin.tract.2.d.198.auth.t.2 de reſt.d.3 q.vlt.p.vlt.in præfat.verſ.ſed prius,& ib.n.7.

Legatum relictum pauperibus eſt tradendum pauperibus illius loci, in quo teſtator habebat domicilium. Mantic.de coniect.vltim.vol.lib.8. tit.5. num.2. Auth ib.num. 9.& relictum Canonicis, non cenſetur relictum Eccleſiæ, ſed Capitulo.arg.cap. per exemptionem;de priuil.in 6.Auth. ib.n. 10.non tamen ſingulis Canonicis.Couarr.cap. requiſiti. n. 10.Auth.ib.n.eo.

Legatum principale trahit, ſecū acceſſoria.l.ea librorum.§.fin. ff.de legat.3. Auth. ib. num. 13.

Legatum relictū virginibus maritandis, conſequi poteſt ab ingrediente religionem, niſi aliter colligatnr ex mente teſtatoris. Mantic.loc.cit.lib. 11, tit.18.num.26.Menoch. præſumpt.148.lib.4.Auth.ib. nu. 19. & relictum fęminis maritandis,non poteſt tradi viduę tranſeunti ad ſecundas nuptias.Sanch.lib.7.d.81.num.54 Nald.verb. legatum num. 42. Auth.ib.num.21.nec debetur ſi tempore teſtamenti, iam erat coniugata.Mantic.lib.12 tit.1.num.13.de coniect.auth. ib.n.20.

Legatum relictum vxori ſi caſtè vixerit, non amictitur per ſecundas nuptias.Molin.tract.2 diſp.207.concluſ.4. Auth. ib. nu.22.& debetur,ſi diceretur, quandiù vidualem vitam ſeruauerit; ingrediendo religionem. Sanch. lib.7.d.91.num. 46.Auth.ib.num.24.& relictū ſub conditione non tranſeundi ad ſecunda vota, non amictitur per fornicationem. Sāchez.loc.cit.num.42.Nauarr. cap.25.num.65. Auth. ib. nu. 25.& in foro conſcientiæ prędictum legatum nō amictitur per ſecundas nuptias inualidas.Sanch.loc.cit.n.43. auth. ib.num. 26. nec quando matrimonium nō fuit conſumatum.Sanch.n.45.Auth. ib. nu. 26.

Legatum eſt tradendum in loco, vbi erat res legata, quando fuit factum legatum, expenſis illius cui relicta fuit. auth. d.5.q.5.p.vnic.n.13.

Legatum potius eſt ſoluendum, quam debitum contractum per hæredem, modo non fuerit factum in tuitu hęreditatis.

tis.l.1.C.comm.de leg.Silueſt. verb. reſtitutio 6. quæſ. 6.auth.ib.d.1.q.8.p.2.n.14.

Legatum relictum in teſtamẽto minus ſollẽni, non eſt ſoluendum ab hærede.Menoch.præſumpt.60. num.16.lib.1.auth. ib.d.3.q.1.p.3.num. 12. ſecus vero in legato pio contento in teſtamẽto inualido ob defectum ſollemnitatis. Auth. ib.num.19. & tunc legatum dicitur factum ad pias cauſas, quando piæ cauſæ conſtituũtur.Auth.ib.n.20.

Legatum reuocari poteſt ob ingratitudinem legatarij. Auth. ib.d.3.q.12.p.vlt.n. 4.

LEX.

Lex eſt rationis ordinatio, oſtẽdens homini, quid agendum, quid vè non agendum ſit, in commune bonum inſtituta. Tolet.in trac.de ſept.peccat. mortal.Auth.t.2. de legib. q. 1.p.1. num. 1. quæ lex debet eſſe iuſta.Auth.ib. num. 4. & promulgari debet. l.leges. C. de leg. & ferenda eſt à legitimo ſuperiore ob commune bonũ,immediatè,vel mediatè Auth.ib.n.4.& ſeq.

Lex quatrupliciter nominatur, & dicitur,videlicet, eterna, diuina,humana, & naturalis. Auth.ib.p.2.n.1.

Lex eterna latè ſumpta,eſt ipſa mens diuina, quæ ab æterno omnia ordinauit, ſtrictè accepta,eſt mens,& ratio Dei,bona præcipiens,& mala prohibens.Suar.lib.2.cap.1. 2.& 3. Diuina eſt, quæ vim habet, quatenus à Deo proficiſcitur,& duplex eſt,vetus,qualis erat Moſaica, & noua nempè lex Euangelica. Item, vel eſt diuina naturalis, qua præcipitur,idem, quod in præceptis Decalogi, vel Poſitiua, qua præcipitur aliquid, quod lege naturali non eſt ſancitum, vt eſt præceptum præmittendæ cõfeſſionis ante ſumptionem Euchariſtiæ, &c.Humana verò eſt, quæ fertur authoritate humana dependenter tamen à Deo, & eſt duplex Eccleſiaſtica, quæ fertur à poteſtate Eccleſiaſtica,& ſecularis,quę fertur à poteſtate ſecularium. Naturalis eſt,ipſamet conuenientia,vel diſconuenientia rei,cum recta ratione, vel eſt dictamen, ſeu lumen naturale noſtræ rationis, quo cognoſcimus, quid agendũ, vel quid vitandum ſit. Vaſq.p.2.d.150. cap.3.Auth.ib à num.1.vſque ad 7.

Lex gentium eſt,quæ ab hominibus, naturali ratione ductis, conſtituitur.l. omnes populi. ff.de iuſt. & iur. & continetur ſub lege poſitiua ſimpliciter; deducens ſuum principium à lege naturali. Auth. ib.num. 15.

Lex canonica, quãuis repugnat, legi ciuili, eſt ſeruanda. Silueſt. verb. lex quæſ. 9. Suar. lib. 3. de leg. cap. 8. num. 6. auth. ib. nu. 17

Lex obligat ſolum in ea prouincia, in qua eſt recepta. Valẽt. diſp 7. q. 1. p. 5. Auth. ib. p. 4. num. 32. ſect. 1. tom. 2. & non accepta poteſt ſubſequenti tempore acceptari. Auth. ib. num. 37. & promulgata præſumitur acceptata; quando de hoc dubitetur. Sal. de leg. diſp. 13. ſect. 5. Auth. ib. n. 44.

Lex lata ſub pœna graui afflictiua corporis, obligat ſub mortali. Couarr. reg. peccatum. p. 2. §. 5. num. 3. Suar. lib. 3. cap. 26. num. 4. Auth. ib. p. 7. §. 4. n. 27. ſecus verò ſi cõtineret leuem pœnam. Auth. ib. nu. 28. lata ſub graui cenſura obligat, ſub mortali. Suar. lib. 3. de leg. cap. 26. num. 4. & lib. 4. cã. 14. Nauarr. cap. 21. num. 53. Auth. ib. nu. 30. & obligat ſub mortali in dubio. Nauarr. cã. 23. num. 50. Auth. ib. num. 31. & ſemper obligat ſub mortali, ſi grauis materia præcipitur. Auth. ib. n. 6.

Lex humana odioſa, eſt extendẽda quatenus important verba accepta, iuxta proprietatẽ naturalem. Suar. lib. 6. cap. 1. num. 6. & cap. 4. num. 3. Auth. ib. p. 8 num. 8. & in materia fauorabili eſt extendenda, quantum verba patiuntur, nõ ſolum iuxta proprietatem naturalem, ſed etiam iuxta ciuilem. Eman. Sà. verb. interpetratio. num. 1. & 3. Auth. ib. n. 9.

Lex colligitur an obliget ſub mortali. Primò, ex intentione legislatoris; Secundò, ex verbis præceptiuis. Tertiò, ex grauitate materiæ, niſi legislator in materia graui intendat ſolum obligare ſub veniali. Quartò, ex alia lege, vel ex cõmuni hominum æſtimatione, & conſuetudine. Quintò, ex acceptatione legis. Sextò, ex graui pœna corporali, vel tẽporali; Septimò, ex graui pęna ſpirituali. Auth. ib nu. 30. verſ. ex regulis.

Lex pœnalis ob paritatem rationis, non eſt extendenda de vno caſu, ad alium. Clau. reg. lib. 3. cap. 8. Suar. lib. 6. cap. 3. num. 5. & idem in lege fauorabili. Suar. d. cap. 3. num. 4. & 9. Auth. ib. p. 8. n. 23. & 26.

Lex tollitur per contrariam cõſuetudinem legitimè introductam, & poteſt abrogare cõtrariam conſuetudinem, modo habeat repugnantiam cũ cõſuetudine, & legislator cõſcius ſit conſuetudinis, & lex vniuerſalis abrogat conſuetudinem contrariam vniuerſalem. Suar. lib. 7. cap. 20. num. 7. Azor. p. 1. lib. 5. ca. 16. quæſ. 7. & lex particularis abrogat con-

conſuetudinem ſpecialem locorum. Eman. Sà verb. lex. nu. 19. Auth. ib. p. vlt. §. 3. n. 1. 38. 39. & 40.

Lex dicitur iniuſta multis modis Primo, quando repugnat legi diuinæ. Secundo, quando aduerſatur bono communi; tertio, quando tranſcendit poteſtatem legislatoris. Quarto, quando ſubditis imponitur onus improportionatum cauſæ. Quinto, quando fundatur in falſa præſumptione, contra rei veritatem notam illi, contra quem fertur lex. Sextò, quando fertur ex malo fine à legislatore jntento. auth. ib. p. 7. §. 3. n 1.

Lex iniuſta primis quinque modis ſupradictis, non obligat in conſcientia. Suar. lib. 1. cap. 9. in fi. Auth. ib. n. 2.

Lex humana non videtur obligare ſub periculo vitæ. Suar. lib. 3. de leg. cap. 30. num. 7. auth. ib. d. 2. q. 8. p. 3. nu. 8. quamuis pęnam capitis tranſgreſſoribus præſcribat. Sanch. in op. mor. lib. 1. cap. 18. num. 9. auth. ib. num. eo. at ſecus, ſi quis mortem minaretur, niſi legem humanam violet in contemptum legis Chriſtianæ, vel in odium religionis. Suar. d. cap. 30. num. 16. auth. ib. num. 12.

LIGAMEN.

Ligamen eſt vinculũ prioris matrimonij, quo durante poſterius matrimonium eſt inualidũ. Perez. de impedim. ligam. Henriq. lib. 12. cap. 6. num. 1. & dirimit matrimonium poſterius, non ſolum Iure Eccleſiaſtico, ſed etiam Iure naturali, & diuino; Conc. Trid. ſeſſ. 24. cap. 2. quod ligamen non poteſt diſpenſari à Sũmo Põtifice. Sanch. lib. 7. diſp. 80. nu. 8. Sanch. lib. 7. diſp. 80. nu. 80. nec abrogatur per conſuetudinem. Auth. t. 1. de magn. matrim. Sacram. q. 3. p. 10. n. 2. 3. 4. & 8.

LINEA.

Linea conſanguinitatis, eſt collectio perſonarum ab eodem ſtipite deſcendentium, gradus continens, & numeros diſtinguens. Valent. tom. 4. diſp. 10. q. 5. p. 3. Auth. t. 1. de magn. matrim. Sacram. q. 3. p. 5. §. 1. num. 4.

Linea eſt duplex recta, & collateralis, recta linea eſt illa, ſecundum quam multæ perſonæ, ita deſcendunt ab vno ſtipite immediatè, vel mediate, vt vna ſit genita ab altera, & hæc eſt, vel deſcẽdentium, vel aſcendentium. Linea collateralis eſt illa, ſecundum quam multæ perſonæ ab vno ſtipite immediatè, vel mediatè, procedunt, ipſe tamen perſonæ à ſe inuicem non deſcendunt. auth. ib. n. 5.

Linea affinitatis, alia eſt recta

qua conſtituuntur aſcendentes, vel deſcendentes illius perſonæ, cum qua copula fuit habita, alia verò trāſuerſalis, ex qua conſtituuntur consāguinei in linea trāſuerſa illius, cum qua copula habita fuit. auth.ib.q.3.p.12.n.4.

LOCATIO.

Locatio eſt cōtractus, quo mercede conceditur perſona, vel res, ad vſum, vel fructum. Auth.t.2.de reſtit.& contract.d. 3.q.7.p.1.n.1.

Locatio modis duobus finitur, primo, lapſu termini conſtituti.l.ne cui licet. C. locati. Secundo, mutuo conſenſu contrahentium. Auth. ib. p.vlt. num.1.

Lotatio tranſit ad ſucceſſorem vniuerſalem; qui non ſolum ſuccedit in re locata, verum etiam in alijs, non autem ad particularem.l. emptorem.C. locati.auth.ib.nu.1. hinc maritus non tenetur ſtare locationi, quādo rem locatam accepit in dotem. Gomez.de locat.c.3.n.9.Auth.ib. nu.5. ſed pupillus tenetur ſtare locationi factæ à ſuo tutore. Molin.d.492. num.1.Gomez.var. cap.15.num 5.Auth.ib. num. 7.& idem in vxore, quæ tenetur ſtare locationi factæ à marito durante matrimonio. Auth.ib.nu. 7. item fiſcus tenetur ſtare locationi factę per condemnatum, in cuius bonis ſuccedit.auth.ib.n.9.

Locationis penſio ſoluenda eſt iuxta cōſuetudinem regionis, vel conuentionem. Nauarr. cap.17.num.196. Ang verb. locatio.num.12. auth. ib.p.2. num.10.

Locator tenetur aperire conductori vitium rei locatæ. Nauarr.cap.17. num. 196. Silu. verb.locatio.quæſ. 18. tenetur reſarcire non ſolum expēſas neceſſarias factas à cōductore, ſed etiam vtiles. l.1. C.locat. tenetur ad onera, & tributa impoſita pro re locata, niſi aliter fuerit conuentū Auth.ib.n.1.9.& 7.

Locator non poteſt rem locatā repetere, nondum finito tempore locationis, niſi in quatuor caſibus; Primo, quando differretur penſio.Nauarr. ca. 17.num.193. Eman.Sà.verb. locatio.num.7.Secundo, quādo conductor abutitur re cōducta. Tertio, quando locatori ſuperuenit inopinatus euētus. Tuſc. concluſ.416.tom.5 & quarto, quando res locata indiget reparatione. auth. ib. n.8.& ſeq.

LVCRVM CESSANS.

Lucrum ceſſans dicitur illud, ꝙ quis non percipit, eo quod mutuum alteri dederit. Damnum verò emergens, ꝙ quis patitur in re ſua, ob mutuum al-

alteri datum. Auth. t.2.de reſtit.d.3.q.3.p.4.n.1.

LVDVS.

Ludus eſt contractus, quo ludẽtes,res ſuas periculo exponũt propter ſpem acquirẽdi rem alterius, ex ſui natura non eſt illicitus, niſi interuenientibus multis circunſtantijs. Prima, ex affectu ad malum.Secunda, quando admiſcerentur facta, aut dicta praua.Tertia,quando intercedunt fraudes contra leges ludi.Quarta,ſi alter dolo,metu,aut vi ad ludum pertrahitur. Quinta, quando interuenit irreuerẽtia contra Deum. Sexta,ratione periculi.Septima,quãdo ludus exercetur,cum eo, qui non poteſt pecuniam ludere, & in his caſibus. Ludus eſt illicitus mortalitẽr,ſuppoſita rei grauitate; non eſt vero illicitus mortaliter ratione intentionis lucrandi, nec ratione perſonæ, nec loci Sacri, nec temporis. Auth.t.2.de reſtit.d.2. q. 3.p. 1.n.1.& ſeq.

Ludus Hiſtrionum, ſi fiat honeſtè licitum eſt.Silu.verb.arſ.n. 6.Eman.Sà verb.ludus. nu.10. non tamen ſunt liciti ludi laruales,clericis.Ang.verb.ludus num.2.Clau.reg.lib.11.ca.12. nu.4. & ludus ſponſionis per ſe loquendo, & ex ſui natura eſt licitus. Molin. diſp. 508. Garz.de contr.2.p.cap.13.nũ ratione alterius circumſtãtię, aut ratione.Scandali vel alteri periculi,eſt illicitus. Auth. ib.n.16.17.& 18.

Ludus prohibitus eſt alæ, cuius nomine ſignificatur omnis ludus,qui fũdatur magis in ſorte, quam in induſtria, qualis eſt ludus taxillorum, &c. Nauarr.cap.17.num.6. Auth.ib. de reſtit.d.2.q.4.p.3.n. 1.

Ludẽs tenetur ad reſtitutionem acquiſiti per lucrum, quando certus erat ſe lucraturum, & victus ignorabat ſuam peritiam.Molin.diſp.5.17.num.4. Eman.Sà verb.ludus. nu. 8.ac tenetur reſtituere, non ſolum lucrum acquiſitum per fraudem,ſed etiam damnum paſſum per colludentem, hinc etiam tenetur, quando cartas furatur, vel aliquo ſigno notat.Nauarr. cap. 19. num.17. Rodriq.ca.189. num.5.prout tenetur ad reſtitu,ionẽ,quando admonitus ab inſpectore, acceptauit auctionem, ſi ante monitionem decreuerat, non acceptare.Lopez.de contr. c. 32.tom. 1. & idem ſi traxerit aliquem ad ludum minis, & conuicijs. Sot. 4.de Iuſt.q.5. Rodriq.loc.cit.num.7. Auth. ib.p.2.à.n.1.vſque ad 7.

Ludens credita pœcunia poteſt lucrari, ſi alter laudat numerata.Auth.ib.n.20.

Ludens ludo vetito,non tenetur ad

ad reſtitutionem, ante Iudicis declaratoriam. Couarr. reg. peccatum.p.2.n.2.& 3.Eman. Sà verb.ludus n.6.Auth. ib.p. 3.num.8.

M

MALIFICIVM.

Aleficium eſt ars nocendi alij,ope,& poteſtate demonis. Tolet.lib.4.ca.16.Clau. reg.lib.4.cap.6.nu.23. & Maleficiorum quinque ſunt genera primum genus maleficij eſt illud,quod fit ad inueſtigãda,quæ latent, & quæ procul abſunt. Secundum, eſt, quod fit ad morbos inferendos, & ad alia quæuis mala in bonis fortunæ inducenda. Tertium eſt, quod fit ad ſanitatẽ procurandum. Quartum,quod fit ad alios effectus cõmuni omniũ Iudicio impoſſibiles;quintum, quod fit ad magicas, & ſuperſtitioſas operationes. Clau.reg.lib.4 cap.6.num.13. Auth.t.2.de legib.d.3.q.5.p.5 n.1.& 3.

Maleficij ſpecies,eſtMagia, quę duplex eſt, vna naturalis, aut mathematica, & altera diabolica. Naturalis eſt illa, qua viribus rerum naturalium occultis,mira quædam fiũt, quæ vera ſunt, & viribus naturæ producuntur; Matematica eſt, qua quis ſola mathematicarum ſcientia,diſciplina prędicus, mira quidem pręſtat, non adhibitis alijs rebus naturalibus, qua ratione homines diuinare poſſunt,quædam occulta,adiunctis, aut detractis numeris. Diabolica eſt illa, qua magus mira quidem præſtat ope demonis, & ſic magia naturalis, non eſt ſuperſtitioſa, ſiue maleficium, Diabolica verò eſt ſuperſtitioſa,& maleficium. auth.ib. num.4.

Maleficio vti non licet, quacũq; de cauſa.Suar.lib.2.cap.18.n. 3.de ſuperſtit.Nauarr.cap.11 n.29.Auth.ib.n.5.

Maleficium non licet diſſoluere per aliud maleficium. Sanch. lib.2.cap.41.num.22. auth.ib. n.7.& 8.

Maleficium multis modis curatur. Primo, ex magna fide ad Deum. Secundo, ex baptiſmi ſuſceptione. Tertio, peccatorum confeſſione. Quarto, ſumptione ineffabili Euchariſtiæ. Quinto, exorciſmis Eccleſiæ. Sexto,aqua benedicta. Septimo,reliquijs ſanctorum. Octauo,ſigno Crucis. Nono, inuocatione nominis Ieſu. B. Virginis.Angeli Cuſtodis, & aliorum Sanctorum.Decimo, oratione,cum ieiunio,& vltimo, diſſolutione eorum, quæ

per-

pertinent ad pactum cum dæmone. Suar. cap. 17. Sanch. ca 41. num. 25. Auth. ib. num. 10

Maleficium perpetuum poteſt inducere impotentiã perpetuam coeundi. Spec. p. 1. artic. 60. Rodriq. cap. 23. vbi tunc dicitur maleficium perpetuũ, quando coniuges poſt experientiam triennalem non potuerunt copulam habere præmiſſis precibus, & alijs remedijs. cap. laudabilem de frig. & malefic. & meleficium factum reſpectu côiugum præſentiũ, non irritat matrimonium reſpectu aliorum, & non cenſetur ſublatum maleficiũ, quando coniux, qui fuit ab altero ſeparatus ob impotentiam, dubitat an ſublatum ſit maleficium, cum priori, quamuis experiatur ſe aptum ad conſumandum cum ſecunda, & in dubio præſumitur factum maleficium, ante contractum matrimoniũ. Angel. de impedim. impotent. ſpecul. prima par. art. 40. Henriq. lib. 12. cap. 8. num. 3. contr. Sanch. lib. 7. d. 103. num. 5. Guttier. cap. 116. Auth. ib. t. 1. de magn. matrim. Sacr. q. 3. p. 13. num. 9. 10. & 11.

Maleficus multis modis cognoſci poteſt. Primo, ex confeſſione ipſius propria. Secundo, ex aliorum atteſtatione participũ criminis. Tertio, ſi apud aliquem comperiatur ſcriptura, qua ſe dęmoni volens dedicauit, aut ſi gerat ſignum impreſſum, quo malęfici ſolẽt inſigniri. Quarto, ſi apud aliquem inueniantur hoſtiæ, vel imagines ceræ acubus infixæ. Quinto, ex minis alicui illatis, qui poſtea reperitur faſcinatus. Sexto, ex aſſertione, qua quis teſtatur ſe vidiſſe aliquẽ vngentem, &c. Auth. ib. vbi ſup. t. 2. de legib. d. 3. q. 5. p. 5. num. 12.

Maleficiatus, qui ratione maleficij perpetui, eſt inhabilis ad matrimonium, non eſt irregularis. Sayr lib. 6. cap. 9. num. 14 Auth. t. 1. de cenſur. d. 7. q. 2. p. 2. n. 24.

Malefici, & ſortiligegi ſunt denunciandi, quoties initum eſt pactum cũ dęmone, aut pręuia eſt apoſtaſia à fide. Bull. Gregorij XV. Auth. ib. t. 1. de tract. var. d. 6. p. 2. n. 11.

MANDATVM.

Mandatum eſt contractus, quo quis officium honeſtum gratuito, expreſsè, vel tacitè ſuſcipit exequendum, in gratiã alterius. Molin. diſp. 548. auth. t. 2. de reſtit. & contract. d. 1. q. 2. p. 6. n. 9.

Mandatum finitur. Primo lapſu termini conſtituti. Secundo, per reuocationem. Tertio, per mortem mandantis, vel man-

mandatarij. §. item ſi adhuc. inſtit.mandat.Auth.ib.nu.21. & 23.

Mandans,& conſulens differunt, nam conſulens,etiam ſi conetur conſilium reuocare, tenetur ad reſtitutionem, ſi alter cui conſilium dedit, eius conſilio motus, dannum inferat, qui verò mandatum reuocat, non tenetur ad reſtitutionem ſi reuocatio innotuerit mãdatario.Nauarr.cap.27.nu. 133. Auth.ib.n.6.

Mandans dannum fieri, tenetur ad eius reſtitutionem. Nauar. lib.3.cap.4.1.p.num.2. Clau. reg.lib.10.tract.2.cap. 7. Niſi reuocauerit mandatum. Leſſ. lib.2.cap.13.dub.2. Auth.ib. num.2.& 3.

Mandans effectum prohibitum, ſub cẽſura, ſi reuocat mandatũ effecto nõ ſequto, non incurrit.Silu.verb. excommunicatio.num.5. Auil.2.p.cap.5. d.3.dub.7. Auth. t.1.de cenſur.d.1.q.1.p.6.n.6.

Mandans homicidium, vel mutilationem commiƈti in Eccleſia,non priuatur Eccleſiaſtica ſepultura.Ambroſ. de imm.c. 5.num.9.Auth.t.2. de legib.d. 3.q.7.§ 4.n.11.

Mandans extrahi quem ab Eccleſia,excommunicationem incurrit, Genuenſ. in prax. cap. 17. num. 7.auth.ib.§.6. num.6.

Mandans,vel conſulens, non incurrit cenſuram, niſi verè influat in effectum prohibitum ſub cenſura. Suar. diſp.4.ſect. 3.num. 6. cenſura lata contra facientes, non includit mandantes.Nauarr.cap.27.nu 51. Caet. verb.excommunicatio in princ.auth.dict.t.1. de cenſur.d.1.q.1.p.6.n.1.& 2.

Mandans percuſſionem clerici expreſsè, vel tacitè ſi non influxit,non eſt exoommunicatus.auth.ib.num.3.ſecus ſi influxit,& aliquo modo cauſam dedit percuſſioni,c.quantè,de ſent.excomm.Nauarr.cap.17 num.51. Sayr. lib. 3.cap.26. num.22. auth. ib.d.2.q.4.p.2. num.1.

Mandans homicidium, an ſit irregularis.vide ſup.homicidiũ, & quod ſit irregularis. Silu. verb.homicidium.1. q.7. Tolet.lib.1.cap.08. auth. ib.d.7. q.4.p.8.n.13.

MATRIMONIVM.

Matrimonium eſt legitimus, & indiſſolubilis contractus, inter virum,& fęminã, quo traditur, & acceptatur mutua corporum poteſtas, & confertur gratia ſantificans.Cõc. Trid,ſeſſ.7.can.1.Auth.t.1.de magn.matrim.ſacr. q.2.p.1. num.1.

Matrimonij cõſenſus debet verbis,vel ſigno externo manifeſtari.Guttier.de matr.cap.63. num.

num.25.auth.ib.nu. 3. & nullum extat præceptum, vt exprimatur verbis,& nō ſigno. Guttier.cap.63.num.22.auth. ib.n.5.

Matrimonij materia,eſt traditio corporum ipſorum contrahentium; forma verò eſt acceptatio eorundem per expreſſa verba,vel ſigna,& miniſter ſunt ipſi contrahentes. Guttier. cap. 41.num.1.de matr. auth. ib. de magn.matr.ſacr. q.2.p.4.n.1.& 5.

Matrimonium,vt ſit validum,in maſculo requiritur ætas 14. ann in fęmina.12.cap. fin.de deſpenſat.impub. cap.2 eod. tit.& requiritur, vt annus ſit, ita completus, vt ſaltem inchoatus ſit vltimus dies. Sanch.lib.7.d. 104.num. 2. ſed auth.ib.num.11.ait ſufficere illam ætatem eſſe moraliter impletā,& dicitur moraliter,quando deficiunt,duo,vel tres dies immo ſecundum Ledeſm.2.p. q.60.art.1.quamuis deficerēt decem dies,ſed auth. id non admictit, & hæc ætas poterit diſpēſari ab Epiſcopo ex cauſa vrgentiſſimæ neceſſitatis. Henriq.lib.11.cap.13.nu. 12. auth. ib.q.1.p 4.num.10.11. & 12.

Matrimonium ratum,&non cōſumatum, interceſſit inter B. V.&Sanctum Ioſeph.auth.ib. q.2.p.1. num. 9. nec peccauit B.V. contrahendo matrimonium, cum haberet votum caſtitatis, quia illius votum non erat abſolutum, ſed ſub conditione,niſi Deus aliter,ſibi placere reuelauerit.Hēriq. lib.11.cap.15. Auth.ib.num. 10.

Matrimonium contractum à fideli, cum chatechumina,eſt Sacramentum ex parte fidelis volentis illud ſuſcipere. Guttier.de matr.c.42.nu.4.Auth. ib.p.2.n.3.

Matrimonium celebratum per literas,vel per Procuratorem eſt Sacramentū. Silueſt. verb. matrimonium.§. fin. Guttier. de matr.cap.43. nu.10. verum requiritur. Primo,prędſentia parochi,& teſtium, vt procurator celebret matrimonium coram parocho, & teſtibus. Sanch. lib. 2. diſp.12.num.3. Guttier.cap. 43. Secundo,vt litteræ non ſint fictæ, nec fictus procurator. Guttier. nu. 15.Tertio, vt habeat mandatum ſpeciale.Gloſ.in cap. fin. de procur. & celebrās matrimonium nomine alterius in peccato mortali non peccat, ſed tenetur eſſe in gratia celebrans (per procuratorem) matrimonium. Guttier num. 23.Auth.ib.q.2.p.5.n.3.5 12. & 13.

Matrimonium celebratum à ꝓcuratore excommunicato nomine

mine alterius, eſt validum. Auth. ib. de cenſur. d. 2. q. 2. p. 7. n. 14.

Matrimonium aliud dicitur ſolemne; aliud clandeſtinum; ſolemne eſt illud, quod celebratur in faciem Eccleſiæ, clandeſtinum cōtrahitur ſine parocho, & duobus, vel tribus teſtibus, & eſt inualidum ex diſp. S.C.T. ſeſſ. 24. cap. 1. de reform. vel contrahitur, abſq; denunciationibus, & eſt validum. Rodriq. cap. 217. num. 2. Nauarr. cap. 22. num. 7. & domi contractum, cum parocho, & teſtibus non dicitur clandeſtinum. Auth. ib. de Magn. matrim. Sacr. q. 2. p. 6. n. 1. 2. & 4.

Matrimonium contrahens ſine denunciationibus, abſque legitima facultate, & cauſa legitima, peccat mortaliter. Nauarr. cap. 16. num. 36. & idem erit conſumare, non præmiſſis dictis denunciationibus. Sanchez. lib. 3 d. 11. num. 3. & peccant coniuges toties, quoties denunciationibus non præmiſſis, habet copulam. Henriq. lib. 11. cap. 16. num. 1. Verum quando denunciatio eſt remiſſa ab ordinario non ſtatim eſt celebrandum matrimonium; & poſtea conſumādo non peccant. Auth. ib. nu. 7. 8. 9. & 16.

Matrimonium contrahens ſine parocho, & teſtibus peccat mortaliter. Guttier. cap. 56. n. 4. Auth. ib. num 3.

Matrimonium, vt validum ſit requiritur præſentia parochi, vel alterius Sacerdotis de licentia ordinarij, vel parochi. Conc. Trid. ſeſſ. 24. cap. 1. de refor. & poterit celebrari coram parocho illius loci, in quo aliqs incipit habitare, cum intētione, ibi manendi maiore anni parte, etiam ſi data opera alibi incipiat habitare, vt euitet proprium parochū. Guttier. cap. 63. nu. 33. & ſufficit contrahi matrimonium coram parocho viri, vel fæminæ. S.C. Cardinal. teſte Rebell. lib. 2. q. 8. & matrimonium contractū abſque parocho, etiam in articulo mortis eſt inualidum. Sanch. lib. 3. diſp. 17. auth. ib. q. 2. p. 8. d. n. 1. vſque ad 8.

Matrimonium coram quocunq; Sacerdote de licentia parochi expreſſa contrahi poteſt. Sanchez. lib. 7. d. 35. Regin. lib. 31. num. 178. & 180. licet non requiratur, quod ſit in ſcriptis, & poteſt concedi, etiam extra propriam parochiā. Rodriq. cap. 218. concluſ. 6. etiam degradato; Beneuerū poteſt aſſiſtens parochus nō eſſe Sacerdos ſecus ſi non fuerit proprius parochus, quia debet eſſe Sacerdos. Sanch. lib. 3. d. 27. Guttier. cap. 62. & etiam ſi ſit

ſit interdictus, tenet matrimonium. Sanch. diſp. 32. Guttier. ca. 62. num. 25. & idem ſi fuiſſet prohibitus adminiſtrare Sacramenta propter ignorantiam. Rodriq. cap. 219. num. 11. idemque ſi erit affectus cenſura, etiam vitandus. Sanch. lib. 3. diſp. 31. num. 4. etiam ſi iniuſtè retinuerit beneficium. Auth. ib. 2. num. 11. vſque ad 24.

Matrimonium vltra parochum, coram duobus, vel tribus teſtibus contrahi debet. Conc. Trid. vbi ſupr. non tamen teſtibus dormientibus, amentibus, ebrijs, vel furioſis. Gutt. cap. 69. num. 2. & debent eſſe doli capaces, & cuiuſcunque ſtatus. Sanch. lib. 3. d. 40. Nec eſt neceſſarium, vt ſint rogati. Sanch. loc. cit. Guttier. cap. 5. num. 9. etiam ſi teſtes ſint præſentes per violentiam. S. C. Card. vt per Guttier. cap. 69. num. 13. Niſi eſſent tranſeuntes. Guttier. loc. cit. n. 12. & celebrantes matrimonium ſine parocho, & teſtibus ſunt habiles ad iterum contrahendum legitimè. Guttier. ca. 61. num. 1. Auth. ib. à n. 41. vſque ad 47.

Matrimonium inualidum, ex defectu conſenſus, fit validũ per cõſenſum de nouo præſtitum à conſentiente antea ficte. Nauarr. cap. 42. num. 51. Guttier. cap. 47. num. 14. nec eſt neceſſarium aliquid dicere alteri coniugi. Sanch. lib. 1. d. 32. num. 10. nec aliquo ſigno externo, ſed ſufficit internum. Henriq. lib. 11. cap. 1. num. 2. Auth. ib. de Magn. matrim. Sacram. q. 2. p. 9. num. 1. 2. & 3.

Matrimonium celebratum ſub conditione neceſſaria, validũ eſt ante expectationem euentus conditionis in vtroque foro, modo non interfuerit intentio ſuſpendendi conſenſũ, vſque ad conditionis euentũ. Sanch. lib. 5. d. 1. Auth. ib. p. 10. n. 5 6. & 7.

Matrimonium celebratum ſub aliqua conditione turpi, cõtra ſubſtantiam matrimonij irritum eſt. cap. fin. de condit. appoſ. Guttier. cap. 82. nu. 5. auth. ib. n. 8.

Matrimonium eſt indiſſolubile, tam Iure naturali, quam diuino. non diſſoluitur propter adulterium, verum poterit diſpenſari à Summo Pontifice, vt matrimonium ratum diſſoluatur. S. Anton. 3. p. tit. 1. §. 3. Auth. ib. q. 2. p. 11. per tot.

Matrimonium celebratum per errorem conditionis, eſt validum, quando perſona cũ qua contrahitur, eſt æqualis, & melioris conditionis. Sanch. lib. 7 d. 19. num. 25. Auth. ib. q. 3. p. 3. num. 1.

Matrimonium etiam conſumatum

tum contractum, poſt votum ſollemne caſtitatis in religionis profeſſione valida, emiſsũ; non valet. extat. mot. propr. Greg. XIII. incip. aſcendente domino. Henriq. lib. 11. cap. 8. num. 7. & profeſſio facta in religione, dirimit matrimoniũ celebratum, ante ipſam profeſſionem, modo ſit ratum tãtum, & non conſumatũ. Côc. Trid. ſeſſ. 24. cap. 4. & matrimonium, non conſumatum non dirimitur per conſecrationem alterius coniugis in Epiſcopum, aut per ſuſceptionem ordinum Sacrorum. Valent. tom. 4. diſp. 10. q. 3. p. 3. & conſumatum, celebratum ante profeſſionem, non dirimitur per ſequentem profeſſionem. cap. ſi quis coniugatus. 27. q. 2. & tam poſt, quam ante bimeſtre conſumatum. auth. ib. p. 4. à n. 2. vſque ad 9.

Matrimonium celebratum inter cõſanguineos intra quartum gradum incluſiuè in vtraque linea inualidum eſt. cap. non debet, de conſang. & affin. S. C. Trid. ſeſſ. 24. cap. 3. nam cõſanguinitas impedit, & dirimit matrimonium, auth. ib. p. 5. §. 1. nu. 7. pro vt etiam cognatio legalis impedit, & dirimit matrimonium inter adoptantem, & adoptatum. cap. per adoptionem. 3. q. 3. cap. vnico de cognat. leg. inter vxorem adoptantis, & adoptatum, & inter vxorem adoptati, & adoptantem. l. adoptiuus. ff. de rit. nupt. inter filios adoptãtis, & adoptatum, quandiù exiſtũt ſub illius poteſtate. cap. 1. de cognat. leg. Auth. ib. §. 3. per tot.

Matrimonium celebratum per vim, vel metum grauem iniuſtè excuſſum à cauſa libera ad hoc, id eſt, ad extorquendũ conſenſum, eſt inualidum. Nauarr cap. 22. num. 5. Guttier. de matr. cap. 76. num. 8. ſiue metus incutiatur ab altero contrahente, ſiuè ab alio. cap. veniens il 2. de ſponſal. etiam ſi interueniret iuramentum. Sanch. lib 4. diſp. 20. num. 12. & 15. nec reſoluitur in ſponſalia, vt inducat obligationem ſponſalium, nec peccat contrahens matrimoniũ per metum grauem. Henriq. lib. 11. c. 9. num. 6. & ex S. C. Trid. ſeſſ. 24. cap. 9. lata eſt ſententia excommunicationis, contra vim, vel metum inferentes. auth. ib. q. 3. p. 8. n. 8. 25. 26. 30 & 34.

Matrimonium non irritatur per ordines minores. Sot lib. 7. q. 6. Guttier. cap. 94. num. 19. ſecus verò per maiores. S. C. T. ſeſſ. 24. cap. 9. cap. vnico de vot. in 6. nec matrimonium poteſt contrahi à Sacerdotibus græcis. Azor. 1. p. lib. 13. c. 13.

13. licet ſit eis permiſſum ſi ſint coniugati, ſuſcipere ordines Sacros,&vti matrimonio ante Sacros ordines celebrato,cap.aliter.diſt.31.& matrimonium contrahentes ordinibus Sacris initiati, ſunt excommunicati. Clem. vnica de conſang. & fiunt irregulares. cap.quotquot.27.q.1. etiam ſi non fuerit cōſumatum matrimonium. Nauarr.cap.7.nu. 195.Auth.ib.p.9.num.1.8.13. & 17.

Matrimonium inualide contrahitur,cum pluribus,vide ſupr. verb.ligamen,etiam ſi ſint infideles; nam illorum matrimonia ſunt valida tantum cum prima,& non cum alijs, & ſi contrahatur matrimonium cum pluribus, in primo erit permanendum. Rebell.lib.3. q.20.nec poteſt cum pluribus celebrari ex conſuetudine, vel ex diſpenſatione Papę,verum tam primum,quam ſecūdum matrimonium ſucceſſiuè contractum erint Sacramentum, & quando certitudo habetur de morte primi coniugis,poterit ſuperſtes,licitè cū alio matrimonium contrahere.Sanch.lib.2.diſp.145.num. 6.&requiritur certitudo moralis,ſeu tanta,quanta Iudicio prudentis, ſufficit ad credendum mortem ipſius,nec mors probatur per vnicum teſtem, Sanch.diſp.46.num.10. & cōtrahens cum ſecūdo, tenetur ab illo recedere, ſi poſtea ſciat priorem eſſe, ſuperſtitē. cap.ſi virgo.34.q. 2 item erit validum matrimonium cōtractum à credente ſuperſtitem eſſe priorem, ſed re vera erat mortuus. Auth. ib.de magn. matr. Sacram. q.3.p.10.per tot.

Matrimonium impeditur ratione publicæ honeſtatis, vide infra verb. publica honeſtas.

Matrimonium dirimitur propter impotentiam. cap. quod Sedem. de frigid. & malefic. Sanch.lib.7.diſp. 98. ſed erit validum contractum, cum fœmina arta, quæ fieri poteſt apta per inciſionē, ſecus quādo non poteſt ſemen recipere,erit etiam validum contractum cum fœmina,quæ poteſt ſemen recipere, quamuis ſit impotens ad ſeminandum. Henriq. lib.12.cap.7. num.4. item erit validum contractū, cum leproſo.ca. 2. de coniug. leproſ.Item erit validum,quādo fœmina poteſt reddere debitum, ſed non,niſi cum grauiſſimo ſanitatis periculo. Guttier.cap.112.nu. 17.idem inter ſteriles. Guttier.loc.cit. num. 16. & etiam à ſenè decrepito,qui aliqua arte poteſt iuuari ad copulam, ſecus ſi ſit omninò impotens ad habendam

dam copulam. Sanch. li. 7. diſp. 92 ſecus vero ab eunocho p-fecto, vel ſpadone carente ſemine. Sanch. loc. cit. num. 17. Auth. ib. p. 13. à nu. 12. vſq; ad 20.

Matrimonium interdicitur ab Eccleſia, certo anni tempore. cap. non licet. 33 q. 1. & iuxta S. Conc. Trid. ſeſſ. 24. cap. 10. vetitum eſt à primo die aduētus Domini, vſque ad diem Epiphaniæ, à quarta feria ci nerum, vſque ad octauam Paſchæ incluſiuè. auth. ib. q. 3. p. 14. num. 4.

Matrimonium diſſoluitur, quo ad thorum, & habitationem in aliquibus caſibus, vid. ſupra verb. diuortium.

MEDICVS.

Medici non tenentur ſeruare decretum Pij V. de non viſitandis infirmis poſt tertium diem, non cōfeſſis; dum infirmitas non eſt periculoſa, nec incurrunt pœnas dictæ cōſtit. habendo curam infirmi, qui confiteri noluit, & eſt in vitæ periculo, ſi illum deſerant. Suar. de pœnit. diſp. 35. ſect. 3. num. 5. nec incurrunt ſi confeſſarius infirmo, confeſſionis tempus proroget. Auth. t. 2. de legib. d 4. q. 1. p. 16. n. 12. n3 & 14.

Medicus non poteſt ſemper in applicādis medicinis ſequi opinionem probabilem relicta probabiliori, & medicus grauiter peccat tradēdo infirmo pharmacum, vt de ipſo experimentum ſumat. Auth. ib. de legib. d. 2. q. 4. p. 9. à n. 20. vſq; ad 25.

Medicus peccat, non ſuſcipiēdo curam pauperis infirmi. Azor. cap 8. quæſ. 5. Vaſq. opuſc. ca. 1. de elem. dub. 4. num. 33. Auth. ib. d. 3. q. 4. p. 6. n. 9.

MENDACIVM.

Mendacium eſt falſa ſignificatiō vocis, cum intentione fallēdi, ſeu dicendi falſum. S. Auguſt. lib. 7. contr. mend. cap. 42. auth. t. 2. de legib. d. 10. q. 1. p. 1. num. 1.

Mendacium regulariter eſt peccatum. S. Thom. 2. 2. q. 110. art. 3. Tolet. lib. 7. cap. 54. de ſept. peccat. dixi regulariter, nam mendacium iocoſum, & officioſum, vel ſine graui damno tertij, non eſt mortale, etiam ſi proferatur à viro grauiſſimo. Auth. ib. p. 2. n. 3.

Mendacium mortale non committitur ab eo, qui ſine graui damno proximi, illud profert etiam in Iudicio, vel in Sacramento confeſſionis; modo nō ſit cum iuramento, & modo non ſit circa materiam neceſſariam, vel circa totam materiam confeſſionis, verſ. quinto, eum, &c. & ſic etiam fœmina, quæ defectum virginitatis tegit, non grauiter peccat.

Sanch.

Sanch.lib.6.de matr. diſp. 27. in fi.ſed hipocrita mortaliter peccat fingendo ſanctitatem. S.Thom.2,2.q.110.art.4 Nauarr.cap.18.n. 8.auth.ib.n.7. 8.& 9.

MENDICANTES.

Mẽdicantium religioſorum nomĩne,intelliguntur illi, qui ex vi eorum profeſsionis, vel regulæ,vel conſtitutionum à Sede Apoſtolica confirmatarũ, nequeunt redditus,vel poſſeſſiones ad congruam ſubſtẽtationem in communi habere. cap.vnico.§.confirmatus de relig.dom.in 6.auth.to. 2.de clauſ. q. 2. p.9.§.5.difficul.1. num.6.

METVS.

Metus eſt perturbatio animi,proueniens ex apprehẽſione mali imminentis, & vel eſt cadẽs in conſtantem virum,qui grauis appellatur,vel nõ cadens; & leuis nuncupatur. Rurſus, vel eſt intrinſecus; qui fit à cauſa naturali, vt à morbo,à tempeſtate,&c.vel eſt extrinſecus, qui fit à cauſa libera. Ideſt ab homine.Auth. t. 2.de reſtit.& contract.d.3.q.5.p.2 §.3.n.1.

Metus non irritat contractum iuræ naturæ.Sot.in 4 diſp.29. q.1. art.3. nec Iure poſitiuo. Sãch.de matr.lib.4.diſp.8.niſi in aliquibus caſibus. ſcilicet, primo irritat cõtractum matrimonij,& ſponſaliarum. Secundo,contractum dotis promiſſæ,vel ſolutę.Tertio,renũciationis beneficij. Quarto, teſtimonium. Quinto, donationem.auth.ib.n.2.& 3.

Metus quãdo iniuſtè in cutitur, contractus venit irritandus ad arbitrium eius, qui paſſus eſt metum. Silu. verb.metus. quæſ.6.Nauarr.cap.21.nu.51. auth.ib.n.4.

Metus an irritet matrimonium vide ſupra verb. matrimonium.

Metus reuerentialis, aut preces importunæ inducunt obligationem reſtituendi. Nauarr. lib.3.c.1.num.332.auth.ib.nu. 10.

Metus iuſtæ accuſationis, non reddit promiſſionem inualidã. Auth.ib.n.12.

Metus excuſat regulariter à trãſgreſſione legis humanæ, & à peccato. Henriq. lib.13.cap. 21.nu.2.Suar. de cenſur. diſp. 6.ſect.3.num.7.auth.ib.t.2.de legib.d.2.q.8.p. 2.n.3.

Metus non excuſat à fractione ſigilli confeſſionis. Auth. t.1. de ſacram.d.5.q.6.ſect.5. p.4. num.20.

Metus non irritat ſuſceptionem ordinum.Henriq.lib.10.ca.14 num.3.Auth.ib.d.8.p.5. num. 40.

Metus grauis excuſat ab incurrendis cenſuris. Nauarr. cap. 27.

27.num.63.Suar.diſp.4.ſect 3 num.13.& excuſat ab effectibus mediatis cenſurarum, de quibus fusè.Vgol. tab.1.c.14.Auth.ib.de cenſur.d.1.q.3 p.3.n.6.

MISSA.

Miſſa de Iure diuino eſt celebrāda,& eſt audienda à fidelibus ex præcepto Eccleſiaſtico, Suar.diſp.88.ſec.4. ſiue audiatur miſſa de Sancto, ſiuè de mortuis,ſiue priuata,ſiue ſollemnis,quamuis melius ſit audire miſſam tempori congruā Tolet.lib.6.cap.7. auth.t.1.de Sacram.d.4.q.vlt.p.11.n. 6.& 12.

Miſſa poteſt audiri à quolibet ſacerdote,etiam concubinario, modo non adſit aliqua prohibitio. Auth.ib.p.12.n.1.

Miſſa,vel eſt ſollemnis,vel priuata,vel de ſancto,vel de feria, vel votiua, vel pro mortuis. auth.ib.p.11.n.5.

Miſſa poteſt per alium celebrari, quoties nō conſtat fundatorem voluiſſe obligare Cappellanum. Eman. Sà verb.beneficium.num.28.auth.ib.p.7 §.1.n.1.

Miſſa celebrari non poteſt, abſque labe peccati mortalis, (ſine neceſsitate)per horam poſt meridiem;ante recitationem verò matutini poteſt, Auth.ib.p.9.n. 6. & 7. & vide verb.Hora.

Miſſa non poteſt celebrari lingua vulgari.S.C. Trid. ſeſſ.22. c.8.auth ib.n.36.

Miſſa omitti poteſt, non ſolum ex impotentiā phiſica,ſed etiā morali; hinc graue detrimentum ſpirituale proprium, vel alienum excuſat.Nauarr.cap. 21.num 12. hinc etiam dannū corporale proprium,vel alienum excuſat, excuſantur etiā nutrices,quæ ſecum ad Eccleſiam puerum deferre nequeunt.Ang.verb. miſſa. §.827. excuſat etiam graue negotiū, quod in aliud tempus differri nequeat.Suar.ſect.6.colum.4. excuſantur fœminæ honeſtæ carentes veſtibus conuenientibus ſuæ perſonæ. Eman. Sà verb.miſſę auditio. num.3.auth.ib.num. 8. excuſatur, qui propter inimicos exire non poteſt.Ang.loc.cit.num.9. Non tamen omitti debet à puella credente ſe ab adoleſcente laſciuo concupiſcendam, dum ad miſſæ ſacrificium accedit. Eman.Sà loc.cit.num.3. Item ignorantia culpabilis excuſat, ſub qua ignorantia comprehenditur rationabilis obliuio.Suar.diſp.88.ſec.6.ſic etiā cenſura.Silu.verb. miſſa num. 1.& non habens alium ſacerdotem præter excommunicatum; conſuetudo regionis aliquando excuſat, hinc viduæ, quę certo tempore domi ſe con-

continent,excuſantur.Silu.& Ang.loc.cit.Suar.ſect.6. verſ. ſextum caput, pro vt etiam puellæ nobiles,quæ non conſueuerunt, aut nō permictuntur miſſam audire, donec nuptui tradantur. Nauarr. cap. 21.num.9. Non tamen fœminæ excuſantur ob menſtrua temporalia, præciſa debilitate.Suar.diſp.88.ſect.6. Auth. ib.de Sacram.d.4.q. vlt.p.vlt. per tot.

Miſſæ diui Gregorij,non omnes, ſunt celebrandæ de requiem, vel ſine interruptione. Auth. ib.§.3.n.6.& 7.

Miſſę natiuitatis domini,nō ſunt omnes audiendæ, ſed ſatisfit, audiendo vnam.Nauarr. cap. 21.num.2.Auth.ib.p.11.num. 10.

Miſſæ partem notabilem diebus feſtis omictens, peccat mortaliter ex ſue genere. Nauarr. d.ca.21.num.1.& 2.Silu.verb. miſſa.num.1.& ideò miſſam omictens,vſque ad Epiſtolam incluſiuè peccat,ſecus excluſiuè.Nauarr.d.cap.21.num.3. Tolet.cap.7.Auth.ib.num.11 & 16.

Miſſæ ſatisfacit cæcus, etiam ſi longe diſtet à Sacerdote. Surdus, & is, qui Sacerdotē ſubmiſſa voce celebrantem, non audit, nam ſufficit mente, & corpore intereſſe.Nauarr.ca. 21.num.8 non tamen ſatisfacit, qui tempore miſſæ notabiliter confabulatur, vel dormitat,vel ridet, cum alijs, ita vt omninò non attendatur intentione ad miſſam. Nauar. d.cap.21.num. 6. ſed recitans horas canonicas inter miſſarum ſollemnia, quas tenetur recitare,ſatisfacit. Suar.diſp. 88.ſect. 3. non vero ſatisfacit ſi confiteretur peccata ſua, abſque neceſſitate;non habēs intentionem audiendi miſſam verſ.ſeptimum caput, ſed ſatisfacit, qui miſſam audiuit, ſed ſcrupulis agitatus habet miſſam pro nō audita. Nauar. d.cap.21.num 42. Auth. ib.d. n.10.vſque ad fin.

Miſſam non celebrans toto anno,ſimplex Sacerdos, non legitimè impeditus,peccat mortaliter.S.Thom.3.p.q.82.art. 10.Nauarr.cap.25.num.88.& quod peccet tantum venialiter,poteſt etiam ſuſtineri pro opinione probabili, & ne incidat in culpam mortalem, ſufficit in anno celebrare ter, vel quater,pro prima opinione.Henriq.lib.9.cap.23.num. 1.Auth.ib.p.7.n.1.& 2.

Miſſa inchoata non poteſt interrumpi ab ipſo Sacerdote celebrante.Henriq.lib 9.cap.30 num.3.Silu.verb.miſſa num.2 Auth.ib.q.vlt.p 10.n. 24.

Miſſam à pluribus Sacerdotibus audiens, ſatisfacit præcepto.

Eman. Sà verb. auditio miſſæ. num.2.Azor.1.p.lib. 7.cap.3. quæſ.3. Auth. ib. p.11.num. 13.

Miſſam audire,non eſt neceſſe, cum intentione ſatisfaciendi præcepto, Nauarr.d.cap.21. num.4.Rodriq.cap.123.num. 2.& audiens miſſam,ignorans diem feſtum, ſatisfacit precepto.S.Thom.2.2.q.104.artic.3 Silu.verb.hora.num.14. auth. ib.n.22.& 23.

Miſſam audire extraneus nō tenetur, ſi perueniat ad locum, vbi dies feſtus particularis celebratur.Suar.tom.1.de relig.lib.2.ca.14.num.27.Nald. verb.miſſa num.15. niſi haberet, ibi intentionem permanēdi maiori parte anni. auth. ib.p.12.n.5.

Miſsā omičtēs in die feſto, ex diuerſis preceptis colendo,vnū peccatum commičtit. Hēriq. lib.5.cap.5.num.9.lit.R.Suar. diſp.22.ſect.4.num.22. Auth. ib.de Sacram. d.5.q.5.ſect.2. p.2.§.3.difficul.3 n.24.

Miſſę inſeruire poteſt excommunicatus, quando nullus alius adeſt.Suar.d.21.ſect.1.num.3. Hēnriq. lib.13.cap.7.num.2. Auth.t.1.de cenſur.d.2.q.2.p. 3.n.3.

Miſſam audientes, cum excommunicato vitando, peccant mortaliter.Suar.loc.cit. num. 16 Auth.ib.n.9.

Miſſam celebrans coram excōmunicato vitando, incurrit excommunicationem.ca. veniens de ſent.excomm.ac per inde celebrans, non tenetur proſequi miſſam, niſi expulſo excommunicato; verum audientes miſſam non tenentur diſcedere, quando defertur cadauer excommunicati vitādi.Auth.ib.num.10.13. & 15.

MONITORIVM.

Monitorium non obligat ad denunciandum delinquentem in delictis commiſſis in damnum denunciantis, niſi aliter poſtulet commune bonum, nec obligat, quando immineret magnum dannum denuncianti.Nauarr.cap.25. nec ad manifeſtandum proprium delictum.Nauarr.cap.inter verba cōcluſ. 6. nec obligat vxorem, vel filiū carnalem ad denunciandum maritum,vel patrem carnalem, ſecus verò in patre ſpirituali,quia tenentur Suar.to.5.diſp.20.ſect.3. reg. 3.num.10 nec ad reuelādum, id quod probari non poteſt. cap.Sacerdos de pœnit.diſt 6 cap.qualiter,& quando,il primo de conſtit.ne1 ea,quæ verè non ſciuntur.Nauarr.conſ. 1.de heretic.nec ea, quæ ſciūtur à perſonis leuibus, vel ignotis, vel quando, quis neſcit à quo audierit.Sanch.de matr.lib.3.diſp.13.num.7.nec

eum

eum obligat, qui audiuit delictum ab illo, qui denunciauit. Sayr.lib.1.de cenſ.ca. 9.num. 34. nec obligat ad denunciãdum ante fraternam correctionem. Nauarr.lib. 2 cap.4. num 247. niſi in hæreſi malitioſa, quia in hoc caſu nõ erit præmittenda correctio. Auth. tom.1.de cenſur. d.2.q.6.p.1. a n. 1.vſque ad 20.

Monitorium obligat ad exhibẽdum, vel reuelandum ſcripturas, quoties exhibẽdo, vel reuelando, non patitur graue dannum. Genuen. in prax.ca. 2.num.1.in fin.Auth.ib. num. 32.

Monitorium eos ſolum obligat, quos Iudex intendit obligare. Auth.ib.n.24.

Monitorium, quando fertur, reuelatio ritè recipiẽda eſt per Notarium approbatum, in ſcriptis. Genuenſ.cap.1. num. 19. Nauarr.conſ.5.de furt.& fieri debet, expreſſo nomine, & cognomine deferentis. cap. dilectus de accuſat.auth.ib.n. 34.

Monitorium incipit obligare à die, & hora, qua publicatur monitorium, excepto primo die, modo eodẽ die de eo notitia habeatur.arg. cap. quarto.2.q.5. Henriq.lib.13.cap. 18.num.6.& non denunciantes intra tempus præſcriptũ in ædicto, tenẽtur lapſo eo tẽpore denũciare, quam primũ comodè poſſunt. Nauarr.cap. 25.num. 46. & abſolutio ab excommunicatione cõtracta ob non denunciationem, non poterit obtineri, niſi ab habẽte facultatem abſoluendi. auth.ib.n.35.36.& 40.

MONOPOLIVM.

Monopolium, ex ſui voce, ſignificat vẽditionem vnius, & multis modis contigit. Primo, quando mercatores conueniunt inter ſe de merce vendenda, tanto pretio ab ipſis conſtituto, Secundo, quando vnus, vel duo, vel tres emunt omnes merces, ipſiq; ſoli eas vendunt; eo, quo volunt pretio, & ſic inducunt notabilem inopiam. Tertio, impediendo, ne aliæ merces aduehantur, vt ipſi maiori pretio res ſuas vendant. Quarto, quãdo Princeps alicui concedit priuilegium, vt ipſe ſolus certum genus mercium vendat. Auth.t. 2.de reſtit.d.3.q.2.p.5.n.1.

Monopolium inhiendo mercatores, vt res vendant vltra pretium rigoroſum, peccant mortaliter. Auth.ib.n.2.

MONS PIETATIS.

Mons Pietatis eſt ſumma pęcuniæ, vel frumenti, aut alterius rei ſimilis, publicæ deputatæ ad ſubueniendum pauperibus & eſt licitus, nam non interuenit vſura, ſed potius pietas.

Nauarr.de vſur.nu. 59. & poteſt inſtitui ſub onere cenſus, Beneuerum ſit illicitus ſi aliquid accipiatur ad augendum montem, vel, vt dominus mōtis aliquod lucrum accipiat, ex quo colligitur, quod mons prædictus, poteſt inſtitui à priuato, & reuocari; & plus poteſt exigi à mutuatario, qui diutius differt ſolutionem, quam ab eo, qui citius ſoluit, quæ exactio non ſit ratione dilationis præcisè, ſed ratione ſtipendiorum, quæ maiora debentur miniſtris. Auth.t.2. de reſtit.d 3.q.3.p.11.per tot.

MVNERVM LARGITIO.

Munerum largitio prohibetur regularibus ex Bulla Clem. Octauo vnde regularis peccat comodando, vel mutuando aliquid alteri, animo non repetendi. Sanch. lib. 6.d.4. de matr & peccat condonans cōſanguineo ſolutionem legati. Auth.t.1. de trac. var.d.3.p.1.num.1.2.& 3.

Munerum largitio, prohibetur omnibus religioſis vtriuſque ſexus, vt habetur in Bulla prædicta. Auth.ib.p.2. num.1. vnde includuntur moniales, & prohibitio eſt ſub pęna priuationis dignitatum, graduum, & officiorum; incapacitatis, & inhabilitatis ad illa, & alia in futurū; perpetuæ infamiæ, & ignominiæ; vocis actiuæ, & paſſiuæ, & ꝙ poſſit agi contra ipſum regularē actione furti, & ſimoniæ, ead.bulla. Auth.ib.p.2.num.1.& 3. & p. 5.n.1.

Munerum largitio eſt licita, nec conſtitutio violatur, mutuando, locando, comodando, aut vendendo, etiam infimo pretio, animo exigēdi. Valer.diff. 1.num. 66.verb.munere, nec etiam violatur in quinque caſibus ab Auth.poſitis, ex bulla prædicta collectis. Primus.n. eſt, ſi fiat de conſenſu generalis Capituli, pluribus tamen interuenientibus conditionibus relatis per Auth. & contentis in d.Bulla. Secundus, ſi fiat de leuioribus poculentis, eſculentis, & munuſculis, ad deuotionem pertinentibus. Tertius, de pecunijs, quæ ad diuinum cultum expendūtur. Quartus, de eleemoſinis ad ſubleuandas veras neceſſitates. Quintus, de hoſpitalitate erga pauperes, & peregrinos. Auth.ib.p.1.à num.5.per tot.

Munerum largitio licita eſt omnibus habentibus beneficium Eccleſiaſticum. Sanchez.oper. mor.lib.6.cap.6. num. 13. & 14. Item religioſis Nouitijs. Tertiarijs. Religioſis militaribus. Epis religioſis Rot. 2.p. dec.215.n.3.in nouiſſimis. Religioſo iuſtè, vel iniuſtè eiecto è mo-

è monaſterio. Valer. verb. munera.num.27.necnon religioſis, vel monialibus extra monaſterium degentibus. auth.ib.p.2.per tot.

Munerum largitio ex nonnullis cauſis licita eſt religioſis. Primo,ſi fiat ex cauſa remunerationis.Secundo,ſi fiat de conſenſu ſuperiorum ex cauſa in Capitulo generali approbata; Tertio,ad redimendam vexationem, ſeu alia iuſta cauſa ad monaſterij comodum, vel vtilitatem. *A*uth. ib.p.5.num. *9*.Quarto,accipiendo aliquid, vel diſtrahendo ſuperiore vidente, & non contradicente. Nauarr. man.cap.17.num.*5*. Auth.ib.p.*6*.n. *21*.

Munerum largitio prohibetur recipi à religioſis per quoſcũque vtriuſque ſexus. Auth.ib. p.3.num.1.& habetur in Bulla.

Munerum largitionem accipiẽs à religioſo,in alijs caſibus,quã ſupra expreſſis,tenetur ad reſtitutionem, antequam abſoluatur, & tenetur etiam ante Iudicis ſententiam, nec valet abſolutio ante actualem reſtitutionem, ſi fieri comodè poteſt, & ſi impendatur;confeſſarius non tenetur ad reſtitutionem,& reſtitutio eſt faciẽda monaſterio, in quo degit religioſus,à quo res fuit accepta.Auth.ib.p.4.per tot.

MVTVVM.

Mutuum eſt contractus, quo rei dominium transfertur in accipiẽtem, ſpe recipiendi ſimilem in ſpecie,& bonitate. l.2. ff.ſi cert. pet. ex quo mutuo inſurgit obligatio, l.ciuitas.ff. ſi cert.pet. authent. hoc Ius porrectum.C. de Sacroſ. Eccleſ.Auth.t.2.de reſtit.d.*3*.q.*3* p.*1*. n.1.& *5*.

Mutuum ſolui poteſt in quacũq; pecunia. Silu. verb. ſolutio. quæſ.*3*. Auth. ib. d. *1*.q.7.p. vnic.n.5.

Mutuum accipere ſub vſuris aliquando licet, ſi vſurarius paratus ſit dare ſub vſuris. Aragon.q.*78*.ar.4.dub.1. auth.ib. d.*3*.q 2.p.2.n. 15.

Mutuum petere ſub vſuris non licet, quia aliud eſt accipere, quam petere ſub vſuris. auth. ib.q.3.p.*13*.n.1.

Mutuum conſiderãdum eſt iuxta valorem rerũ, modo aliud non adſit pactum.Nauarr.lib. *1*.cap.2.num. *252*. Leſſ.lib.2. cap.*20*.dub.17.nu.*149*.& erit reſtituendum iuxta valorem ſolutionis.Ang.verb. ſolutio. num.2.Silu.eod.verb. quæſ.2. & quando pro tritico reſtituitur pœcunia, eſt reſtituenda, ſecundum æſtimationem, quã triticum habebat tempore mutuationis. Item erit reſtituẽdum iuxta valorem, quem pęcunia habet in loco,vbi petita

tita eſt.l.vinum.ff.de reb. credit. Auth.ib.d.3.q.3.p.3.n.21. 22.& 30.

Mutuator poteſt in principio contractus paciſci de aliquo lucro,ſeu pęcunia ſibi ſoluenda,ratione danni emergentis, vel ratione periculi danni. Molin.diſp.314. Azor.3.p.lib. 5.cap.4. & 7. & idem erit ratione lucri ceſſantis. Couarr. 3. var.cap.4.Nauarr lib.3.c.2 num.287.Molin.diſp 315.Auth.ib.p.4.num.2.& 12.Item poterit aliquid accipere ob labores,expenſas, & diligentias,quas fecit in gratiam mutuatarij. Auth.ib.p.5.num.5. & vide infr.verb.vſura.

N

NECESSITAS.

Neceſſitas triplex eſſe poteſt.Prima,quæ dicitur medij. Secunda, præcepti.Tertia, medij,& præcepti, ac propterea relicto aliquo, quod fieri debebat,neceſſitate medij,ſalus obtineri non poteſt; relicto vero, quod fieri, debebat neceſſitate præcepti, ſi non adfuit culpa, ſaluari poteſt; relictò vltimo, ad quod tenentur neceſſitate medij, & præcepti, ſalus percipi non poteſt. Auth.t.2.de leg.d.3.q.2.p.2.n.1.

Neceſſitas ſpiritualis eſt duplex, Prima,dicitur extrema,& hęc dicitur, quando quis non poteſt aliundè moraliter prouideri. Altera dicitur non extrema, quando quis neceſſitate laborans, poteſt ſibi aliunde prouidere.Auth.ib.q.4.p.4 num.1.

Neceſſitas cõmunis eſt illa, quæ paſsim occurrit,vt eſt illa pauperum hoſtiatim ſtipem quærentium,& grauis eſt illa, quã incurrunt non habentes neceſſaria ad ſuũ, & ſuorum ſtatum,& conditionem. Extrema,vel quaſi eſt illa, quã quis patitur,cum probabili mortis periculo.Azor.cap. 9. quæſ.5. & 7.Auth.ib.q.4.p.6.n.4.

Neceſſitati extremæ ſpirituali ſubueniendum eſt ex charitate.S. Thom. 2.2.q.26.artic.5. Reginald. lib.4.cap.25. num. 359.Auth.d.3.q.4.p.4. num.2 ſed extra neceſsitatem extremam, non tenemur ex charitate ſubuenire.Nauarr.ca.24. num.12.Auth.ib.n.4.

Neceſsitas accipienda eſt moraliter,non autem phyſicè. Auth.ib.q.4.p.4.per tot.

Neceſsitas excuſare poteſt Canonicos à quotidiana aſsiſtẽtia in choro. Auth.t.1.de hor. canon.d 2.q.1.p.1.n.6.

Neceſsitas excuſat à peccato eum,qui participat cum excõmunicato vitando. cap.multos

tos.11.q.3.Vgolin.tab.2.cap. 23.§ 15.Auth.ib.de cenſur. d. 2.q.2.p.6.§.2.n.57.

NEOPHITVS.

Neophitus dicitur, qui ex lege Iudaica, Maumetica, vel Ethnica, nuper cõuerſus eſt ad fidem Chriſtianam, & eſt irregularis. cap. 1.& 2.diſt.48.Tolet.lib.1.ca. 59. & poterit diſpenſari ſolum à Pontifice, quo ad ordines, & beneficia. Auth.t.1.de cenſur.d.7.q.2.p. 1.n.4.5.& 6.

NOTARIVS.

Notarius ex officio legens ſententiam mortis eſt irregularis.Suar diſp.47.ſect. 4 Auth. tom.1. de cenſur.d.7.q.4.p.1. num.5.

Notarius poteſt aliquid loco ſtipendij accipere, dum ei ſalarium non eſt conſtitutũ Suar. cap.5.3.num 3. Auth.t.1.de tract.var.q.4.§.3.n.4.

Notarius non incurrit labem ſimoniæ, accipiẽdo aliquid pro ſcripturis, niſi pro literis dimiſſorijs, vel ſigillo. C.T.ſeſſ. 21.cap.1.Auth.ib.§.17.n.8.

Notarius debet habere ſaltem ſcientiam mediocrem eorum, quæ ad proprium officium pertinent. Panorm. in cap.1. de fid.inſtr.Ang.verb.tabellio num.6.& fideliter referre debet in ſcriptis, quæ à partibus afferuntur, & fiunt. Nauarr.c. 25.num.52. grauiter peccat, dũ renuit conficere inſtrumẽta, aut occultat, vel in regiſtro non collocat.Nauarr.nu. 53.Auth.ib.num.3. & præſertim legata pia manifeſtare tenetur.Tolet.lib.5.cap.61.nu. 6.Auth. t. 2. de legib.d.10.p. vlt.3.n.1.vſque ad 5.

Notarius effici poteſt, clericus in minoribus conſtitutus. Panorm.cap.ſicut ne clerici.Couarr.pract.99.ca.19. Auth.ib. num.8.

NOVITIVS.

Nouitij in religione poſsunt ab ijs caſibus abſolui, à quibus profeſſi. Sanch lib.4.cap.39. num.20. Auth.t. 2. de legib.d. 4.q.2.p.7.§.4.n.28.

Nouitiorũ vota poſſunt ab his, qui vicem ſuperiorum gerũt, irritari.Suar.lib 6.cap.8.num. 10.Sanch.ca.24.num. 23.modo illi, qui vices gerunt, habeant iuriſdictionem generalem ad omnes cauſas, & negotia.Auth.ib.§. 2.n.31.

Nouitius à monaſterio egreſſus, nullum habens beneficium, nec Sacrum ordinem, de delicto commiſſo in monaſterio, tempore nouitiatus, eſt iudicandus à ſuperiore monaſterij.Clau.reg.lib.12.cap.7.n.9. Clar. q. 36. verſ. ſed hic quæro.Auth.ib.de legib.d.10.q.2 p.1.§.2.n.5.

Nouitium extrahens à religione, vel profeſſum, per vim, vel

frau-

fraudem, non tenetur ingredi religionem. Nauarr. cap. 22. n. 45. Sed tenetur ſaltẽ ex æquitate alium inducere ad illam ingrediendum. Auth. ib. de reſtit. d. 2. q. 1. p. vnic. n. 7.

Nouitius eiectus à religione, nõ eſt ſuſpenſus. S. Congr. Card. Auth. t. 2. de clauſ. q. 2. p. 12. §. 6. n. 2. nec eſt apoſtata diſcedendo à religione. Auth. ib. p. 11. §. 1. n. 2.

Nouitiatus non interrumpitur ex dementia breui, ſecus ſi lõga. Auth. ib. q. 2. p. 10. §. 1. diff. 2. n. 2.

Nouitiatus fieri debet in ætate legitima, quę eſt pubertas cõpleta, & annus ipſius nouitiatus debet eſſe continuus. Couarr. var. cap. 1. num. 1. lib. 3. & per agendus eſt in habitu religionis. Silueſt. verb. religio quæſ. 5. & ſufficit, quod peractus ſit extra monaſterium, cum ſuperioris licentia. Nauarr. conſ. 32. de regul. Auth. ib. q. 2. p. 10. §. 2. difficul. 2. per tot.

O

OBLATIONES.

Oblationes ſunt, quidquid Deo in recognitionem Dominij, & excellentiæ ipſius offertur, ſiuè ſint primi fructus, ſiuè aliqua res mobilis, ſiuè immobilis. S. Thom. 2. 2. q. 85. art. 3. Suar. tom. 1. de relig. lib. 1. ca. 3. & pertinent ad rectorem, ſiuè parochum illius Eccleſiæ, in qua fiunt oblationes Abb. in cap. paſtoralis de ijs, quæ fiunt à prelati. Auth. t. 2. de legibus. d. vlt. q. 1. p. vlt. per tot.

Oblationes alienari poſſunt de licentia Epiſcopi, abſque aſſẽſu Pontificis; niſi forte ſint vota aurea, vel argentea magni valoris. Auth. ib. de reſtit. d. 3. q. 8. p. 4. n. 18.

OBSERVANTIA euentuum, & obſeruatio vana.

Obſeruantia euẽtuum eſt genus ſuperſtitionis, quo ex cõſideratione alicuius euentus conijcitur, quid futurum ſit, & differt dupliciter, à diuinatione, Primo, quia in diuinatione quæruntur ſigna ad diuinandũ hic autem caſu occurrunt. Secundo, nam in diuinatione, quæritur notitia, hic vero intenditur potius directio operationum ad aliquid obtinendum, aut vitandum. Sanch ca. 40. num. 1. & 14. Clau. reg. lib. 4. cap. 6. num. 1. Auth. diſp. 3. q. 5. p. 4. num. 21. ſect. 1. tom. 2 quæ obſeruantia ex ſuo genere inducit peccatum mortale,

te, quamuis ſepius admittat excuſationem ratione ignorantiæ, aut bonæ fidei. Nauar. cap.21. num. 15. & paruitas materiæ excuſat etiam à mortali. Sanch. d. cap.40. num.25. & 13. Auth. t.2. de legib. d.3. q.5. p.4. num.21.22. & 23.

Obſeruatio vana contingere ſolet, quando ex conſideratione alicuius euenctus caſualis cõijcitur aliquid proſperi, vel aduerſi, & nomine huius venit magia, veneficium, & maleficium, & eſt ſuperſtitio, qua media inutilia adhibentur ad prçſtandum, vel omictendum, id quod illa media, nec à Deo, nec à natura virtutem habẽt. Tolet lib.4. cap.14. num.7. D. Thom. 2.2. q.96. artic. 1. & 2. Auth. ib. p. eo. n.1.2. & 3.

Obſeruationis ſpecies ſunt tres, ars notoria, obſeruatio ſanitatum, & obſeruantia euentuum. Obſeruantia euentuũ, eſt ea, quam ſupra diximus. Ars notoria, eſt ſuperſtitio qua, quis credit ſe conſequuturum ſcientiam, abſque labore per quædam ieiunia, orationes inſpectiones figurarum, & alia ſimilia; & hæc eſt peccatum mortale. Sanch. loc. cit. num.12. auth. ib. num. 5. Obſeruatio ſanitatum, eſt ſuperſtitio, qua adhibentur aliqua inania, & inutilia ad ſanandos morbos hominum, vel animalium. Auth. ib. n.4.5 6. & 7.

OCCASIO.

Occaſio proxima peccandi mortaliter, irritat confeſſionem. Auth. t.1. de Sacram. d.5. q.5. ſect.2. p.3. n.4.

Occaſionem non deſerens, non eſt abſoluendus. Auth. ib. de magn. matrim. Sacram. q.4. p. 14. n. 11. & vt dicatur moralis occaſio proxima peccati, duo requiruntur. Primum, vt ex ſuo genere talis ſit, quæ ferè ſemper inducat homines ſimilis cõditionis ad tale peccatum, vel ſaltim per experientiam cognoſcatur ſolere hunc hominem ferè ſemper inducere ad tale peccatum, quoties hic homo vtitur tali occaſione, ſi verò non ſolet inducere ad peccatum, nõ dicitur occaſio proxima, etiam ſi fortè alias ſepius induxerit, vnde non cenſetur occaſio proxima, quando ea cautio adhibetur, vt res ita mutatæ ſint, vt ceſſet periculum peccati, vt benè ait Nauarr. cap. 3. num.15. Sanch in Summ. li. 1. cap.8. Secundum eſt, vt huiuſmodi occaſio ſit voluntaria, nam occaſio non eſt culpabilis, niſi ſit voluntaria. Suar. de pœnit. d.32. ſect.2 n.1 Auth. ib. n. eo.

OCCIDENS.

Occidens aliquem ad ſui defenſionem, vt excuſetur, aliquæ conditiones requiruntur. Prima eſt, vt fiat, quando vis ab altero iniuſtè infertur. Secunda, vt ſit in ipſo actu aggreſſionis. Tertia, vt inuaſus credat probabiliter ſe occidendum, vel mutilandum. Auth. t.1. de cenſur. d.7. q.4. p.7. n.1

Occidens inuaſorem, non tenetur ad reſtitutionem. Nauarr. lib.2. cap.3. num.62. immo nõ tenetur etiã ſi dederit cauſam inuaſionis, ſi occidit cum moderamine Nauarr. cap.15. n.7 Auth. t.2. de reſtit. d.2. q.vlt. ſect.2 p.1. n.5.

Occidens ſe ipſum peccat contra charitatem, & contra iuſtitiam. Auth. t.2. de reſt. d.2. q.vlt. ſect.1. p.5. n.1.

Occidens conſentientem, non tenetur ad reſtitutionem. Auth. ib. d.1. q.2. p.5. n.2.

Occidens ſe ipſum, vt tranſeat ad vitam æternam, vel effugiat aliquod malum, vel peccatum; peccat mortaliter. Regin. l. to.2. lib.12. cap. 4. num. 43. Auth ib. d.2. q.vlt. ſect.1. p.5. n.11. & 12.

Occidens amentem, furioſum, vel ebrium inuadentem, modo aliter non poſſit ſubterfugere, non peccat. Leſſ. lib.2. c. 9. dub. 8. num. 42. immo licitũ eſt occidere miniſtros iuſtitiæ cum moderamine inculpatæ tutelæ. Silu. loc. cit. nu.7. auth. ib p.8. n.5. & 7.

Occidens eum, qui falſis teſtibus vitam occidentis erat oppugnaturus; peccat. Auth. ib. p. 9. num.7. at ſecus occidens inuaſorem facultatum, quando aliter ſaluari non poſſunt. Nauarr. cap.15. num.2. Auth. ib. p.10. num.1 vel furem, dum fugit, ſi de morte præmonitus recuſat rẽ furatam dimittere Nauarr. num.409. Auth. ib. n. 4. ſicut non peccat occidens illum, qui honori ignominiam infert, ſi aliter ignominia euitari non poteſt. Auth. ib. num. 5. vel eum, qui fuſtè, vel alapa, tunc percuſſit. Nauarr. d. cap. 15. num.3. Auth ib. num.6. vel eum, qui afficit contumelijs atrocibus per verba, ſiuè per ſigna, quando honor alia ratione defendi nõ poteſt. Rodriq. cap.136. num.12. Auth. ib. num.7. vel pro defenſione ſuæ pudicitiæ, occidens inuaſorem. Nauar. num.5. auth. ib. num. 12. & in ijs caſibus in quibus poſſumus aliquem occidere pro defenſione vitæ noſtræ, & bonorum; poſſumus, & inuaſorem bonorum, & vitæ proximi. Clar. §. homicidium verſ. præterea. auth. ib. p.11. n. 1. & 2.

Occidens publica authoritate malefactores [illegible]

propria occidens bannitos. ad nihil tenetur. S. Thom. 2. 2. q. 64. auth. ib. d. 2. q. vlt. ſect. 1. p. 2. n. 1.

Occidens clericus bannitũ peccat. contr. me in prax. cler. deciſ. 437. auth. ib. num. 4 nec licet filio occidere patrem bannitum. contr. Bartolum, Gomez, & alios, apud Iul. Clar. §. Homicidiũ, verſ. ſed hic quæram. auth. ib. p. 6.

ODIVM.

Odium proximi eſt mortale peccatum, charitati oppoſitum S. Thom. 2. 2. q. 34. art. 2. Nec excuſat à mortali, paruitas materiæ; reſpectu odij in Deũ, & non ſunt idem odium, ira & indignatio, nam odium cõtingit, dum quis alterum odio proſequitur, Indignatio, dum quis dolet, quod videat bona indignis conferri, & hæc eſt peccatum veniale, præciſa alia circunſtantia, vt patet à ſimili de ira, quæ regulatur, vt ſit mortale, iuxta pſalmum 4. Iraſcimini, & nolite peccare. Tolet. lib. de ſeptem peccat. cap. 65. num. 6. auth. t. 2. de legib. d. 3. q. 4. p. vlt. §. 1. num. 1. 3 & 8.

Odij ſpecies eſt aperienda confeſſori, an fuerit in Deum, aut in proximum. Auth. ib. num. 10.

OFFICIVM DIVINVM.

Vide ſupra verb. horæ canonicæ

OPERA.

Opera noſtra, alia ſunt corporis & alia animæ, animæ ſunt legere, ſcribere, docere, diſputari, concionari, conſulere, &c. Nauarr. cap. 13. nu. 11. & hæc poſſunt licitè die feſto fieri. Nau. n. 12. corporis verò, alia ſunt opera ſeruilia, alia non ſeruilia. auth. t. 2. de legib. d. 5. q. vnic. p. 2. n. 5.

Opera corporalia, quæ propriè ſeruilia ſunt, prohibentur in die feſto; cuiuſmodi ſũt, fodere terram, putare vitam, &c. alia ſunt non propriè ſeruilia, ſed ſunt communia dominis, & ſeruis, nobilibus, & ignobilibus, & licitè fieri poſſunt in feſtis, vt iter facere; dominum curru aſſociare, neceſſaria pro vſu itineris ferre venari ludere, ſcribere, gladiari, &c. auth. ib. nu. 23. 24. & 25.

Opera humana ſunt triplicia, primo, mortua priuatiuè, quia carent vita gratiæ, vt ſũt eleemoſina, ieiunium, & alia pia opera, facta à peccatore. Secundo, dicuntur mortua effectiuè, ſeu mortifera, quia mortem inferunt ſpiritualem, vel ad illam diſponunt, & hæc ſũt peccata mortalia. Tertio, dicuntur mortificata, & hęc ſũt bona opera facta à peccatore, antequam laberetur auth.

 ib.

ib.t.*1*. de Sacram.d.*5*.q.*6*.ſect. 4.p.1.n.1.

Opera mortua priuatiuè, non reuiuiſcunt, nec fiunt meritoria per ſubſequentem pœnitentiam.S.Tho.2.p.q. *89* art. *6*.auth ib.n.2.

OPINIO.

Opinio eſt aſſenſus vni parti, cum formidine alterius. auth. t.2.de legib.d.2.q.4.p.*6*.n.4.

Opinio probabilis eſt, quæ non leui fundamento nititur. Nauarr.cap.27.num.88. Sanch. in oper.mor.lib.*1*.cap.9.num. 7.& 10.auth.ib.p.9.num.*1*.& aliquando eſt tutior, quæ eſt minus probabilis, & aliquando eſt probabilior,quæ minus tuta eſt.auth.ib.nu. 3. & opinio probabilis,relicta probabiliore,poteſt aliquãdo ſequi, abſq; peccato, niſi immineat aliquod periculum. Clau.reg. lib.*1*.cap.*6*. auth. ib num.4. & *5*.

Opinio contraria communi, ob firmum fundamentum,poteſt aliquando ſequi. Silu. verb. opinio quæſ.2.Regin.tom.*13*. num. 93. & illa non dicitur communis, quæ ſimpliciter habet plures authores, qui ſequuntur eam,ad inſtar auiũ, & ouium, nulla diſcuſſione præmiſſa, ſed quæ habet authores claſſicos,qui rite(perpenſis vtriuſque partis rationibus) eam opinionẽ ſequuntur.Nauar.man.cap. 27.num. 289.Regin.loc.cit.n.*92*. auth. ib.n.*11*.& *12*.

Opinio æquè probabilis poterit à Iudice ſequi.Bann.2.2.q.*63*. art.4.ſed illa (relicta probabiliori in materia Sacramentorum) non poteſt eligi.auth.ib. num.*15*.& *18*.

Opinionem probabilem ſequẽs, poteſt abſolui.auth. ib.n.*9*.

ORATIO.

Oratio altera eſt mẽtalis,alia vocalis mẽtalis,quę mente cõcipitur,vocalis, quæ verbis.auth.t.1.de hor.canon.d. 1.q.1. p.*1*.n. 2.quæ oratio conuenit Chriſto, ſecundum humanã naturã, conſiderato.Tolet.c. *16*.item Angelis. Azor. q.9.& Sanctis.S. Tho. 2.2.q.83.art. *11*.& etiam animabus in purgatorio exiſtentibus. Suar.ca. *11*.num.17.non tamen demonibus. Valent. tom.3.diſp.*6*. q.2.p.7.auth.ib.q.2.p. *1*.num. 2.& ſeq.Requirit attentionẽ. auth.ib.q.3.p.*2*.§.2.num.1.& facta in peccato, non eſt meritoria.Auth.ib.q. 4.p.11.nu. 3.nec prodeſt beatis.Suar.to. 2.de relig.lib.1.cap.*14*.num.4 auth.ib.p.2.n.4.nec dannatis. auth.ib.n.7.

ORDO.

Ordo eſt Sacramẽtum, quo ſpecialis poteſtas traditur ad cõficiendum corpus, & ſanguinem Chriſti; & ordines ſunt ſep-

ſeptem, ſcilicet, oſtiariatus, lectoratus, exorciſtatus, Acolitatus, Subdiaconatus, Diaconatus, & Presbyteratus. C. Trid. ſeſſ. 23. cap. 2. vnde Epiſcopatus, Archiepiſcopatus, & Papatus, non eſt ordo. Sayr. de Sacram. in gener. lib. 1. cap. 2. q. 3. art. 5. verſ. de conſecratione, Comitol. in reſponſ. moral. par. 1. q. 48. n. 11. cōtr. Valent. t. 4. d. 6. q. 1. p. 4. Martin Fornar. ca. 1. de ord. auth. tom. 1. de Sacram. d. 8. q. vnic. p. 1. n. 1. 3. & 5.

Ordinis materia remota, eſt res illa, quæ traditur ſuſcipienti ordines. proxima verò eſt traditio materiæ remotæ. auth. ib. p. 3. nu. 1. vbi infert ad materiam Sacerdotij, & aliorum ordinum.

Ordinis miniſter ordinarius; eſt proprius Epiſcopus. C. Trid. ſeſſ. 23. cap 4. & 7. auth. ib. p. 4. n. 1.

Ordinis forma, ſunt verba, quæ ab Epiſcopo proferuntur imperatiuo modo, cum expreſſione poteſtatis, quæ confertur. Bellarm. de Sacram. lib. 1. cap. 18. Auth. ib. p. 3. num. 12.

Ordo non poteſt conferri ab Epiſcopo, nondum Sacerdote. Silu. verb. ordo. nu. 1. auth. ib. p. 4. n. 5.

Ordo cōfertur ab Epiſcopo, ſuo familiari. C. Trid. ſeſſ. 23. cap. 9 Zerol. in prax. verb. ordo. verſ. 5. Auth. ib. num. 15.

Ordo non poteſt licitè conferri, nondum confirmato, ſed collatus valet. Suar. diſp. 38. ſect. 2. Nauarr. cap. 26. num. 9. Auth. ib. p. 5. n. 9.

Ordinatus ſine legitima ætate, eſt ſuſpenſus donec abſoluatur, ex bulla Pij II. relata per Quarant. in Summ. Bull. verb. ordo, in princ. cap. nullus de tempor. ordin. in 6. niſi in bona fide parentum ordinatus fuerit; & ſine titulo ordinatus ad ſubdiaconatum, adhuc eſt ſuſpenſus. Nauarr. cap. 27. nu. 158. & quantitas patrimonij, vel beneficij ad cuius titulum quis ordinatur, remittitur arbitrio ordinarij. S. Cong. apud Farin. cap. 8. num. 10. auth. ib. n. 13. 17. & 28.

Ordinatus ab alieno Epiſcopo eſt ſuſpenſus, & inhabilis ad exequutionem ordinis. cap illud, il primo, & c. ſi quis auſus, il 3. diſt. 71. C. Trid. ſeſſ. 23. ca. 8. de reform. Auth ib. p 4. nu. 25.

Ordinem recipiens per ſaltum incurrit ſuſpenſionem. C. T. ſeſſ. 23. cap. 4. Suar. d. 31. num. 44. ſect. 1. Auth. ib. de cenſur. d. 7. q. 3. p. 4. num. 5. nō autem irregularis. Ang. verb. irregularitas, il prim. niſi poſt ordinem ſuſceptum miniſtraret. Auth. ib. n. eo.

Ordinem recipiens extra ſtatuta

ta tempora,eſt ſuſpenſus,iuxta extrauag.Pij II. incip. cum ex Sacrorum. Nauarr.cap.27. num.141. Sed non eſt ſuſpenſus non ſeruatis interſtitijs,& recipiens ordinem minorem, cum ſubdiaconato eodē die, vel duos ordines maiores,eſt ſuſpenſus à ſubdiaconato, vel ab ordine poſteriori.Nauarr. num.71.Auth.ib.de cenſur.d. 3.p.5.§.1.n.2.3.& 4. & d. 7 q. 3.p.4.n.3.

Ordinem furtiuè recipiens,incurrit ſuſpenſionem, ſeù potius irregularitatem. Henriq. lib. 14.cap.6.num.5. Suar.tom.5. d.44.ſect.3.num.5. Auth.ib.n. 6. & is dicitur furtiuè recipere ordinem,qui inſcio Epiſcopo,non vocatus, vel non approbatus accedit ad ordines. auth.ib.

Ordinem ſacrum recipiens coniugatus, eſt irregularis.extrauag. antiquæ concertationi. Auth.ib.n.9.

Ordinem recipiens ab Epiſcopo, qui renunciauit Epiſcopatui, eſt irregularis; vel ſuſpenſus. cap.1.de ordin.ab Epiſc. &c. Sayr.lib.7.c.10.n.27. auth.ib. n.10.

Ordinem Sacrum exercens clericus,quem non habet, fit irregularis modo ſcienter,& ex officio miniſtret. Nauar.num. 242.Sayr.ca.10.num.1. auth. ib.d.7.q.3.p.6.num. 1. Dummodo etiam ſollenniter,non priuatè miniſtret,& ſic cantās Epiſtolam,ſine manipulo , vel Euangelium ſine ſtola, non efficitur irregularis, etiam ſi intendat miniſtrare ex officio & feriò, quia non dicitur miniſtrare ſollenniter. Auth. ib. num.2.& not. quod clericus cantans epiſtolam cum manipulo non intendens canere ex officio,ſed ſolum ſupplere defectum ſubdiaconi, non fit irregularis. Auth ib.n.eo.

Ordinis iteratio, non inducit irregularitatem. Vgol.cap.35. num.4.Sayr.cap.8.n.28.auth. ib.d.7.q.3.p.3.n.8.

Ordines ſuſcipiens,& dans,cum pretio,ſimoniaci ſunt, & ſunt ſuſpenſi.auth.ib.de tract. var. q.4.§.3.n.1.

P

PAPA.

Papa poteſt ferre leges Eccleſiaſticas in toto orbe Valēt.d.7.q.1.p.2.Azor. 1.p.lib.5.cap.6. auth.ib. t.2.de legib.d.1.q.1.p.3. num. 5.quam poteſtatem immediatè accepit à Chriſto.Molin.de iuſt.tract.2.d.21. Auth. ib.nu. eo.verſ.ſed modo.

Papa mortuis omnibus cardinalibus,vno excepto,ab eo ſolo poteſt eligi.Auth.ib. num.12.

Papa tenetur ſemel in anno confiteri non tamen vi coactiua, ſed directiua. Azor. cap. 40. quæſ. 1. Clau. reg. lib. 3. cap. 4. num. 14. Auth. t. 1. de Sacram. d. 5. q. 5. ſect. 2. p. 4. n. 4.

Papa nihil poteſt exigere in ſui, vel alterius fauorem, in collationibus beneficij, ratione tituli, ſeù, vt eſt iuris ſpiritualis. Auth. ib. t. 1. de tract. var. q. 4. § 11. n. 13.

Papa poteſt incurrere labem ſimoniæ, iure naturali diuino prohibitam. Clar. li. 1. § ſimonia. num. 5. Auth. ib. q. 5. n. 2.

Papa alienans bona Eccleſiæ, nō ligatur pœnis, vel cenſuris. auth. ib. d. 2. q. vnic. p. 5. num. 8. Beneuerum ſi alienaret, cum danno Eccleſiæ, ſine iuſta cauſa, peccaret contra iuſtitiam. Gonzal. ad reg. 8. in proem. §. 1. num. 33. Auth. ib. §. 2. num. 1 & peccat contra iuramētum, alienando, ſeu infeudando dominia Sedis Apoſtolicæ, niſi ſibi prius iuramentum relaxet. Theſaur. for. p. 1. cap. 15. num. 11. & ſeq. Auth ib. §. 1. num. 1 immò peccat contra iuſtitiam alienans bona vnius Eccleſiæ in aliam Eccleſiam, ſine cauſa. Auth. ib. §. 2 n. 9.

Papa poteſt in aliquibus de Iure naturæ, vel diuino, non autem in omnibus diſpenſare. Azor. lib 6. cap 1. quæſit. 5. in ijs videlicet, in quibus admiſcetur aliquid obligationis humanę. Auth. t. 1. de legib. d. 1. q. 1. p. 2 n. 12.

Papa non poteſt ſine cauſa concedere licentiam tranſeundi ad laxiorem religionem. auth. t. 2. de clauſ. q. 2. p. 9. §. 3. difficul. 1. n. 14.

PAROCHVS.

Parochus tenetur aliquando celebrare in hebdomada, præter dies feſtos, niſi aliud onus habeat in Parochia. Nauar. man. cap. 23. num. 34. Auth. ib. t. 1. de Sacram. d. 4. q. vlt. p. 7. n. 4.

Parochus vagorū, eſt Parochus illius loci, in quo reperiuntur. Vaſq. q 96. ar. 1. dub. 1. num. 4 & habentium duo domicilia, in quibus æquè habitant, eſt vterq; Parochus. Nauar. cap. placuit. 71. Henriq. lib. 6. cap. 7. n. 2. auth. ib d. 5. q. 7. p. 2. n. 2. & 4.

Parochus, etiam approbatus ad tempus, non eget approbatione ad confeſſionem. Coninch. d. 8. de pœn. dub. 7. Auth. ib. p. 4. n. 10.

Parochus, non tenetur officium in choro ſingulis diebus, vel feſtis per ſoluere. auth. ib. t. 1. de hor. canon. d. 1. q. 3. p. 5. n. 12.

Parochus nolens matrimonio aſſiſtere, abſque pęcunia, eſt ſimoniacus. auth. ib. de tract. var. d. 1. q. 4. §. 16 n. 7.

Parochus exiſtens parum extra fines

fines Parochiæ, non dicitur reſidere, ſi à Parochiæ finibus adeo diſtet, vt facilis ad ipſum aditus, Parochianis non pateat. Beiam. 4. par. caſu 21. ſub fin. verſ. & ſi dubites. auth. ib. d. 5. p. 1. n. 2.

Parochus non dicitur reſidere ſi exiſtens in parochia, nõ exercetur munus Parochiale. Leſſ. lib. 2. cap. 34. dub. 29. uu. 150. auth. ib. num. 2. p 2. nec ſatiſfacit per alium exercens curã animarum regulariter loquẽdo. Couarr. 3. var. cap. 13. n. 8. Auth. ib. num. 3. licet poſſit vti aliquando opera alterius Sacerdotis in cura animarum adminiſtranda. auth. ib. num. 4 & abſens per bimeſtre in anno à ſua Parochia, nõ peccat, ſi abſit ex legitima cauſa, & ſine ouium dãno, relicto coadiutore. Nauarr. cap. 25. num. 121. Barboſ. alleg. 43. num. 96 Auth. ib. p. 3. num. 6. Sed ſi nũquam reſideret, grauiter peccaret. Conc. Trid. ſeſſ. 24. cap. 12. Auth. ib. p. 4. num. 1. abſens tamen tenetur ad reſtitutionem fructuum correſpondentium tempori, quod bimeſtre excedit, ſi vltra bimeſtre abſit Auth. ib. num. 8. & poteſt abeſſe per bimeſtre, abſque licentia Epiſcopi. Nauarr. cap. 25. num. 121. Auth. ib. n. 9. Item abeſſe poteſt Parochus, cum licentia Epiſcopi, ob inimicitias graues, alio in ſui locum ſubſtituto. S. Congr. Card. vt per Zerol. in prax. verb. priuatio. §. 4 dub. 1. auth. ib. p. 5. n. 2 vel ob peſtem, vel morbum, etiam nõ perpetuum, alio tamen idoneo (ſui loco) relicto Zerol. verb. reſidentia verſ. 7. & 9. auth. ib. n. 3.

Parochus non peccat, non concionando corã populo, quando ſunt alij concionatores apti, & idonei. auth. t. 2. de legib. d. 5. q. vnic. p. 2. n. 29.

Parochus fieri poteſt religioſus, abſque diſpenſatione. Sanch. in Summ. cap. 7. num. 21. auth. ib. de clauſ. q. 2. p. 9. §. 2. n. 9.

Parochus peccat denegãdo Sacramẽta auth. t. 1. de Sacram. d. 5. q. 7. p. 4. n. 23.

PARTICIPANS.

Participans dicitur is, qui cooperatur, in danno alteri inferendo, vel in conſumenda re aliena furto ſubtracta, & dupliciter dicitur participare, vel in toto danno, vel in parte tantum, vel in re auferẽda, vel in re ablata, vel phiſicè, vel moraliter, Phiſicè, qui poſitiue adiuuat, moraliter, qui ſuo conſilio, vel mandato, vel conſenſu, vel laude, vel recurſu, cooperatur ad dannum. auth. t. 2. de reſtit. d. 1. q. 2. p. 10. n. 1.

Participans in opere intrinſecè malo,

malo, contra iuſtitiam, peccat,& tenetur ad reſtitutionẽ danni ſequuti.auth.ib. num.3. & participãs phiſicè, vel moraliter in toto danno tenetur inſolidum ad reſtitutionem totius, in partè verò participans, tenetur pro ſua parte. Clau. reg.lib.10.tract.2.cap. 12.num.2.auth.ib.n.10.

PASCHA.

Paſchatis nomine,pro præcepto annue communionis,non intelligitur ſolus dies ipſe ſollennitatis reſurrectionis, ſed tẽpus incipiens à die cænæ Domini, vſque ad octauam Paſchæ.Henriq.cap.5.*Azor*. 1.p. lib.7.cap.41.quæſ.2. auth.t.1. de Sacram.d.4.q. 7. p.2.n.6.

Paſchatis tempore communicãs in cætu religioſorum, non ſatisfacit. Auth. ib.num.10.& omittens communionem dicto tempore non tenetur ex vi præcepti,qua primum communicare.Silu. verb. Euchariſtia.num.17.auth.ib.n.13.

PECCATVM.

Peccatum multos operatur effectus. Primus eſt macula.Secundus,reatus pœnæ,& Tertius diminutio naturalis inclinationis ad virtutẽ. Clau.reg. lib.2.cap.13. Auth. t.2.de legib.d.2.q.7.p.1.per tot.

Peccatum conſideratur primo per ſe formaliter, quatenus dicit culpã, & ſic non poteſt eſſe pœna alterius peccati. S. Thom.p.2.q.87.art.2.Secundo, ratione aliorum, quæ ex peccato conſequuntur, vt eſt infamia,afflictio, triſtitia, &c. Auth.ib.p.2.per tot.

Peccatum eſt dictum,vel factum vel concupitum cõtra legem æternã, vel eſt auerſio à Deo, &cõuerſio ad creaturas.auth. ib.d.2.q.2.p.1. nu.5. & datur peccatum mortale,& veniale Auth.ib.num.eo. vide infra; quid ſit peccatũ veniale,&auth.ponit alias definitiones.ib.

Peccatum confeſſum, nõ eſt neceſſariò explicandum in alia confeſſione. S.Tho.in 4. diſt. 18.q.3.art.3.Nauarr.cap.placuit.de pęnit.diſt.6.num.107. *Auth*.t.1.de Sacram. d.5 q.4. p.4.n.2.

Peccatum eſt manifeſtandum, quo ad ſpecies morales. S. C. Trid.ſeſſ.14icap.5. & 7. auth. ib.d.5.q.5.ſect.2.p.2. §. 3. diffícul.1.n.2.

Peccatum veniale,an exprimendum ſit in confeſſione. vide ſup.verb.confeſſio.

Peccatum originale, aut cõmiſſum ante baptiſmum, non eſt materia pœnitentiæ. Henriq. lib.4.cap.9.num.1.& 2.& veniale eſt materia pęnitentiæ, non tamen peccatum dubiũ. Suar. diſp. 18.ſect.1.num.12.

Sanch.in Summ.lib.1.cap.10. num.70. Auth.ib.q.3.p.1.n.4. 6. & 9. vbi prudens confeſſarius debet abſolutionem impendere ſub conditione; & dubitans ſe peccatum mortale commiſiſſe, tenetur illud confiteri. Reginald.lib.2.num.9. & lib.29.cap.6.num.99.auth. ib.num.eo.verſ. hoc tamen. Nauarr.cap.9.num. 14. & peccatum certum, alias ſub dubio manifeſtatum, pro certo eſt exprimendum in alia confeſſione.auth.ib.q.5. ſect.2.p. 2.§.3.difficul. 4. num. 1.& 5. & peccatum oblitum, eſt manifeſtandum in alia confeſſione. Auth.ib.§.4.num.3.& peccatum dubium pro certo manifeſtatum, aperiendum eſt in alia confeſſione.Auth.ib. p.3. num.7.verſ.obijcies ſecundo.

Peccatum contra naturam, eſt actus luxuriæ cōtra ordinem, quem natura, etiam in brutis requirit, & eſt actus contra ordinem, quem natura illius actus poſtulat, vt ſequi poſſit generatio; & hoc primo contingit, quando ſemen emicitur, & quæritur voluptas carnalis, abſque coniunctione naturali per ſui corruptionē, & dicitur mollities. Secundo, quando non ſeruatur ſexus, vt quando maſculus copulatur cum maſculo, & fœmina, cum fœmina, & dicitur Sodomia, vel quando non ſeruatur debitum vas. Tertio, quando non adhibetur perſona debita, eiuſdem generis, vel ſpeciei vt quando quis copulatur cū beſtia, vel dæmone. Quarto, quando coniunctio eſt naturalis, & in vaſe naturale, cum perſona eiuſdem generis, ſed cuniunctio ſit modo indebito vt quando maſculus congreditur cum fœmina in vaſe naturali, ſed prępoſterè, retrò accedendo. Auth. ib.tom.1.de Magn.matr.Sacram.q.4.p.10 n.1.

Peccatum requiritur ad incurrendam cenſuram, vide ſupra verb.cenſura, & verb.excommunicatio.

Peccatum internum poteſt reſeruari ab Eccleſia. Auth.ib. de cenſur.d.1.q.1.p.3.n.4.in fin.

Peccatum mortale non excuſatur ob ignorantiam in materia luxuriæ.Nauarr.cap. 16.n. 1.auth. ib. de legib. d. 8. q. vnica.p.vnic.n. 7.

Peccatum ommiſſionis differt à peccato commiſſionis ſpecie, ſi materialiter conſideretur, nam peccatum omiſſionis cōſiſtit in priuatione, non ſolum debitæ rectitudinis, verum etiam ſubſtantiæ actus; commiſſionis verò tantum in priuatione rectitudinis debitæ actui; differt etiam formaliter

&

& ſecũdum inordinationem, & malitiam, quia peccata diſtinguuntur ſpecie per ordinem ad diuerſas perfectiones, quibus priuant, ſed peccata commiſſionis,& ommiſſionis priuant perfectionibus diuerſis, habentque ſpecialem oppoſitionem, cum recta ratione; peccatum cõmiſſionis cæteris paribus, eſt grauius peccato omiſſionis, & illud omiſſionis incurritur, eo ſolum tempore, quo implendum eſt præceptum. Sanch.oper.mor. lib.1.cap.1.num.9. Auth. t.2. de legib.d.2.q.4.p.4.num.1.2. & 4.

Peccatum habituale eſt macula, relicta à peccato actuali.auth. ib.d.2.q.2,p.2.n.1.

Peccatum mortale actuale requirit plenam, & perfectam cogitationem, ſeù expreſſam aduertentiam malitiæ, vel periculi malitiam,vel expreſſam aliquã dubitationẽ, ſeu ſempulũ peccati. Auth.ib.p.3.n.3.& ſemper committitur cum aliqua inconſideratione. Azor.1 p.lib.4.ca.23.quæſ. 5. auth.ib. num.4.non tamen committit duplex peccatum, qui malitiã vnicam aduertit in peccato duplicem habente malitiam. Sanch.in Summ.lib. 1.cap.16. num.2. Auth.ib.nu.9. nec ſufficit, vt aliquis potuerit, vel debuerit ſimpliciter conſiderare malitiam. Vgol.de cenſ. tab.1.cap.9.§.8.num.6. auth. ib.num.12. nec committitur ſine conſenſu. Auth.ib.num. 15. nec mortale committit, qui leuem negligẽtiam admittit in repellendis tentationibus. Auth.ib.num.17.& in dubio, an conſenſus fuerit præſtitus; diſtinguas. Primo,ſi homo aduertens ad peccatum, ita ſe cognoſcit affectum, vt quamuis illud poſſet facilè cõmittere,non committeret, & in hoc caſu, vt plurimum eſt iudicandum defuiſſe conſenſum. Sanch. oper. mor.lib.7. cap.1.num.17. Secundo ſi dubitans, ſit vir bonæ conſcientiæ,& etiam eſt iudicandum defuiſſe conſenſum.Sanch.nu. 17.Tertio,ſi dubitans neſciat, an aliquid fecerit,vel voluerit in ſomno, an in vigilia, vel ebrietate, & erit iudicandum defuiſſe aduertentiam. idem Sanch.lib.1.cap.1.n. 20. auth. ib.p 3.n.19.

Peccatum veniale eſt leue erratum,& facilè veniam meretur & reddit homines puniendos ſolum pęna temporali.Sanch. d.cap.1.num.1. Auth.ib.d.2. q 3.p.2.num.1. & triplex eſt eius genus; primum ex ſuo genere,quia ex ſua natura, & ex obiecto, circa quod verſatur, eſt peccatum leue, quale peccatum eſt verbum otioſum,

Secundum,ex imperfectione actus, ſeu indeliberationis, & inaduertentiæ. Tertiũ,ex paruitate materiæ.Auth.ib.p.3.n. 1.& ſeq.

Peccatum veniale cognoſcitur ex ſuo genere, à mortali ex ſuo genere. Primo, ex modo loquẽdi ſcripturæ in qua peccatum prohibetur. Secundo, ex communi Doctorum conſenſu, & traditione Eccleſiæ. Tertio,ex grauitate materiæ. Quarto,ex intentione legislatoris. Quinto,ex oppoſitione ad charitatem.auth.ib.t. 2.de legib.d.2.q.3.p.3.n.5.

Peccatum ex ſuo genere mortale poteſt ex accidenti fieri veniale;Primo,ex imperfectione actus. Secundo, ratione paruitatis materiæ; & Tertio ratione ignorantiæ.Auth.ib.d.2 q.3.p.5.nu. 1. & ex multis capitibus veniale, poteſt fieri mortale. Primo, ex ratione mortalis finis adiuncti S.Tho. 1.2.q.88.art.2.& 4. Secundo, ratione plenę aduertentiæ.auth.ib.num.5.Tertio,eſt ratione ſpecialis inobedientię.Couarr.reg.peccatum.p.2.§.7.n. 6.Quarto,ratione proximi,& moralis periculi, incidendi in peccatum mortale. Sanch.ca. 5.num.4.Auth.ib.n.17. Quinto, ratione conſcientiæ erroneæ.Nauarr.man.prælud. 9.n. 9.Clau.reg.lib.2.cap.13. num. 14 auth.ib.num.18. Sexto,ratione ſcandali.Nauarr loc. ci. nu.18.&Septimo,per additionem materiæ. Sanch.loc.cit. num.3.& Auth.ib.num.19.& 20.

Peccatum veniale differt à mortali. Primo, ratione effectus, quia mortale priuat gratia, & charitate, mortemque animæ ſpiritualem affert. Secundo, differt ſpecie, ſi fiat comparatio inter veniale ex genere,& mortale ex genere.S.Tho.12. q.88.art.2.Auth.ib.d.2.q.3.p. 4.n.1.& 2.ſect.1.to.1.

Peccatum originale appellatur, quia ab ipſo,reliqua peccata, originem aliqua ratione trahunt.Auth ib.d.2.q.1.p. 1.nu. 1. & poteſt reperiri cum ſolo veniali.Vaſq d.149.cap.2.Auth.ib.num.3. & dicitur conſiſtere in priuatione iuſtitiæ originalis,ideſt gratiæ ſantificantis.Auth.ib.p.2.num. 5.& traducitur ab Adamo, quatenus vnio corporis, cum anima rationali efficitur ab homine generante.Auth.ib.p.3. num. 11.

Peccatum cõtra temperantiam committitur. Primo,quando finis vltimus in cibis cõſtituitur.Secundo, quãdo quis carnibus humanis,extra neceſsitatem,veſcitur. Tertio, quãdo ita cibis veſcitur, vt inde ſibi graue nocumentum præuideat

uideat euenćturum. Quarto, quando quis per intemperantiam dat cauſam ebrietati illicitè. Auth. ib. de legib. d. vlt. q. 1. *1*. p. 1. n. & ſeq.

Peccatum omne, eſt malũ, quia prohibitum eſt aliqua lege, ſiuè de peccatis loquamur cõtra legem humanam, ſiue cõtra diuinam. Vaſq. p. 2. d. 77. c. 1. num. 2. Auth. ib. d. 2. q. 2. p. *1* num. 2.

POENA.

Pęna duplex eſt, vna danni, & eſt pęna præcipua, conſiſtitque in priuatione viſionis Dei, altera ſenſus, quatenus igne torquentur animæ. Auth. to. *1*. de Sacram. d. *6*. q. 1. p. *6*. n. 2.

Pęna tota peccatis debita tollitur per baptiſmum. S. Thom. q. *69*. ar. 2. Auth. ib. de ſacram. q. 2. p. 7. nu. 5. non tamen per Euchariſtiam. Sot. *4*. ſent. diſt. *1*1. q. 2. art. 1. Auth. ib. d. 4. q. *4*. p. 1. num. 9. ſed per pęnitentiã tollitur pęna æterna. Zerol. de pęnit. cap. 2. q. 16. Auth. ib. d. *5* q. *6*. ſect. *1*. p. 4. num. 1. nec pęna tẽporalis tota remićtitur remiſso peccato. C. T. ſeſſ. *6*. c. *14*. auth. ib. n. 2.

Pęna maior debetur peccanti poſt remiſsionem peccatorũ ratione ingratitudinis; non reditionis prioris peccati. Auth. ib. d. *5*. q. *6*. ſect. 3. p. 3. num. 1. & pęna ſemel remiſſa, non reddit per ſubſequens peccatum. Auth. ib. n. eo.

Pęna temporalis remićtitur per indulgentias, ablata prius culpa. Regin. lib. *7*. nu. *139*. auth. ib. de Sacram. d. *6*. q. *1*. p. 1. n. 2 & vide ſupra verb. indulgentia.

POENITENTIA.

Pęnitentia ſpecialis eſt virtus ſupernaturalis inclinans hominem ad ſatisfaciẽdum pro iniuria, & offenſa illi facta, & ad conſeruandũ Ius diuinum illeſum. Suar. de pęnit. d. 2. ſect. *3*. auth. loc. cit. p. 1. n. 1.

Pęnitentia in genere eſt ſimpliciter neceſſaria. S. Thom. q. *64* art. *6*. auth. t. 1. de Sacram. d. 5. q. *1*. p. 2. num. 1. pęnitentia verè in ſpecie eſt neceſſaria ad iuſtificationem, non quidem explicitè, ſed implicitè, etiam æquiualenter. Henriq. lib. *4*. c. 11. num. 2. auth. ib. num. 2. quæ pęnitentia fuit à Chriſto inſtituta. C. Trid ſeſſ. 7. can. 1. & 14. cap. *1*. auth. ib. p. 4. n. 1.

POENITENTIARIVS.

Pęnitentiarius Iure nouo, percipit diſtributiones quotidianas; dum diuinorum tempore, in Eccleſia confitentes audit. S. C. Trid. ſeſſ. *24*. cap. 8. ſecus verò ſi confabuletur, aut priuatim

uatim recitet, aut domi confeſsiones audiat. Garz. de benefic.p.5.cap.4.num. 114. referens declarationem.S.Congreg.Auth.num.2.ſed tempore litaniarum, aut proceſsionum confeſsiones audiendo percipit diſtributiones quotidianas, idem Garz. num. 125. auth.t.1.de hor. canon.d.2.q. 5.p.3.§.5.per tot.

PENSIO.

Penſio eſt duplex, quæ ex bonis Eccleſiaſticis percipi poteſt; alia eſt ſpiritualis, ſiue clericalis, alia eſt tẽporalis, ſiue laicalis. auth. to. 1.de tract. va .q. 4.§.13.in præmiſſo.

Penſio temporalis laicalis eſt illa, quæ laicis tribuitur, ſeu quę ob cauſam merè temporalẽ, & humanam confertur, vt eſt penſio, quæ cauſa belli, vel Eccleſiæ defendendæ, datur; ſpiritualis vero eſt illa, quæ non traditur ſolum ob titulum tẽporale; vt eſt penſio, quæ clericis ſolum traditur, & clericatum ſupponit in recipiente penſionem. Auth.ib.num. 1. & 2.

Penſio temporalis, non eſt materia ſimoniæ, ſaltem contra Ius diuinum.Sot.9.de iuſt.q.7. art.2.Suar.tom.1.de relig.lib. 4.cap.26.nu. 4. Clericalis verò eſt materia ſimoniæ, non ſolum contra Ius humanum, ſed contra Ius diuinũ. Nauar. cap.23.num.111 Tamen ſecundum bullam Pij V. incip. ex proximo; penſio eſt materia ſimoniæ, non ſolum cõtra Ius Canonicum, verum etiam contra diuinum.auth ib.n. 4.

Penſio imponi poteſt ex præuia petitione, & requiſitione partium, per Epiſcopum, modo partes non abſolutè prius inter ſe cõuenerint de huiuſmodi penſione, & poſtea illius confirmationem petant ab Epiſcopo. Auth ib.tom.1.de tract.var.q 4.§ 15.n.10.

Penſio in dubio non cenſetur ſuper diſtributionibus impoſita.Rot.Rom.deciſ.134.in nouis. auth. ib.de hor.canon.d. 2.q 2.p.1.num.7.&auth.ib.q. 6.p.3.n.2.

Penſio non cenſetur impoſita in illis diſtributionibus; quæ diſtribuuntur ab Epiſcop. ex fructibus beneficiorum iuxta Trid.C.& ſuper diſtributionibus tunc imponitur penſio, dum beneficium in illis tantũmodo conſiſtit, ſciente Papa, vel dum ſummus Pontifex ſe ſic velle declaret Rot. Rõ. coram tradino die 3. Ianuarij 1559 & eſt ſoluenda à percipiente diſtributiones, & à capitulo, dum illi diſtributiones ob Canonici abſẽtiam accreſcunt Rot.Rom.in vna Burgẽ penſionis 29. Auguſti 159.

auth.

Auth.ib.d.2.q.6.p.3.à. nu.4. vſq;ad 10.

Penſio inualidè confertur excõmunicatio. Henriq.lib.13. ca. 13.n. lit.N. Auth.t.1.de cenſur.d.2.q.2,p.4.§.1.nu,4.

Penſionarius religioſus acquirit bona Monaſterio ex motu Greg.XIII.Eman.ſa verb.religio nu.27.Auth.t.2. de clauſ. q.2.p.9.§.4 difficul.2. nu.18.

Penſionarius, vt Clericus penſionem percipiens, non tenetur recitare officium B.Virginis ſi recitat diuinum.Garz.de benefic.3.p.c.1. n.119. Auth. t.1.de hor.canon.d.1.q.2.p.4. num.10.& qui in partem tantummodo ceſſit, nõ eximitur ab obligatione officj Azor.2. p.lib.8.ib.n.11.

Penſionarius tãtum titulo,abſq; perceptione penſionis,nõ tenetur recitare officium. Aug. verb.horæ nu.14. nec tenetur recitare ante expeditionẽ literarum,& omiĉtens officium poſt ſex menſes à die poſſeſſionis,tenetur ad reſtitutionẽ ſuar.c.30.num.23.Molſcſ.c.5. Auth.ib. p.5.n. 6.7. & 8.

Penſionarius,non poteſt penſionem transferre, accepto pretio,vel reſeruata fructuũ parte.Nauar.conſ.66.& 93. de ſim: Auth.ib. t.1. de tractat. var.q.4 §.13.n.5.

Penſionarius nõ põt pẽſionem, anticipatis ſolutionib. extinguere ꝓpria authoritate. ſuar. c.26.nu.14.hig.de penſ.c.5.n. 26.Auth.ib.nu.7. & ita extinguens,non eſt immunis à recitatione officij. Suar.num. 17. Auth.ib.nu.8.

Pẽſionarius liberè cedere poteſt penſioni priuata authoritate. Nauarr. conſ.6. de Simon.nu. 13.auth.ib.nu.12. poteſt vendere, & donare omnes fructus ſuæ penſionis ad totam vitam ſuam, etiam ſi ſibi titulum non retineat ib.n.13.

Penſionis fructus emens à penſionario,anticipata pecunia, non eſt ſimoniacus, etiam ſi conſtitutuatur procurator ad exigendam penſionem, ib.nu. 15.

PERCVSSIO.

Perçuſſio Clerici, tunc eſt ſufficiens ad incurrendum maiorem excommunicationem; quoties actio, & iniectio manus violente arbitrio prudẽtis viri (ſecluſa excommunicatione) eſſet ſufficiens ad peccatũ mortale.Molin. d.51. nu.8.Coninc.d.14.dub.15.nu. 168.Auth.t.1. de Cenſur. d.2. q.4.p.1.nu.19.

Percuſſio leuis dicitur regulariter, quę fit cum pugno, palma,manu,pede,digito,baculo vel lapide; quæ nullam maculam,vel ſigillationem carnium relinquit,vel quæ fit abſq; abſciſſione membri, sine ef-

fra-

fractione dentis, ſine euulſione multorũ capillorum, ſine effuſione multi ſanguinis; & poteſt abſolui ab Epiſcopo Nauarr.c.27.n.92. Sacr.lib.3. c.28.nu.8. Auth.ib.p.5.n.2.

Percuſſio mediocris dicitur illa, quæ media eſt inter leuem, & enormem,qualis eſt illa,qua dens extrahitur &c.Enormis dicitur illa, quæ coniuncta eſt cum graui leſione,vel iniuria, vt cum membri mutilatione, vel magna ſãguinis effuſione. ib.nu.eo.

Percuſſionem Clerici mandans, vel conſulens,incurrit excommunicationẽ,ſiuè expreſsè, ſiuè tacitè, C. quantè de ſent. excomm. Nauarr.c.27.n.51. Auth.ib.p 3.n.5. Sed idem nõ erit de non impediente percuſſionem Clerici, nam non incurrit excommunicationẽ Nauarr.nu. 78. Auth.ib.nu.5. ſecus verò ſi ratam quis habuerit percuſſionem Clerici ſuo nomine factam, & ſigno externo talem ratihabitionẽ oſtenderit, & fuerit facta tempore,quo ipſe poterat eam mandare; nam concurrẽtibus his conditionibus incurrit excommunicationem maiorem ib.nu.7.

Percutiens ſe ipſum Clericus grauiter, & ſeriò,incidit in maiorem excommunicationẽ. Nauarr.nu.78.Sair. nu.20. Auth. ib.de cenſur.d.2.q.4. p.2.n.4.

Percutiens Clericũ per aliquod tempus ſucceſſiuè, & ſine interruptione, incurrit vnam tãtum excommunicationem, ſecus ſi verberaret cum interruptione, nam tot cenſuras incurrit, quot ſunt verbera. Suar.diſp.5. ſect.7. Auth.ib.d. 1.q.1.p.5.nu.5.

Percutiens Clericum ad defenſionem: primo excuſatur ab excommunicatione ſi percuſſerit incontinenti, vim vi repellendo.c. ex tenore c. ſi verò,de ſent.excõm. Ang. verb. excommunicatio nu. 13. cum moderamine inculpate tutele, ad defendendum ſe ipſum, vel rem ſuam, vel proprium honorem; ſecundo excuſatur ratione ignorãtiæ probabilis, clericatus. Tertio,ratione ioci,& non odij, cap.1. de ſent. excomm. Quarto,ratione correctionis.cap. vniuerſitatis,& cap. cum voluntate de ſent. excomm. modo non fiat ex odio,vel ira. Ang. verb. excõmunicatio nu.8. Quinto, percutiens clericum coniugatum publicè exercentem officium cauponis, macellarij, &c. Clem.1.de vit. & honeſt clerie.Sexto,percutiens bigamũ cap.vnico de cleric.coniug.in 6.Auth.ib.de cenſur. d.2.q.4. p.4.per tot.& quando etiam, quis excuſetur,& quãdo non, vide

vide ſupra verb.clericum.

Percutiens clericum abſoluitur à Pontifice. cap. ſi quis ſuadẽte diabolo.17.q.7. vel à legato à latere. cap. ad eminentiã de ſent.excomm.& ab Epiſcopo,quando percuſſio eſt leuis. cap.peruenit de ſent. excom. non autem a cæteris prælatis. niſi ex priuilegio ipus competente. Molin.tom.4.tract.3. d.59.n.2.Auth.ib.d.2.q.4.p.5. num.1.

PERMVTATIO.

Permutatio rei ſpiritualis,cum alia ſpirituali præciſè licet, non tamẽ beneficiorum abſque authoritate ordinarij. ca. quæſitum. cap. olim de rer. permut. & is dicitur ordinarius,vbj eſt ſitum beneficium permutandum,ſed non poteſt fieri permutatio beneficij, cũ penſione coram ordinario. Auth. ib.t.1.de tractat.var.q. 4.5.12.num.1.3.7.8. & 9.

PIGNVS.

Pignus eſt contractus, quo res alicui traditur ad ſecuritatem crediti, & differt pignus ab hypotecha, nam pignus conſiſtit in re mobili, hipoteca in re immobili.Molin. diſp. 528. & vel eſt expreſſus,qui partiũ conuenctione celebratur, vel tacitus, qui implicitè inuoluitur in alio contractu ex Iuris diſpoſitione. Auth. ib.t.2.de reſtit.p.3.q.10.p.1.n.1.& 2.& p.2.n.1.

Pignus tradi poteſt de omnibus rebus, quæ vendi poſſunt ab habentibus illorum liberam adminiſtrationem. Eman. Sà verb.pignus.num.7. & poteſt alteri oppignorari. l. 1. & 2. C.ſi pignus.pign.dat.ſit. auth. ib.p.1.n.4.& 6.

Pignus non poteſt in ſuum vſum haberi à creditore,abſque debitoris conſenſu,expreſſo, vel tacito.Eman.Sà. loc.cit.num. 2.Auth.ib.n.6. & ſi ſit equus, eſt alendus expẽſis debitoris. idem Em.num.8.Auth. ib.nu. 8. & debitore non ſoluente in foro externo, non poteſt vendi, niſi poſt biennium, & admonito prius debitore, niſi à Iudicẽ obtineat facultatem, prius vendendi.l.ſi conuenerit ff. de pignor. in foro vero interno,poſt trinam monitionẽ poteſt expectato prius conuenienti tempore inter quam libet admonitionem. Eman. Sà num.4.Auth.ib.n. 9.

Pignus reddendum eſt domino exigenti,& aliud idoneum offerenti, in foro conſcientiæ, niſi recuſaret rationabili cauſa.Auth.ib.n.10.

Pignorari nequeunt bonaEccleſiæ. extrauag. ambitioſæ de reb.Eccleſ.non alien. vid.ſup. bona Eccleſiæ.

KK POL-

POLLVTIO.

Pollutio voluntaria eſt peccatũ mortale, ſecus vero ſi contra, vel præter voluntatem, ſequatur, nam non eſt peccatũ. Nauarr. ca. 16. num. 8. & tunc cenſetur ſufficienter volũtaria, quãdo prouenit ex aliqua cauſa non neceſſaria, vel vtili, vel honeſta, modo proueniat ex cauſa notabiliter influente in pollutionem, ſi verò proueniat ex cauſa remota, aut ex cauſa, quæ non influit notabiliter in pollutionem non dicetur voluntaria. Sanch. de matr. lib. 9. diſp. 45. & ideo, quando prouenit ex vi naturæ, vel aliqua cauſa habente alium effectum, nõ eſt peccatum. Nauar. num. 6. vel ex agitatione itineris. Sanch. num. 7. vel ex tactu licito, vt ex amplexu iuxta conſuetudinem Ciuitatis. Sanch. num. 8. vel ex cauſa venialiter luxurioſa, & leuiter influente in pollutionem. Henriq lib. 11. cap. 16. n. 6. Auth. t. 1. de Magn. matrim. Sacram. q. 4 p. 10. a. n. 3. vſque ad 9.

Pollutio procurari nequit ob ſanitatem. Eman. Sà verb. luxuria. num. 11. & cum delectatione perſonæ ſolutæ, vel coniugatæ, vel habentis votum, eſt diuerſæ ſpeciei, licet regulariter pollutiones ſunt eiuſdem ſpecie. Nauarr. num. 6. Auth. ib. num. 11. & 15.

Pollutio (ſub mortali) nõ eſt deſideranda, nec de ea ſequuta, habẽdum eſt gaudium, vel delectatio. Eman. Sà verb. luxuria num. 12. Caet. 2. 2. q. 154. art. 14. Auth. ib. n. 14.

Pollutionem ſæpius commictẽs, ex carnis fragilitate, põt abſolui. Henriq. lib. 4. cap. 24. nu. 4. Auth. ib. p. 14. n. 14.

Pollutionem prima vice cõmictens, non tenetur exprimere in confeſſione circumſtãtiam virginitatis amiſſæ. Nauarr. n. 2. Caet. loc. cit. Auth. ib. p. 17. n. 93.

Pollutionis peccatum commicti tur, ab eo, qui procurat magnam ſpirituum commotionẽ Sanch. lib. 9. diſp. 45. n. 2. auth. ib. p. 10. n. 13.

Pollutionem voluntariè paſſus, tenetur abſtinere ab Euchariſtia per aliquod tẽporis ſpatium, aut per diem, ſub veniali, niſi iuxta cauſa ſuadeat. S. Thom. q. 80. art. 3. Auth. ib. t. 1. de Sacram. d. 4. q. 6. p. 2. n. 3.

Pollutionem patiens, non plenè à ſomno excitatus, non peccat mortaliter. Caet. verb. delectatio num. 2. Auth. t. 2. de legib. d. 2. q. 2. p. 3. n. 11.

POLLVTIO ECCLESIAE.

Vide ſupra verb. Eccleſia, & pollutio fit per voluntarium ſeminis

minis humani in ea effuſionē, vel per iniurioſam, & publi â ſanguinis humani in ea aſperſionem, & ob cauſam datam ad eam aſperſionem, vel ad mortem. Item per benedictionem, vel conſecrationem Eccleſiæ factam ab Epiſcopo excommunicato publico, per ſepulturam excommunicati, pagani, vel infidelis, quando parietes Eccleſię conſecratæ (nō tantummodo benedictæ) deijciuntur, & maiori ex parte ſimul deſtruuntur. Auth. t.2. de Magn. matrim. Sacram. q.4. p. vlt. à num. 19. vſque ad fin.

POSSESSOR.

Poſſeſſor bonæ fidei, dicitur habens bonam fidem, quæ requirit ignorantiam inuincibilem, ſeu probabilem, & non ſufficit craſſa, vel affectata. Clau. reg. lib. 10. tract. 2. cap. 2. num. 2. Auth. t. 2. de reſtit. d. 1. q. 2. p. 1. n. 2.

Poſſeſſor bone fidei tenetur ad reſtitutionem, cognoſcens deinde, rem eſſe alienam. Auth. ib. num. 3. nec poteſt exigere à dño pretium rei, quod ſoluit in emptione ipſius rei. Sāch. in Summ. lib. 2. cap. 23. n. 2. Auth. ib. nu. 4. & quando rem conſumpſit, non tenetur, n ſi factus eſſet locupletior. Nauarr. cap. 17. num. 7. Auth. ib. num. 5. & dicitur factus locupletior ille, qui ceſſante bona fide, cognoſcit ſe occaſione rei alienæ, factum eſſe locupletem. Auth. ib. num. 6. Sed in dubio non eſt præſumendus factus locupletior. Sanch. loc. cit. num. 7. Auth. ib. nu. 7. Nec tenetur ad reſtitutionem rei alienæ, quæ apud ipſum perijt. Molin. tom. 1. diſput. 246. n. 4. auth. ib. num. 8 nec tenetur ad reſtitutionem, quando bona fide illam vendidit. Rebell. lib. 9. q. 16. num 9 auth. ib. num. 9. & idem ſi donaſſet, Sanch. nu. 9. auth. ib. num. 11. idemque ſi res alienam dono acceptam conſumpſit. auth. ib. nu. 12. Et dubitans rem eſſe alienam, tenetur adhibere diligentiam pro ſcienda veritate rei. Silu. verb. reſtitutio. nu. 3. auth. ib. p. 2. n. 2.

Poſſeſſor malę fidei tenetur ad reſtitutionem rei, quæ apud ſe perijt, & apud dominum contingenter peritura erat. Clau. reg. lib. 10. tract. 2. cap. 3. num. 15. Auth. ib. to. 2. de reſtit. d. 1. q. 3. p. 10. n. 2. & tenetur ad reparationem totius dāni, quod paſſus eſt dominus ex re ſua ablatā, ſiue dannum appelletur lucrum ceſsās, ſiuè dannum emergens. Auth. ib. p. 11. num. 1. & tenetur ad reſtitutionem iuxta valorem, & æſtimationem communem,

nõ aũt ſummæ, quã res habuit tempore acceptionis, vel detentionis, ſi dominus non ſit paſſus dannum. Nauarr. lib. 4. ca. 1. dub. 4 auth. ib. num. 2. & accipiens vitulum, qui creuit in bouem, tenetur reſtituere bou m, detractis expensis, & laboribus Clau. reg. lib. 10. tract. 2. ca. 3. num. 19. auth. ib. num. 6. & tenetur ad reſtitutionem totius pretij, quo rem alie iam vendidit, quam dominus non vendidiſſet, ſi augmẽtum pretij fundabatur in bonitate, & augmento intrinſeco, quo res melior effecta eſt, quod non creuit ex induſtria, vel expenſis malè poſſidentis dans exemplum de vitulo facto boue, ſecus ſi fundabatur in augmento extrinſeco; dans exemplum, quando triticum venditur tunc temporis, quo ad ſunt multi mercatores ad emendum, vel eo tẽpore, quo non adeſt magna tritici copia, & ſiue agatur de augmento intrinſeco, ſiuè extrinſeco tenetur ad illud pretium reſtituẽdum, quo dominus rem ſuam vendidiſſet, vel in quo fur cenſetur dannum domino intuliſſe. Clau. reg. lo. cit. num. 20. auth. ib. n. 7. & 8.

PRAECARIVM.

Præcarium eſt contractus, quo quis concedit aliquid alteri, cum poteſtate illud repetendi; quoties voluerit, & tres conditiones requirit, prima eſt, conſenſus dantis, & recipientis. Secunda traditio rei. Tertia, vt tradens poſſit repetere illud quoties voluerit. l. 1. ff. de præcar. nec poteſt apponi pactum, vt non poſſit repeti à tradente, niſi poſt certum tempus. l. cum præcarium. ff. eod. Couarr. lib. 3. var. cap. 13. auth. to. 2. de reſtit. & cõtract. d. 3. q. 14. p. vnic. n. 1. 3. & 4.

Præcarium finitur. Primo, volũtate eius, qui illud conceſsit. Secundo, per venditionem præcarij factã à domino. Tertio, per mortem illius, qui accepit præcarium. l. cum præcario. ff. eod. Couarr. 3. var. d. cap. 15. auth ib. n. 5.

PRAESCRIPTIO, ET præſcribere.

Præſcribi non poſſunt res Eccleſię à laicis. ca. cauſam de præſcript. Eman. Sà verb. pręſcriptio. num. 2. Nec à religioſo poſſunt quoque res pręſcribi. Auth. ib. t. 2. de reſtit. d. 1. q. vlt. p. 2. §. n. 6. & 7.

Præſcribi non poſſunt res furtiuę, & alię, quę debẽtur ex delicto, ex furto, rapina, vel vſura. l. non ſolum. ff. de vſucap. auth. ib. nu. 10. nec res depoſitatę, comodatę, vel conductę.

auth.

auth. ib. num. 4.

Præſcribi nequit Iuſpatronatus à laico. Tuſc. concluſ. 544. to. 6. Auth. ib. num. 11.

Præſcribi nequeūt res incorporales, vt ſeruitutes, actiones, & Iura. cap. ad aures de præſcript Silu. verb. præſcriptio. num. 13. Auth. ib. num. 12. nec quæ prohibentur alienari. idē Silu. num. 13. auth. ib. num. 13. nec delictum. l. ſicut in rem. C. de præſcript. 30. vel 40. an. Tuſc. concluſ. 568. to. 6. auth. ib. num. 17.

Præſcribi poteſt Ius, decimas ſoluendi à laicis, per tempus immemorabile, vel 40. annorum. cap. 1. de præſcript. in 6. Couarr. tom. 1. var. ca. 17. auth. ib. n. 26.

Præſcriptio eſt acquiſitio dominij vtilis, vel directi rei alienæ per continuationem poſſeſſionis bonæ fidei ſpatio temporis à lege definiti. l. ſi vſucapio ff. de vſucap. auth. ib. n. 1. & quinque conditiones requirit; Prima eſt continuata poſſeſsio. auth. ib. num. 2. Secunda capacitas actiua reſpectu poſsidentis, & paſsiua reſpectu rei, quæ poſsidetur. auth. ib. num. 3. Tertia, eſt bona fides. Maſcard. concluſ. 1377. num. 18. tom. 2. auth. ib. num. 14. Quarta, eſt titulus probabiliter præſumptus auth. ib. n. 22. Quinta, eſt tempus à lege definitum. auth. ib. num. 28.

Præſcriptio interrumpitur per litis cōteſtationem. Silu. verb. præſcriptio. num. 12. verſ. 2. Auth. ib. n. 1. 8

Præſcriptio non currit, ſi adſit ignorantia iuris clari. l. Iuris. ff. de Iur. & fact ignor. l. nunquā. ff. pe vſucap. Nauarr. cōſ. 6. ce offic. Iudic. lib. 6. auth. ib. num. 19. Iuris verò dubij, de quo ſunt cōtrariæ opiniones, omnes verò probabiles, ſi adſit ignorantia, currit præſcriptio. Menoch. pręſumpt. 130. lib 3. ib. n. eo.

PRIMITIAE.

Primitiarum nomine intelliguntur primi fructus, q ex agris, aut arboribus percipiuntur, Deoq; immediatè offeruntur in recognitionem beneficiorum, quæ à Deo accipiuntur. & nullo iure fideles in noua lege obligātur ad ſolutionem primitiarum S. Thom. 229. 86 Auth. t. 2. de legib. d. vlt. q. 5. p. vlt. nu. 1. & 2.

PRIVILEGIVM.

Priuilegium eſt lex, qua conceditur aliquid ſpeciale Azor. 1. p. lib. 5. c. 22. Auth. t. 2. de legib. d. 1. q. 3. p. 1. n. 1.

Priuilegium aliud eſt perſonale; quod conceditur perſonæ ob ali-

aliquam conditionem, vel ipſius cauſã; aliud locale, quod cõceditur habita ratione alicuius loci; & aliud mixtum; vt ſi ob aliquam perſonæ conditionem cõcedatur ipſi priuilegium cum determinatione loci, Auth.ib,p.6.n.1.

Priuilegium à Papa conceſſum abſq; determinatione loci, valet vbiq; terrarum ib. n.3.

Priuilegium multiplex eſt; primo ſcriptum, & nõ ſcriptum. Secundo reale, & perſonale; tertio gratioſum, & remuneratorium; quarto conuentionale, vel purum; quinto ob bonum commune, vel ob bonũ priuatum proximè, & immediatè; ſextò fauorabile, & odioſum, ſeptimo perpetuũ, & temporale, & octauo in foro cõſciẽtiæ, & in foro externo. Auth.ib.t.2. de legib. d.1. q. 3. p.1. per tot.

Priuilegium ſcriptum dicitur illud, quod ſcriptura exprimitur; non ſcriptum, quod conceditur abſq; ſcriptura; Reale eſt, quod directè conceditur alicui rei, vel loco; Perſonale, quod conceditur immediatè perſonæ, ratione ſui; Gratioſum eſt, quod gratis conceditur. Remuneratorium verò, quod datè ratione meritorũ; Conuẽtionale eſt, quod conceditur interueniente pacto, purum, quod abſolutè conceditur; Ob bonum publicum, quando reſpicit communitatem; Ob priuatum, quando reſpicit ſingulares perſonas; fauorabile eſt illud, quod alicui confert fauorem, odioſũ, quod vni confert fauorem, alteri præiudicium; Perpetuum dicitur illud, quod abſolutè, & abſq; limitatione temporis, vel conditionis conceditur; Temporale, quod conceditur, cum temporis determinatione, vel cum aliqua conditione, qua completa ceſſat; In foro interno eſt illud, quod conceditur, vt non ſuffragetur in foro externo, in foro externo eſt illud; quod ſuffragatur in vtroque foro; Auth.ib.& Priuilegium non ſpirat per mortem concedentis vide inf.

Priuilegium cenſetur ſolum cõceſſum perſonis, & rebus, quę ſunt in priuilegio expreſſæ, vel aliquo modo comprehenſæ, propter ſignificationem, vocis, vel materiæ connexionem, vel ob iuris diſpoſitionem; ſuar. de leg. lib.8.c. 10.n. 9. Auth.ib.d. 1.q.3.p.7.§.2.n. 1.& conceſſum religioſis alicuius ordinis extenditur ad moniales illius ordinis, modo illis adaptari poſſit, vel niſi aliter in priuilegijs exprimatur Rodriq.tom.1. qq. reg.q. 13.artic.2.auth.ib. nu.2. Con-

ceſ-

ceſſum filijs extenditur ad filias, & conceſſum fratribus extenditur ad ſorores. Auth. ib.num.4.& conceſſum bonis mariti,extenditur ad bona vxoris,vbi ſunt communia. Sāchez.lib.8.d.16.num. 6. auth. ib.num.5. Sed non poteſt extendi ad alios caſus, vel perſonas propter ſimilitudinem rationis,quando in priuilegio aliquo ex dictis modis non comprehenduntur.cap. 28. n. 14.Auth.ib.n.11.

Priuilegium perſonale extinguitur morte illius, cui conceſsū fuit.Azor.ljb.5.cap.22. auth. ib.d.1.q.3.p.8. num. 1.ſecus verò ſi ſit reale. ib. num.2.& dicitur perſonale, quando facultas committitur alicui, expreſſo ſolū nomine illius, cui facultas committitur.auth.ib. num.3.vbi etiam, quando cōmittitur facultas expreſſo nomine dignitatis, non cenſetur perſonale, & quando committitur expreſſo nomine perſonę,& dignitatis,priuilegium cenſetur perſonale.Couarr.3. var.c.15.n.2.

Priuilegium poteſt concedi ab eo,à quo lex ferri poteſt Suar. lib.8.c.9.&10.& à Papa directè omnibus in ſpiritualibus, ab Epiſcopo poteſt concedi ſuis ſubditis in proprijs ſtatutis.auth.ib.de legib.d.1.q.3.p. 2.per tot.

Priuilegium obtineri poteſt, abſque mandato,& ſcientia priuilegiarij.Nauarr.conſ.2.3. & 4.de reſcript.lib.1. Eman. Sà verb.gratia num. 23. & conceſſum alicui ante acceptarionem,reuocari poteſt.Sanchez de matr.lib.1.d.6.n.30. Auth. ib.p.3.n.1 & 12.

Priuilegium ceſſat actu toti priuilegio contrario, ſi conſiſtat in vnico actu.cap. cùm acceſſiſſet.de conſtit.Silu.verb.priuilegium.quæſ.10.in fi.& nunquam amictitur per vſum ipſi contrarium (præciſa tamen legitima præſcriptione)modo non conſiſtat in vnico actu, ſed habeat tractum ſucceſſiuū & ſic, quando habet tractum ſucceſſuum non amictitur per actum contrarium. Auth.ib.p. 8.§.6.num.11. 12.& 14.

Priuilegium regulariter nō amictitur ipſo facto per abuſum, ſecus autē, ſi quis priuilegiatus abuteretur vltra limites priuilegij.Silu.verb.priuilegiū quæſ. 10. & dicitur abuti priuilegio quis, non vtendo eo tali tempore,aut loco, aut tāta quantitate, quanta in ipſo præſcribitur, vtendo vltra limites,faciendo aliquid iniquū occaſione ipſius, vel contra finem priuilegij. auth.ib.d.1. q.3.p.8.§.7.per tot.

Priuilegium ritè ſimpliciter, & ſine conditione obtentum, non

non ceſſat morte concedentis. Nauarr. cap. 27. num. 153. & conſ. 1. de priuil. Auth. ib. p. 8. §. 1. num. 19. & conceſſum ſine ſcriptura nō expirat morte concedentis. Auth. ib. d. 1. q. 1. p. 4. n. 51.

Priuilegium, quando dicatur obtentum, & obtinendum, vide ſup. verb. gratia.

Priuilegium ad beneplacitū concedentis cōceſſum, finitur eo mortuo, vide ſup verb. gratia, & verb. beneplacitum

Priuilegium gratuitum, nō oneroſum, quo ſubdito conceditur facultas faciendi contra Ius, poteſt ex iuſta cauſa à cōcedente, ſucceſſore, vel ſuperiore, reuocari. Sanch. lib. 8. d. 33. Auth. ib. d. 1. q. 3. p. 8. §. 3. n. 1.

Priuilegium reuocatur expreſsè per reuocationem ipſius in ſpecie, vel in genere; tacitè, ſi concedens faciat aliquem actum, qui non poſſit ſubſiſtere, abſque derogatione priuilegij. ib. n. 11. & 14.

Priuilegium non contentum in corpore Iuris, non cenſetur reuocatum per legem ſubſequentem, niſi illius fiat mētio; Auth. ib. n. 17.

Priuilegium amictitur per volūctariam renūciationem factā à priuilegiario, & acceptatam à concedente. cap. ſi deterra, & cap. ſi accidentibus de priuil. Auth. ib. d. 1. q. 3. p. 8. §. 4. num. 1.

Priuilegium affirmatiuum puta aliquid faciendi, quod vergit in grauamen alterius, amictitur per non vſum. Suar. lib. 8. cap. 34. num. 15. auth. ib. §. 5. num. 3. ſecus ſi non cederet in grauamen alterius. Auth. ib. num. 4.

PROFESSIO.

Profeſſio facta in religione ante 16. annum eſt inualida. C. Tri. ſeſſ. 25. cap. 15. neque valet, vt votum ſimplex. Auth. tom. 2. de clauſ. q. q. 2. p. 10. §. 3. difficul. 2. n. 6.

Profeſſio facta in religione, dirimit matrimonium celebratū ante ipſam profeſſionem, modo ſit ratum, & non conſumatum. C. T. ſeſſ. 24 ca. 4. Leſſ. lib. 4. cap. 41. dub. 8. num. 69. vide ſupra verb. matrimoniū, & inualidè emictitur ab vno coniuge poſt matrimonium conſumatum, altero coniuge inſcio, vel conſentiente per dolum, vel metum. cap. notificaſti 35. q. 1 & cap. veniens de conuerſ coniug. Sed poſſet ab vtroque coniuge poſt matrimonij conſumationem de communi conſenſu profeſſio emanari. Sanch. de matr. lib. 7. d. 35 & remanente vno in ſeculo poterit, etiam fieri profeſſio

ſeſſio interuenientibus tribus conditionibus. Primo, vt ſit profectæ ætatis manens in ſeculo puta ſexagenarius. Secundo, vt emittat votum cõtinentiæ, & Tertio, vt interueniat cõſenſus Epiſcopi. Auth.t.1. de magn. matrim. Sacram.q.3.p.4.num. 4. 9.11.& 12.

Profeſſio in arctiori religione facta, valida eſt, etiam ſi petita, vel obtenta, non fuerit licentia.S.Anton.3.p.tit.16.cap.4. Auth.t.2.de clauſ.q.2.p 9.§.3 difficul.1.n.7.

Profeſſio mendicantis in religione non mendicanti facta, eſt irrita. Auth.ib.nu. 8. & facta ſub conditione de futuro, non eſt valida ante conditionis euentum. Sanch. in oper. moral. lib. 5. cap. 8.num.88. Auth. ib. p.10.§.1.difficul.2. num.4.

Profeſſio eſt materia ſimoniæ. Reginald.lib.23.num.273.auth.t.1.de tract.var.q.4.§.8. n. 1 & facta per ſimoniã eſt valida. Nauarr.comment.4.regul.num.25.Suar.lib.4.de ſim. cap.57.num.8.Auth.ib.q.7.§. 6.num.7.

Profeſſio facta in religione, quã aliam eſſe credebat, inualida eſt.Sanch.in Summ. lib.4.cap. 2.num.11.Auth.t. 2. de legib. d.4.q 2.p.3.§.2.n.4.

Profeſſio facta in religione à debitore, ante quam ſatisfaciat, valida eſt. Auth.t.2.de reſtit. d.2.q.vlt.p.2.§.1.n 8.

PROMISSIO.

Promiſſio eſt datio fidei, deliberata, vera, & ſpontanea de rè licita, & poſſibili. Auth.t.2.de reſtit.d.3.q.11.p.1.n.1.

Promiſſio amentis, ebrij, & infantis eſt inualida, ficta eſt inualida.Caet.2.2.q.88. artic.1. nec facta per vim, dolum, metum, aut preces importunas, tenet.Nauarr.cap.17. nu. 30. Silueſt.verb. reſtitutio.verſ.7. & facta de re turpi, & impoſſibili non obligat, & prodiga, nec valet. Sanch. de matr.lib. 1 diſp.14.num.1.Auth.ib.n.4. 6.13.14. & 15.

Promiſſio interna non obligat, niſi fiat per modum voti. Rodriq.1.p.cap.95. num. 1. Sed externa, & acceptata obligat ſub mortali, niſi paruitas materiæ excuſaret. Silu. verb.pactum.quæſ. 4. Sed requiritur, primo, vt promittat quis animo promittendi, & ſe obligãdi. Secũdo, vt ſit, rei licitæ, & poſſibilis, & Tertio, vt ſit rei notabilis. Auth.ib.p.2.à.nu.1. vſque ad 9.

Promiſſio facta contra priorem validam, non obligat. Auth.t. 2.de legib.d.4 q. 1.p.6.n.1.

PROXIMVS.

Proximi nomine intelligũtur homines capaces beatitudinis. Azor.2.p lib.12.cap.5.quæſ.5 ſiuè ſint iuſti, ſiuè iniuſti, ſiuè amici,ſiuè inimici,ſiuè fideles, ſiuè infideles. Auth.t.2.de legib.d.3.q.4.p.3. in præmiſſ.

Proximus eſt diligendus. S. Tho. 2.2.q.25.artic.1. & ex præcepto Domini, diliges proximũ tuum, &c. & vnus proximus eſt magis diligendus, quam alius in caſu neceſſitatis, non ſolum,quo ad actum internũ, ſed etiam externum.S.Thom. q.25.art.6.Auth.ib.p 5.n. 1.

PVBLICA HONESTAS.

Publica honeſtas eſt propinquitas conſurgẽs ex ſponſalibus, vel ex matrimonio; & ex ſpõſalibus validis, & certis oritur iſta publica honeſtas dirimens matrimonium,cum cõſanguineis alterius coniugis, in primo gradu. C. T. ſeſſ.24. cap.3.nec inducitur, quando aliquis ficte conſentit,ſpec.ar. 53.in fi.nec oritur, cum ſecũda,quando,quis poſt celebrata ſponſalia, cum aliqua, denuò illa celebrat, cum ſorore illius. Sanch. lib.7.d.68.num. 23.nec etiam quãdo, quis celebrauit ſponſalia,cum ea,ſub cõditione de futuro,et poſtea celebrat, cum ſorore ipſius abſolutè, quia hæc ſecunda ſponſalia ſunt nulla.Auth.t.1. de magn.matrim. Sacram. q. 3.p.11.d.num.1. vſque ad 5.

Publica honeſtas non oritur ex ſponſalibus, per dolum celebratis.Sanch.d.64.n. 3.Auth. ib.q.1.p.9.num.4. & 5. Sed ex matrimonio clandeſtino celebrato inter impuberes oritur publicę honeſtatis impedimẽtum.Auth.ib.q.2 p,8.num.50. nec ceſſat diſſolutis ſponſalibus mutuo conſenſu. Sanch. lib.7 d.68.nu 21.Auth ib. vbi ſupra.q.3.p.11.num.7. & oritur ex matrimonio rato. Sanchez.d.70.num.1.Auth.ib.nu. 9. Item ex matrimonio inualido, modo non ſit ex defectu conſenſus. Sanch.nu.5. auth. ib.num.11. Sed non oritur ex matrimonio celebrato per metum grauem,vel per errorem perſonæ.idem Sanch.n.9 Auth.ib.num.13.nec celebrato cum perſona incerta. Sanchez.num.13.Auth. ib.nu.15. Sed ex matrimonio celebrato,contracto ſine parocho,& teſtibus; oritur impedimentũ publicæ honeſtatis, nam eſt defectus ſollemnitatis. contr. Sanch.lib.7.nu. 13.d.70. item oritur ex matrimonio inualido, propter aliquod impedimentum dirimens.Tuſc. concluſ.140.n.4.auth.ib.n.18.& 19.

Pu-

Publicæ honeſtatis impedimentum diſpenſatur à Sũmo Pontifice. Couarr. 9. p. cap. 16. §. 7. Henriq. lib. 12. cap. 10. num. 3. Auth. num. 22.

Q

QVINDENNIVM.

Quindennium, quod loco annatæ ſoluitur, eſt penſio integrorũ vnius anni fructuum, vel ſaltim dimidiæ partis, quæ decimo quinto, quolibet anno Summo Pontifici ſoluitur ex beneficio alicui communitati; vel Collegio, ſeu Capitulo adnexo, & erit ſoluendum à beneficiarijs, & penſionarijs pro rata penſionis. Monet. de diſtr. 3. p. q. 9. num. 34. anticipatè, vt in Rot. Rom. coram Litta 15. Ianuarij, & 23. Iunij 1595. & erit ſoluendum à Canonico, etiam ſi poſtea choro non adſiſtat, nec continet ſimoniæ labem. Burſat. conſ. 25. num. 67. tom. 2. Auth. tom. 1. de hor. canon. d. 2. q. 6. p. 1. per tot.

R

RAPINA.

Rapina propriè ſumpta, eſt ablatio rei alienæ per violentiã. Auth. to. 2. de reſtit. d. 3. q. 7. p. 8. num. 3. & eſt peccatum mortale. S. Thom 2. 2. q. 66. art. 6, Auth. ib. n. 5.

RAPTVS.

Raptus propriè dicitur, quando aliqua perſona inuita, vel reſiſtẽtibus parentibus, ſub quorũ cura eſt, abducitur per vim ad libidinem explendam, vel ad matrimonium contrahendum. Clar. lib. 5. §. raptus. Auth. to. 1. de magn. matrim. Sacram. q. 4. p. 18. n. 1.

Raptus ſuperaddit malitiam cõtra iuſtitiam fornicationi. auth. ib. num. 4. & in eo requirũtur. Primo vis. Sa ch. d. 13. n. 9. lib. 8. & Secundo abductio cauſa libidinis, vel matrimonij; & raptus etiam dicitur, quãdo vir abducitur per vim, ſed non incurruntur penæ. C. Trid. Sanch. lib. 7. diſp. 12. nu. 25. de matr. Auth. ib. num. 5. 6. & 7.

Raptor, & omnes conſilium auxilium, & fauorem præbentes multas incurrunt pœnas Primo, ſunt ipſo Iure excommu-

 nicati

nicati, perpetuò infames, & omnium dignitatum incapaces, ſed iſta excommunicatio non eſt reſeruata, quia C. Tr. ſeſſ. *24*.ca.*6*. de reform. matr. illam non reſeruauit; Secundo tenetur, ſiuè matrimonium contrahat, ſiuè non, ad decenter dotandam arbitrio Iudicis. Sanch. num. *1*. Tertio, matrimonium celebratum inter eos eſt inualidum, dum rapta eſt in poteſtate raptoris, & idem dicendum eſt de ſponſalibus, vt declarauit. Congreg. Card. Sanch. d. *13*. nu. 7. Auth. ib. n. *6*. & 10.

Raptor incurrit infamiam, & incapacitatem dignitatum ante ſententiam Iudicis. Sanch. d. diſp. 13. Molin. de iuſt. tom. *1*. d. *96*. verſ. quo obſerua. Auth. ib. n. eo.

Raptor inualidè contrahit matrimonium cum ſponſa, quam per vim abduxit, poſt ſponſalia liberè celebrata. Sanch. nu. *15*. Auth. ib. num. 11. & etiam dicitur raptor, qui per vim abducit propriam vxorem, cum qua nõdum conſumauit matrimonium, quando ipſa vult, vti ſpatio duorum menſium ſibi à Iure conceſſo. Molin. tom. *4*. d. 105. num. 7. Auth. ib. num. 13.

RECITANS OFFICIVM.

Vide ſupra verbo officium, & verb. horæ canonicæ.

RECEPTANS.

Receptans, vel fouens, vel conſeruans malefactorem, vel ſecuritatem, ſiuè refugium præbens, malefactori ad patrandum delictum, tenetur ad reſtitutionem. Molin. d. *713*. n. *2*. Licet ſecus ſit ſi reciperet, quis furem ratione amicitiæ, vel conſanguinitatis, vel cauſa humanitatis, aut hoſpitij; & cenſuræ latæ contra receptãtes bannitos, vel hereticos intelliguntur de receptatoribus formaliter, niſi aliud exprimatur. Clau. reg. lib. *10*. ca. 11. num. *14*. Auth. to. 2. de reſtit. d. *1*. q. 2. p. *9*. n. 2. *4*. & 5.

RECLAMATIO.

Reclamatio non datur dimiſſo habitu. C. T. ſeſſ. *25*. cap. *19*. niſi adſit iuſta cauſa dimittendi habitum. Nauarr. com. 4. de regul. num. vlt. Sanch. lib. *7*. de matr. d. 37. num. *7*. verum eo reaſſumpto datur reclamatio. Sanch. lib. *7*. diſp. *37*. n. 2. auth. t. 2. de clauſ. q. *2*. p. *10*. §. *6*. difficul. 3. num 1. & 2.

Reclamatio conceditur religioſo, qui intra quinquennium eam petierit, contra profeſſionem factam extra legitimã ætatem. d. C. T. cap. 15. quæ ætas eſt computanda de momento ad momentum. Auth. ib. §. 3. num. 2. difficul. 2. & cõtra

tra profeſſionē factam ab eo, qui non erat ſui Iuris.auth.ib. §.4.num.1.vel dum adfuit defectus poteſtatis in acceptāte. Nauarr. loc.cit.num.74. Sanch.lib.5.cap.4.n.62. auth. ib.§.6.num.1.

Reclamatio nō conceditur,quādo non præceſsit informatio præſcripta à Sixto V.auth ib. num.11.& reclamans contra profeſsionem validam pœnis apoſtatarum ſubiicitur, deſerendo religionem. Auth. ib.t. 2.de clauſ.q.2.p.10.§.6. diſſicul. 5.n.1.

Reclamans cōtra profeſsionem inualidam, non peccat mortaliter.Auth.ib.n.2.

RELIGIO, ET RELIGIOSVS

Religio iudicatur arctior alia, attētо præſenti religionis ſtatu,in qua,nunc vitæ rigor magis viget, & non ſolum eſt inſpicienda externa corporis aſperitas,aut votorum multitudo, ſed etiā aliæ vitæ rationes ſunt conſiderande,vt exacta paupertas,ſtrictæ propriæ voluntatis abnegatio, & ſimilia, & dicitur perfectior religio, quæ durior, & aſperior eſt.Sanch.oper mor. lib.6.ca. 7.num.21. Auth. tom. 2.de clauſ.q.2.p.9.§.3.difficul. 3.n. 2.& 3.

Religionem ingredi, & in ea cōmorari, an poſsit debitor ante ſatisfactionem, vide verb. profeſsio.

Religionem ingrediens tenetur laborare quantum decet ſtatum religioſum,de licentia ſuperioris, vt ſatisfaciat creditoribus.Nauarr. comment.2. de reg.num.8.auth. tom.2.de reſtit.d.1.q.vlt p.2.§.1.n.7.

Religioſus proficiſcens vltra mare,abſque licentia ſuperioris, eſt excommunicatus extrauag.Ioann.XXII. incip. ad noſtrum.Auth.to. 2. de clauſ. q.2.p.4.n.1.

Religioſus,quilibet in choro deputatus tenetur poſt profeſſionem ad perſoluendum diuinum officium, quamuis non ſit Sacris initiatus.Caet.verb. horæ canonicæ Silu. verb.hora quæſ.2.& obligatus recitare illud in priori religione, tranſiens ad aliam non tenetur,ſi conſuetudo ibi recitandi non exiſtat. Suar. tom.2.de relig.tract.4.lib.4.cap.17.n.9. Auth.ib.nu. 2.& ad triremes miſſus ſi non fuerit cōſtitutus in Sacris,nec tenetur [illegible] Suar.loc.cit. nec tenetur ſub mortali intereſſe choro, niſi fuerit profeſſus. auth.tom.1. de hor.canon.d.1.q.2.p.2.n.1 2.& 3.

RELIQVIAE.

Reliquiarum nomine intelliguntur corpora,oſſa, cineres, veſtes

ſtes, panni, &c. quæ Sanctorum corpora, & reliquias attingerunt, quod ſecus eſt in vermibus, quamuis conſtent eadem materia prima. Suar. 3. p. tom. 1. d. 55. ſect. 1. in fin. auth. to. 2. de legib. d. 3. q. 1. p. 4. num. 1. quæ ſunt adorandæ, & deuote cuſtodiendæ. Suar. to. 1. 3. p. diſp. 55. auth. ib. num. 3. & eadem adoratio tribuitur, quæ, & perſonæ cuius ſunt reliquiæ. auth. ib. num. 4. & ſunt adorandæ, abſolutæ, & non ſub cõditione. Sanch. in Sum. cap. 43. num 12. lib. 2. auth. ib. nu. 5. poſſunt eis accendi ceræ. Azor. 1. p. lib. 9. c. 8. quæſ 3. auth. ib. num. 10. ſed reliquiæ Sanctorum nondum canonizatorum non ſunt publicè exponendæ. Sanch. nu. 5. auth. ib. p. 2. n. 2.

Reliquias habens ad collum appenſas, non committit (ratione illarum) nouum peccatum, ſi tũc temporis, cum illis peccat. Azor. p. partæ lib. 9. cap. 8. quæſ. 6. auth. vbi ſup. d. 3. q. 1. p. 4. num. 8. & poſſunt ad collum deferri. Sanch. lib. 2. cap. 40. num. 27. ib. n. 7.

Reliquias ſurripiens peccat, peccato furti, & ſacrilegii. Silu. verb. reliquiæ quæſ. 2. auth. ib. num. 9.

Reliquię vendi non poſſunt, abſque labe ſimoniæ cap. fin. de reliq. & vener. Sãct. Silu. verb. reliquiæ. auth tom. 1. de tract. var. q. 4. nũm. 8. & pretium acceptatum eſt reſtituendum. Suar. d. 59. num. 21 34. 42. & 43. lib. 4. de ſim. auth. ib. q. 7. p. 3. difficul. 1. n. 9.

RESCRIPTVM.

Reſcriptum gratiæ dicitur illud, quod ad obtinenda beneficia, diſpenſationes, & alias gratias impetratur; Iuſtitię, quod obtinetur ad lites forenſes. Menoch. de arbitr. lib. 2. cent. 3. caſu 20. num. 1. quę inter ſe differunt, nam illud gratię obtẽtum per ſubreptionem, vel obreptionem eſt ipſo Iure irritum cap. fin. de fil. prę ſtit. in 6. Illud verò iuſtitię, non eſt nullum ipſo Iure, ca. ſi autem & cap. plerique de reſcript. auth. t. 2. de legib. d. 1. q. 2. p. 4. n. 1. & 2.

Reſcriptum tacita veritate, vel expreſſa falſitate viciatur, & ſi comictatur in vna parte, non vitiat, quo ad totum, ſed ad eã partem, cap. ſuper literis de reſcript. modo partes, in quibus non contingit ſubreptio, ſint ſeparabiles, quo ad valorem, à parte, in qua fuit ſubreptio: Sanch. lib. 8. d. 21. nu. 61. & 63. de matr. auth. ib. nu. 14. & 15.

RE-

RESERVATIO peccatorum.

Reſeruatio peccatorum ſpectat ad legitimum ſuperiorem, & etiam aliquando, ſi eſſet illicita, valida eſſet; & abſolutio data poſt reſeruationem eſt inualida, & non eſt facienda peccatorum internorum, aut venialium, ſed externorum, & mortalium. Graff. lib. 1. deciſ. ca. 10. Auth. to. 1. de Sacram. d 5. q. 7. p. 5. §. 1. num. 1. & 3. & abſolutio à reſeruatis ſpectat ad ipſum reſeruantem, & ſuperiorem ipſius. Auth. ib. §. 2. num 1. & non ſolum abſolutio impendi poteſt ab Epiſcopo reſeruante, ſed etiam à Sũmo Pontifice, vel à generali religionis reſpectu Prouincialis, & nota Archiepiſcopum non eſſe ſuperiorem, quo ad abſolutionem, exceptis aliquibus caſibus. Suar. d. 30. ſect. 1. Auth. ib. n. 3.

Reſeruatio nõ tollitur per quãlibet abſolutionem collatam à legitimo ſuperiore, ſed per abſolutionem datam à ſuperiore cognito peccato reſeruato, vel habente intentionẽ auferendi reſeruationẽ. Vaſq. q. 91. art. 3. dub. 5. num. 10. auth. ib. §. 5. num. 4. ſed tollitur per abſolutionem informem, & inualidam habitam à reſeruante, vel eius ſuperiore, non autem ſi fuerit habita à confeſſario tempore Iubilei, quia talis confeſſarius non poteſt abſoluere niſi verè pœnitentes, qui ſibi fuerint validè confeſſi. Auth. ib. n. 9.

Reſeruatio peccatorum tolli nõ poteſt à ſimplici confeſſario, ſed per ipſum erit remittẽdus pœnitens, ſuperiori, vel pętẽda licentia. Vaſq. q. 91. art. 3. dub. 9. num. 24. Auth. ſup. §. 2. num. 18. nec tolli poteſt à Sacerdote, cui ſuperior iniuſtè denegat facultatem abſoluendi. Rodriq. 1. p. cap. 55. nu. 11. Auth. ib num. 20.

RESIDENTIA.

Reſidẽtia eſt perſiſtẽtia in loco, in quo quis habet beneficiũ. Caſſador. deciſ. 1. de cleric. nõ reſid. Auth. t. 1. de tract. var. d. 5. p. 1. num. 1. & ille dicitur reſidere, qui intra parochiæ fines moratur, vide ſupra. verb. parochus, & verb. beneficiarij. & reſidentiæ onere tenentur beneficiarij, qui onus per ſe ipſos tenentur exercere, c. quia nonnulli de cleric. non reſid. Auth. ib. p. 2. n. 1.

Reſidentia omnes obligat habẽtes obligationem ad eam in Eccleſijs Chatredalibus, vel Collegiatis inſignibus, nõ obſtante quauis conſuetudine immemorabili: non reſidẽdi, vt

vt declarauit. Sac. Congreg. & teſtatur Garz. de benefic. 3. p. cap. 2. num. 197. Auth. ib. p. 3. num 10.

Reſidentia non obligat ſub peccato, immò non reſidentes excuſantur à culpa, & pœna, ex iuſta cauſa, & cum legitima ſuperioris licentia. Gloſ. in c. inter quatuor de cleric. non reſid. & iuſta cauſa dicitur Chriſtiana charitas, vrgens neceſſitas, debita obedientia, & euidens Eccleſiæ, vel Reipublicæ neceſſitas. C. T. ſeſſ. 24. cap. 12. Auth. ib. d. 5. p. 5. n. 1. eo maximè ſi priuilegium non reſidendi obtineretur à Pontifice. Auth ib. num. 5 immo excuſantur à reſidentia abſentes ad dirimendas lites, inter aliquos ortas, vel ad alia opera charitatis proximi. Molſeſ. in Summ. tract. 6. cap. 11. num. 29 ib. num. 7. & inſeruientes Papæ in vtilitatem Eccleſiæ excuſantur. cap. cum dilectus de cleric. non reſid. & ideo excuſantur Card. Epiſcopi, quos Summus Pontifex reſidere non permictit, vt illorũ opera vtatur in rebus magni momenti ad Eccleſiam pertinentibus. Molſeſ. n. 33. contr. Panor. in cap. bonæ memoriæ de poſtulat. Sanctar. q. 2. num. 11. Caet. 2. 2. q. 189. art. 5. Auth. ib. num. 8. Item excuſatur abſens cauſa litis motæ ſuper ſuo beneficio. cap. ex parte de cleric. non reſid. Auth. ib. num. 12.

RESIGNATIO.

Reſignatio pura, eſt illa, quæ fit ad nullius fauorem, altera non pura, quæ fit ad fauorem alterius. Pariſ. de reſign. lib. 1. q. 3. & 6. nec cenſetur completa, donec reſignatarius poſſeſſionem non cæperit. Gonzal ſuper reg. 8. Gloſ. 15. §. 2. num. 36. & purè reſignans non percipit fructus poſt reſignationem, à Papa acceptatam. Gabr. conſ. 192. & 194. lib. 1. fructus verò, & diſtributiones ſpectabunt (ante poſſeſſionem) reſignanti ſub conditione in fauorem reſignatarij, non autem reſignatario. Gonzal. gloſ. 15. §. 2. nu. 42. Auth. t. 1. de hor. canon. d. 2. q. 4. p. 2. per tot.

Reſignatio pura, & abſoluta nõ eſt ſimoniaca. Auth. to. 1. de tract. var. q. 4. §. 14. num. 1. ſecus verò ſi nõ ſit pura, & coram prælato inferiore Papa, fiat. Suar. cap 35. num. 22. ib. num. 2. Item reſignans beneficium cum pacto, vt ſibi reficiantur expenſæ in eſſequutione beneficij factę, ſimoniã incurrit, ſi hoc faciat coram inferiore Papa. Pariſ. de lib. 4.

q.7.num.1. Auth.ib.num.3.& reſignatio reciproca facta coram Epiſcopo eſt ſimoniaca. Pariſ.lib.1.q.3. Auth.ib.num. 4.& facta cum deſignatione ſucceſſoris coram inferiore Papa,eſt inualida.Pariſ. q.7.n. 63.Auth.ib.num.5.& reſignatio beneficij,ſub confidentia ſimoniaca, non eſt vetita ſub excommunicatione, ſed receptio beneficij.Nauarr.man.c. 33.num.3.Auth.ib.q.7.p.1.§. 1.num.3.

RESTITVTIO.

Reſtitutio eſt actus iuſtitiæ commutatiuæ,quo res accepta reſtituitur, vel dannum illatum compenſatur ei, cui debetur. Auth.to.2 de reſt.d.1.q.1.P.1 nu n.1. eſtque actus non iuſtitie legalis, aut diſtribuitiuæ, ſed particularis, & commutatiuæ,nam eſt faciẽda ad æqualitatem.Nauarr.in Summ. ca. 17.num.6. Auth. ib.num.9.& eſt neceſſaria ad ſalutem, non neceſſitate medij, ſed p̄cepti. Nauar.li.1.c.1.dub.2.auth. ib. P.2.n.2.præceptiClau.reg.lib. 10. tract.1 cap.3. Auth.ib.n.3. & præceptum reſtitutionis eſt affirmatiuum.Clau.reg.loc.ci. num.7.Ang.verb.reſtitutio n. 7.Auth ib.num. 4. & obligat ſub mortali.Regin.lib.2.tract. 1.num.4.Auth.ib.nu.5.& tres radices habet. Prima naſcitur ex re accepta, quando, quis pecuniam,aut aliam rem alienam inuenit, nulla præuia iniuſta acceptione. Secunda, ex iniuſta acceptatione,vel damnificatione,quando, quis rem alterius abſtulit,vel alteri dan num intulit.S. Tho. 2.2.q.62. art.6. Tertia, ex contractu, quando inter aliquas perſonas celebratum fuit cõtractus ratione cuius emergit obligatio reſtituendi, vt ratione pignoris,aut comodati. auth.ib. p.3.num.3. & 4. & obligatio reſtituendi oritur ex delicto contra iuſtitiam.Nauarr.lib. 2 cap.1.diſt.3. num. 12.& non ſolum ex peccato mortali,ſed etiam veniali.Nauarr.d cap.1 n.43.Auth.ib.n.5.

Reſtitutio eſt facienda à fure. Auth.ib.p.1.num.3. ſed non à reo,qui in Iudicio veritatem negauit.Sanch.in Summ.lib.2. cap.22.num.22. Auth.ib.nu.4 quia fur fecit contra iuſtitiam commutatiuam, reus contra legalem.

Reſtitutio eſt facienda à cooperantibus ad dannum, ſup. verb. participans.

Reſtitutio eſt facienda nõ ſolum ab inferente dannum factis, ſed etiam verbis. Auth.ib.q.2. P.3. n.5.

Reſtitutio non eſt facienda, ab eo,qui non eſt cauſa, ſed occaſio

caſiq danni,quamuis peccaret mortaliter cõtra charitatem. Leſſ.lib.2.cap.124.n.1. Auth. ib.n.11.

Reſtitutio non eſt facienda ab eo,qui dannum infert conſentienti. *Azor.* 3.p.lib.1.cap.8. quæſ.3.Auth.ib.P.5.n.1.

Reſtitutio an ſit facienda à mandante, vide ſupra verb. mandans.

Reſtitutio non eſt facienda à cõſ..t ente.non vt cauſa efficax dãni. Clau. reg lib.10.tract.2. c.9.auth.ib.p 8.n.3.

Reſtitutio non eſt facienda à ferentibus ſuffragia,cum danno alterius,quando ſuffragia maioris partis, iam ſufficiebant. Clau. reg.loc.cit.c.9 n. 5.Auth.ib.num.4.

Reſtitutio non eſt facienda à cõfeſſario, non obligante furem ad reſtitutionem. Sanch. in Summ.lib.1.cap.6.nu. 5.auth. ib.P.10.n.13.

Reſtitutio non debetur ab eo, qui aliquid accepit pro faciẽdo opere debito ex charitate. Molin.[illegible]3. concluſ. 2.Auth.ib.q.[illegible].n.9.

Reſtitutio eſt faciẽda ab eo, qui pecuniam accepit pro patrãdo homicidio. Auth. ib.P.3. num.5.

Reſtitutio incertorum eſt faciẽda,vide ſupra verb. bona.

Reſtitutio iuxta, quem valorem eſt facienda,vid.ſup.verb.poſſeſſor.

Reſtitutio eſt facienda ei,cui res fuit ablata modo habeat Ius circa illam rem, & res à poſſeſſore fuerit bona fide accepta titulo gratuito,non oneroſo.Em.Sà verb.reſtitutio n. 15.quia aliter tunc eſt faciẽda ei,à quo accepit bona fide, & non domino.Tolet.lib.5.cap. 17.num.12. Auth. ib.q.4.p.2. num.1.

Reſtitutio rei bona fide acceptę eſt facienda in loco, vbi res habetur,tunc tẽporis,quo cognoſcitur eſſe res aliena creditoris expenſis.Vaſq.c.10.de reſtit.dub.2.num.40.Auth.ib. q.5.P.vni.n. 1. Sed rei iniuſtæ acceptæ,eſt facienda expenſis debitoris in loco, vbi dominus rẽ ſuam poſſeſſurus erat, ſi res illa ablata non fuiſſet. Caet.2.2.q.62.art.5. auth.ib. num. 4. ☙ quando reſtitutio conſurgit ex contracta, vel quaſi,celebrato in loco certo eſt facienda in eodem loco, in quo res accepta fuit. Vaſq. loc cit.num.41. Auth. ib.n.9.

Reſtitutio depoſiti gratis accepti eſt facienda in loco, vbi fuit acceptum,expenſis depoſitantis.Vaſq.loc.cit.num.43. auth.ib.num. 11. de comodato, & mutuo eſt facienda expẽſis cómodatarij, & mutuatarij.auth.ib.n.12.

Reſtitutio ſi differatur per vnam horam non peccat mortaliter.

ter.Leſſ.lib.2.cap.14. auth.ib. q.6.P.1.n.7.

Reſtitutio non eſt facienda cum periculo infamiæ, niſi obligatus ad reſtitutionem, fuerat alias infamatum. Auth. ib.q. vlt.p.1.num 14. nec cum notabili detrimento valetudinis. Molin.diſp.754. num. 2.auth. ib. num. 17. & differri poteſt ob impotentiam, vel neceſſitatem debitoris. *Azor.* 3. p. lib.4.cap.39.diffic.4. auth. ib. num.30.& 32. & qui in extrema neceſſitate accepit rem, quam in ipſa neceſſitate conſumpſit,non tenetur ad reſtit. Vaſq.cap.1.de elem.dub.8.n. 66.&poterit etiam differri ob ceſſionem bonorũ.l.2. C. qui bon. ced. poſſ. l. quæ bon.ff. eod.auth.ib. num. 36. vel ob damnum creditoris, niſi creditor cederet ſuo Iuri. auth. ib.num. 39. & habens iuſtam cauſam differendæ ſolutionis debiti,ex contractu iuſto non videtur obligãdus ad reſtitutionem danni, vel lucri ceſsãtis.Clau.reg.lib.10.tract. vnico num. 12. ſi verò differt ſolutionem ex delicto, tenetur ſoluere creditori lucrum ceſſans, & dannum emergens. Leſſ.lib.3.cap.16 dub.1.num. 32.auth.ib num. 40. Item differri poteſt de voluntate domini.Molin.d.754.auth.ib.p.2 num.8.& an ob compenſationem,vide ſupr.verb compenſatio; & ob præſcriptionem, legitimam non tenetur ad reſtitutionem.auth.ib. num. 29. non autem,quando creditor, vel debitor eſt excommunicatus, quia debitor tenetur. Vgol.d.2.q.2.p.6.§.2. nu. 15. auth.ib.n.3.

Reſtitutio fructuum eſt facienda à prætermittente officium diuinum.auth.tom.1.de hor.canon.d.1.q.5.P.2.n.1.

RESTITVTIO IN integrum.

Reſtitutio in integrum eſt beneficium, quo aliquæ perſonæ læſæ reſtituuntur à Iudice in priſtinum Ius,& ſtatum. Menoch.caſu 75.lib. 2. centur.1. & conceditur minoribus. l. 3. ff.de reſtit. in integr. interuenientibus ſex requiſitis. Primo, vt contractus ſit validus; Secundo, vt ex vi contractus ſit læſus. Tertio, vt læſio non ſit nimis modica, & exigua. Quarto, vt minor probet læſionem. Quinto,vt minor non adhibuerit iuramentum in cõtractu.Sexto, vt non ratificauerit contractum poſt pubertatem. Hinc minor habet reſtitutionem, quando donauit rem notabilem, abſque cauſa rationabili.Sanch.de matrim. lib.6.d.38.num. 41. ſic etiam,

quando in tranſactione, vẽditione, aut emptione læſus fuerit, aut aduertit hæreditatem dannoſam, vel mutuam pęcuniam acceperit, & illam perdiderit in ludo. Sãch. de matr. d. 38. nu. 34. vel quando amiſit rem ſuam vſucapione, vel pręſcriptione. l. 1. C. ſi aduerſ. vſuc. vel ſi fuerit minori facta ſolutio, abſque tutoris authoritate, & pecunia nõ extaret, vel conuerſa non eſſet, in vtilitatem minoris. auth. t. 2. de reſtit. d. 3. q. 1. p. vlt. d. n. 1. vſq; ad 9.

Reſtitutio in integrum competit minori cõtra tertium poſſeſſorem, & hæredes ledentis. *Azor.* 3. p. lib. 6. cap. 14. & cõpetit etiam hæredibus minoris. Azor. d. cap. 14. verſ dubiæ quæſtionis, & habet locum etiã in fructibus: Molin. diſp. 575. ſed quando minori à Iudice non conceditur reſtitutio, non eſt licita occulta cõpẽſatio. Sanch. lib. 6. de matr. d. 38. num. 32. auth. ib. d. n. 15. vſque ad 19.

Reſtitutio in integrum conceditur per quadriennium Eccleſiæ, & reipublicæ. l. reſpublica. C. ex quib. cauſ. cap. 1. & 2. de reſtit. in integr. & nomine Eccleſiæ veniunt hoſpitalia, monaſteria, & alia loca pia, non tamen perſonæ Eccleſiaſticæ, nã lęſę in locatione beneficij, non poſſunt petere reſtitutionem, & venit non ſolum reſpublica ſuprema, ſed etiam Ciuitas, Caſtrum, Oppidum, & vniuerſitas. Molin. d. 374. auth. ib. num. 21. 22. 23. & 24.

Reſtitutio in integrum competit etiam hominibus rudibus, mulieribus, militibus, & filijs familias, &c. Molin. d. 574. auth. ib. num. 25.

S

SACRAMENTA.

SAcramenta fuerunt inſtituta à Deo in ſignis, & rebus ſenſibilibus, ac materialibus, ea ratione, quia vnicuiq; prouidit rei, ſecundum modum naturę cuiuſque, ac etiam, quia cum homo conſtet anima, & corpore, non ſolum debet interius credere, verum etiã exterius fidem profiteri per Sacramẽta Suar. diſp. 1. ſect. 3. de ſacr. auth. to. 1. de Sacram. d. 1. q. 1. p. 1. num. 9. Et ſunt ſeptem, ſcilicet, baptiſmus, cõfirmatio Euchariſtia, pęnitentia, extrema vnctio, ordo, & matrimonium; Conc. Trid. ſeſſ 7 cap. 1. auth. ib. p. 2. num. 1. vnde Sacramentalia non ſunt Sacramenta propriè accepta; Snar. d. 15. ſect. 1. auth. ib. ſup p. 1. n. 3

Sacra-

Sacramētum eſt ſignum ſacrum, non ſolum ſignificans, verum etiam infallibiliter efficiens rem ſacram ſanctificātem homines. Sayr.de ſacram.lib.1. cap.2.ſect.2.Auth.ib.p. 1.n.1. & conſtat materia, & forma. S Thom.3.p.6.d.6.ar.3. auth. ib.de Sacram.d.1.q.2.p.1.n.3.

Sacramenta, & Sacramentalia ſunt materia ſimoniæ. auth.t. 1.de tractio var.q.4.num.5.& quando vide verb.ſimonia.

SACRIFICIVM.

Sacrificij nomine intelligitur actio ſacra, qua conficitur corpus Chriſti,quod Deo in miſſa offertur, & ideo miſſa eſt ſacrificium. Suar. d.72.ſect.2. Auth.tom.1.de ſacram.d.4.q. vlt.p.1.num.2.& partes eſsētiales ſacrificij ſunt,conſecratio, oblatio, & conſumptio. Suar.loc.cit.auth.ib.p.2.nu.1. & tres ſunt effectus ſacrificij. Primus eſt conferre gratiam, & remittere peccata. Secundus eſt impetrare nobis bona, quæ petimus.Tertius eſt ſatiſfacere pro peccatis. auth. ib. p.3.per tot.

Sacrificium miſſe non ſubſiſtit ſine conſecratione. Henriq. lib.9.cap.9.num.1.Auth.ib.p. 2,num.2.& remittit peccata venialia mediatè.Henriq. cap. 13.non tamen cōfert primam gratiam, & remiſſionem peccatorum per ſe,& immediatè, Mirand.in man. prælat.1.p.q. 41.art.8.concluſ.2.auth.ib.p. 3.nu. 3. Sed prodeſt omnibus fidelibus. Suar. d.79. ſect.9. verſ.2 auth.ib.p.4.num.8.non tamen æqualiter viuis, & defunctis. auth. ib.num.9.Sot.in 4.diſt.13.q.2. art.1. poteſt offerri pro infidelibus, & paganis, vt conuertantur. Eman. Sà verb.miſſa num.40. auth. ib.p.5.num. 4. prodeſt defunctis exiſtentibus in purgatorio.C.Trid.ſeſſ.22.cap.2.& 3. Auth.ib.num.6. non tamen beatis.Silu.verb.miſſa.qu.ſ.8. num.8.Auth.ib.nu.7. nec exiſtentibus in inferno. Bellarm. lib.1.cap.6. de miſſa. Auth.ib. nu.9. & incapaci applicatum, reponitur in theſauro Eccleſiæ.Cordub.lib. 1.q.3.auth.ib. num.12.nec prodeſt paruulis, ex hac vita, cum ſolo originali,decedentibus. Bellarm. loc. cit.Auth. ib. num.11.& factū à Sacerdote exiſtente in peccato mortali,prodeſt,&habet ſuum fructum, quatenus nomine Chriſti,&Eccleſiæ offertur,Nauarr. man. ca 25.num. 79.Auth.ib.p.6.num.3. & ſic celebrans,ſatisfacit pro ſtipēdio accepto.Suar.d.86.ſect.1. in fi Auth ib.nu.5.non tamen prodeſt ſacerdoti indignè celebranti. Suar. de cenſ.diſp.9. ſect.

ſect.4.num.8.auth.ib.n.6.

Sacrificium eſt applicãdum iuxta mentem tradentis ſtipem: auth.ib.d.4.q vlt.p.7.§.2. nu. 15. & applicans fructum ſatiſfationis defuncto, & reliquos fructus alteri, non ſatisfacit menti tradentis ſtipem. Mantic.de coniect. vlt. vol. lib 3. tit.19.num.1.& 2. Auth.ib.n. eo.

Sacrificium ob infirmitatem capellanus ommittens, tenetur ſupplere per alium, ſi in fũdatione, fuit habita ratio miſſæ celebrandæ. Silu.verb. miſſa quæſ 7.Eman.Sà d.verb.n.46. auth.ib.num.17.

Sacrificium applicatũ cuicunq; excommunicato in perſona Chriſti prodeſt, tum, quo ad impetrationem, tum quo ad ſatisfationem. Auth.ib.tom.1 de cenſur.d.2.q.2.p 1.§.n.4.

Reliqua huius materiæ, vide ſup. verb.miſſa.

SACRILEGIVM.

Sacrilegium eſt violatio rei ſacrę vt communiter DD. & tria ſunt genera rerum ſacrarum, quarum violatione committitur Sacrilegium, nempe perſona, locus, & res Deo dicata, quatenus res cõtra diſtinguitur à perſona.& loco.S.Tho. 2.2.q.99.art 33. auth.t.2.de legib.d.3.q.6.p.vnic.n.1.& 2.

Sacrilegium committitur, & excommunicatio incurritur effringendo, & ſpoliando Eccleſias.Sayr.lib.3.cap.29.num.14 Auth.ib.num.11. & quamuis Sacrilegium committatur, nõ tamen incurritur excommunicatio, ab eo, qui calices, veſtes, aliaque ſimilia furatur, aut ab eo, qui ſpoliat, & effrãgit Sacriſtiam diſiunctam ab Eccleſia, aut arcam in qua cõtinentur res Eccleſiæ, ſecus ſi Sacriſtia ſit iniuncta Eccleſiæ. Auth.ib.n.13.

Sacrilegium committitur per iniurioſam sãguinis, vel ſeminis in Eccleſia effuſionem. Auth. ib.num.15.& per extractionẽ perſonæ à loco ſacro, exceptis, homicida, proditore, latrone publico, & alijs, ſeruatis tamen conditionibus in bulla Greg.14. relata per auth. ib. d 3.q.7.p.1.in princip. contẽtis, & ordinatis.

Sacrilegium cõmittitur per furtum factum in Eccleſia quomodocunque. Nauarr.cap.6. num.4.auth.ſup. q.6 num.17. ſecus ſi exiſtens in Eccleſia habeat animum furandi; vel aliquem occidendi, modo nõ intendat delictum, ibi committere. Auth.ib.num. 18. & furans in Eccleſia, vel rem ſacrã quamuis intendat iniuriam non inferre Eccleſiæ, adhuc committit ſacrilegium. Sãch. oper.

oper.mor.lib, 1.cap.6. num.3. Auth.ib.d.2.q.4.p.1.n.10.

Sacrilegium eſt peccatum mortale ex ſuo genere, & eſt explicandum in confeſſione. auth.vbi ſup.t.2.de legib. d.3. q.6.p.vnic.n.19. & 20.

Sacrilegium commiᶜctit abutens verbis,& ſentẽtiis Sacræ ſcripturæ. Regin.lib. 19.num.57. item tangens imagines Sacras ex contemptu, vel eas indecorè pingens, vel irreuerẽter tractans,vel abutens vaſis, & veſtibus ſacris, vel abutens, aut inferens iniuriam ſacramentis. Auth.ib.num.5.6.7. & 8.

Sacrilegium committitur ab eo, qui copulam habet, vel deſiderat habere,cum moniali,& eſt ſacrilegium, quando quis exercet aliquem actum luxuriæ circa rem ſacram,& eſt ẽt ſacrilegium habere copulã in loco ſacro, abſq; neceſſitate matrimonij.Silu. verb debitũ num.5. non tamen committitur à concupiſcente fœminam exiſtentem in Eccleſia. Azor. 3.p.lib.3.cap 27.q.15.& idem de verbis turpibus, inſpectionibus inhoneſtis, tactibus impudicis factis in Eccleſijs,abſque periculo pollutionis,nam non habent ſpecialem malitiã ſacrilegij mortalis. Sanch. to. 1.de relig.lib.3.cap. 7.nec habere copulam in Eccleſia, authoritate Epiſcopi deſtructa, eſt Sacrilegium, & ad affectũ hunc,illud ſpatium dicitur locus ſacer, quod ſpectat ad interius corpus Eccleſię à tecto inferiore, vſque ad pauimentum,hinc non dicitur ſacrilegium, quãdo copula habetur ſupra tectum Eccleſiæ, aut ibi aliquis occiditur, nec quando habetur extra parietes Eccleſiæ modo non ſit murus cemiterij,vel in aliquo loco ſubterranæ Eccleſiæ, dummodo non ſit ſepultura, nec in campanili, in ſacriſtia, & cameris adherentibus Eccleſiæ. contrarium eſt in choro, & cappellis ſpectãtibus ad interius Eccleſiæ corpus, nec dicitur ſacrilegium in porta Eccleſiæ, extra limen, nec in Eccleſia diruta,ſecus autem in cappella de nouo addita Eccleſiæ. Graff.lib.1.cap.48.Suar.tom. 1.de relig.lib.3.cap.8. num.7. auth.tom.1.de magn.matrim. Sacram.q.4.p.vlt.à n. 1.vſque ad 18.

Sacrilegium duplex cõmittitur ab eo, qui habens votum caſtitatis ſimplex, & ſollemne, cõmittit aliquod luxuriæ peccatum. Azor.3.p.lib.3.cap.27. q.10 Auth.ib.num.30.contra Sanch.

Sacrilegium committitur, vt dixi in perſonis, locis, & rebus ſacris;Nomine enim perſona-

rum

præcepti ieiunare, niſi aliter conſtet de mente Confeſſarij. Nauarr. cap. 1. de pœnit. d. 6. num. 44. Auth. ib. n. 12.

Satisfactio pro peccatis occultis, non eſt iniungenda publica, iuxta decretum S. C. ſeſſ. 14 cap. 18. Eman. Sà verb. ſatisfactio num. 12. Auth. ib. num. 14. pro peccatis vero publicis eſt iniungenda pœnitentia publica. Sot. d. 19. q. 2. art. 5. & ib. & ideò confeſſarius poteſt, & tenetur iuxta ſuum prudens arbitrium iniungere pęnitentiā conſiderata peccatorum grauitate, & qualitate pęnitentis. Conc d. cap. 8. & magis contrito leuiorem imponere, & fragili, iuxta ipſius fragilitatē, & conditionem; & tempore iubilei, & indulgentiarum mitiorem præſcribere. caueat tamen confeſſarius, ne pro grauiſſimis peccatis leuiſſimas iniungat pęnitentias. Auth. ib. num. 15. & confeſſarius, qui valdè modicam imponit pęnitentiam ob peccata mortalia, debet, per ſe loquendo certiorem facere penitentem ſe propter ipſius fragilitatem, multo leuiorem ſatisfactionē imponere, quam ipſius peccata merentur. Nauarr. cap. 26. num. 20. Auth. ib. num. 17. vbi id limitat. Primo, quando cōfeſſarius ſperat admonitionē profuturam, & ſecundo, niſi credat pęnitentem ſatisfacturum; & ſemper, dicit in prax. eſſe receptum, vt mitior pęnitentia iniungatur, ne pęnitens grauitate pęnæ terreatur, ſed potius leuitate pęnitentiæ alliciatur ad Sacramentū. Vaſq. art. 2. n. 14.

Satisfactio imponi poteſt, tam ante, quam poſt abſolutionē ſacramentalem. Nauarr. c. 26. num. 10. Auth. ib. num. 19. non tamen poteſt obligare pęnitentem ad pęnitentiam adimplendam ante abſolutionem, (per ſe loquendo) ſi pęnitentia conſideretur, vt eſt compenſatio pro pęna temporali; ſi verò cōſideretur, vti medicina, poterit obligare, quoties iudicauerit expedire. Suar d. 38. ſect. 7. num. 7. Auth. ib. nu. 20. & ſatisfactio non dicitur adimpleta ante abſolutionem Suar. d. 38. ſect. 2. n. 5. auth. nu. 21.

Satisfactio ex iuſta, & rationabili cauſa poteſt in confeſſione diminui, aut commutari ab eodem, vel ab alio cōfeſſario, ſuperiori, vel æquali, vel etiam inferiori. Suar. d. diſp. 38 ſect. 10. Auth. ib. de Sacram. d 5. q. 5. ſect. 3. p. 3 num. 1. & impoſita pro reſeruatis à quolibet confeſſario commutari, etiam poteſt. contr. Nauarr. cap. 26. nu. 22 Eman. Sà verb. ſatisfactio num 5. & alij. Auth ib. n. 6

non tamen poterit extra confeſſionem commutari. Silu. verb.confeſſio quæſ.27. auth. ib.n.7. nec ab ipſo pęnitente commutari.Regin.lib.7.num. 85.Auth.ib.num.12.

Satisfactio eſt adimplenda poſt acceptationem per penitentem. Suar. d.38.ſect.7.num.2. Auth.ib.p.4.num.1.& ſatisfactio debet acceptari, nō enim recuſari poteſt, dum eſt tolerabilis,ſi vero grauis,aliquando recuſari poteſt à pęnitente.Regin.lib.7.num.37.Auth. ib.num. 2.& 3. vbi pęnitens, abſque peccato,dicere poteſt ante acceptatam abſolutionē ſi nolit confeſſarius pęnitentiam moderare, ſe velle alteri ſacerdoti confeſſionem facere.Auth.ib.num.3. & obtinēs commutationem, poteſt primam ſatisfactionem adimplere.Suar.d.38.ſect.10.colum.3. in fin.de pęnit.Auth.ib. p.3.n. 13.

Satisfactio grauis, nō poteſt ſub veniali iniungi.Zerol. in prax. cap.23.quæſ.8.Auth.ib p.4.n. 4.& duobus modis iniungitur Primo, in ſatisfactionem peccatorū pro pęna peccatis debita. Secundo, in medicinam, remedium,& præſeruationem à peccatis.Auth.ib.d.5.q.5.p. 4.n.9.tom.1.

Satisfactio iniuncta à Confeſſore nō poteſt per aliū m adimplere,ſed per ipſummet pęnitentē,niſi aliud,confeſſor expreſſerit. Caet.verb. ſatisfactio.n. 2 Auth.ib.num.11.etiam ſi illam nequeat per ipſum adimplere. Viuald.de ſatisf.num.12. Auth.ib.nu. 12. ſed de conſenſu confeſſarij ſufficit ad ſatisfaciendum præcepto ipſius,non verò ad ſatisfaciēdum ex opere operato.Viuald.n.13. ib.n. 14.

Satisfactio eſt adimplēda in ſtatu gratiæ,vnde ſi eam in ſtatu peccati adimpleat,peccat venialiter Viuald.n.12.quamuis ſatisfaciat. Eman. Sà verb.ſatisfactio num.7. Tolet. lib.3. cap.9.Auth.ib. num.15.& ſatisfactio facta in peccato mortali,non prodeſt ad remittendam pęnam durante peccati mortalis ſtatu.Nauarr. d.6.de pęnit.cap.1.num.46. ib. num. 16.ſed ſortitur effectum,& prodeſt ad remiſſionem pęnæ, ſublato obice.i.peccato mortali.Eman.Sà.num.7.Auth. ib.n. 17.& differt ſatisfactio facta in peccato mortali , ab alijs bonis operibus factis in peccato mortali; viuū enim opus eſt ſatisfactio ſic facta, quodammodo mortificatum ob indiſpoſitionem pęnitentis, ſed reliqua opera bona dicuntur mortua,& non reuiuiſcunt,& ſicut opera mortificata reuiuiſcunt adueniente gratia,ita

&

& ſatisfactio ſublato obice. Vaſq.q.94.art.1. dub. 4.num. 10.Auth.ib.n.18.

Satisfactionem grauem acceptatam non adimplens, peccat mortaliter,ſecus verò in leui. Zerol.in prax cap. 32.quæſ.1. ſiue fuerit iniuncta pro mortalibus,ſiue venialibus peccatis.Auth.ib.p.4.n.4.

Satisfactionis immemor, tenetur iterum confiteri, niſi aduertat ſe per aliud pium opus ſatisfeciſſe, vel obtineat eius commutatione.S.Anton.3.p. tit 14.cap 19.num. 19. Silu. verb. confeſſio primo quæſ.3. Auth.ib.d.5.q.5.p.3.num. 10.

SCANDALVM.

Scandalum aliud eſt actiuum; & eſt dictum, vel factum inordinatum dans proximo ſufficiētem cauſam ruinæ, aliud eſt paſſiuum,& eſt peccatū,quod committitur ex ſola malitia peccantis abrepta occaſione peccandi ab aliquo noſtro facto, non habente vim præbendi talem occaſionem, & dicitur alio modo ſcandalum fariſeorum, ſiue per accidens. Sanch.oper.mor. lib. 1.cap.6. num.1.

Scandalum autem actiuum, vel eſt ſpeciale,& eſt peccatum ad quod, quis alium inducit intendens ipſius ſpirituale dānum. Vaſq.p.2. d.102.cap.4. vel eſt generale, & eſt peccatum, ad quod aliquis alterum inducit,ſeu præbet occaſionē, ſed non intendit ruinam ſpiritualem. Auth.t.2.de legib.d. 2.q.4.p.2.§.vnic.à. n.1.vſque ad.6.

Scandalum eſt exprimendum in confeſſione. Sanch. in.Summ. lib 1.cap.6.nu. 8.Silueſt.verb. ſcandalum.quæſ.2. Auth.to.1. de Sacram.d.5.q.5.ſect.1.§.3. difficul.3.p.2 n.21.

SCHISMA.

Schiſma eſt voluntaria, & pertinax ſubtractio, & ſeparatio ab obedientia vniuerſalis Eccleſiæ, vel Summi Pontificis, & eſt mortale grauiſſimum ex ſuo genere.Valent.2.2.d.3 q.15.p.1.propoſ 2. ſed vnam tantum malitiam habet. Regin.lib.17.num.111.S.Thom. 2.2.q.39.art.1. Auth.t.2.de legib.d.3.q.4.p vlt.§.1.n.1.3. & 5.

Schiſmaticus non dicitur, qui ſe ſubtrahit ab obediētia ſui prælati; nec ciuis, qui Principem ſuum denegat. Regin.lib.17. num.112.Auth.ib.num.2. Et recedens ab obedientem Epiſcopi,vel particularis Eccleſię ſeu dioceſis, non eſt propriè Schiſmaticus. Vgolin.de cenſur.Pap.reſer.2.p.2.p.1. nu.3.

nec is, qui per peccatū mortale ſeparatur ab vnione charitatis, qua Chriſti fideles vinculo charitatis inter ſe cum Deo connectuntur, nec cenſetur propriè Schiſmaticus, qui per excommunicationem arcetur à communi fidelium cætu, nec qui ob offenſam, quam à Summo Pontifice paſſus eſt, non vult ipſius pręceptis morem gerere, nec qui rem à Summo Pontifice pręſcriptam nolit adimplere, nec qui ſubtrahit ſe ab obedientia illius, quem probabiliter putat non eſſe legitimum Papa. Auth ib.n.2.& ſeqq.

Schiſmatici abſolui poſſunt, ab habentibus poteſtatem abſoluendi à cenſuris Bullæ Cænæ. Auth.ib.n.6.

Schiſmatici, multis pęnis afficiūtur. Prima eſt, priuationis Eccleſiaſticę poteſtatis. S Thom. 2.2.q.38.art.3. Auth.ib.num.7. Secunda eſt excommunicationis. Auth.ib.num.9. Tertia eſt inhabilitatis ad beneficia in futurum conſequenda. cap. quia diligentia. de elect. auth. ib.nu.10. non tamen amittunt ipſo facto beneficium, ante ſchiſma, poſſeſſum, ſi non habent annexum hæreſis crimē. ib.n. 11. nec ſunt irregulares, niſi ſint notorij. Suar. de cenſ. tom.1.d.43.ſect.2.n.7.ib.n.12

SCRVPVLVS.

Scrupulus eſt, quædam ſuſpitio leuis, orta ex leuibus fundamentis, & rationibus. Auth.t. 2.de legib.d.2.q.4.p.6. n.3.

Scrupuloſus dicitur ille, qui dubitat ex leuibus indicijs, ſeu fundamentis. Auth.ib.p 8.n.1 & ſcrupulus naſcitur. Primo, ex malanconia. Secundo, ex ignorantia. Tertio, ex diaboli ſuggeſtione. Quarto, ex nimia maceratione corporis, quia ita cerebrum exiccant, vt mētem conturbent. Quinto, ex frequenti conſuetudine, ſeù familiaritate cum ſcrupuloſis. Sexto, ex ſuperbia. S. Anton.p. 1.tit.3.cap.10.§.10. Auth. ib. n.2.p.8.

Scrupulus multis modis tollitur. Primo, quando ſcrupulus oritur ex cauſa naturali, auferendo dictam cauſam. Secundo, quādo ad Deum per proprias & alienas preces, cum deuotione recurritur. Tertio, quādo dubia ſcrupuloſi explicantur in meliorem partem. Quarto, quando confeſſarius conſulit pœnitenti, ne cōfiteatur peccata, quæ dubitat eſſe mortalia. Quinto, quando confeſſarius præcipit, ne credat eſſe aliquod mortale, niſi ei omnino conſtet. Eman. Sa verb. cōfeſſio num.42. Sexto, quando ſcru-

ſcrupuloſus ſtat dicto confeſſarij Eman.Sà verb. dubium num.4.Septimo,quando ſcrupuloſus facit contra ſcrupulos, vt illis occaſionem eripiat.Auth ib.de legib.d.2.q.4 p.8.n.3.& ſeq.

SEPVLTVRA Eccleſiaſtica.

Sepultura Eccleſiaſtica dicitur locus ſacer in Eccleſia,vel cæmeterio,vel alio quocunque loco ſacro ad ſepulturam, vel alia diuina officia per agenda deſtinatus,authoritate Epiſcopi,vel ex conſuetudine.ca.fin. de conſecrat. Eccleſ. Suar.d. 12.ſect.4.num.3. Auth. t.1.de cenſur.d.2.q.2.p.3.§.3.nu.3.

Sepultura Eccleſiaſtica,an priuetur excommunicatus,vid.ſup. verb.excommunicatus, & an tempore interdicti, vid. ſupra verb.interdictum.

Sepultura ratione terræ in qua fundatur, ſeu Ius ſepulturæ, vendi poteſt.Azor.3.p.lib 12. cap.17.quæſ. 2. Auth.to.1.de tract.var.q.4.§.6.n.1.

SIGILLVM Confeſsionis.

SigillumConfeſſionis eſt obligatio, qua confeſſarius tenetur ea reticere, quæ ſibi per confeſsionem manifeſtata fuerũt. Auth.t.1.de ſacram. d. 5.q.6. ſect.5.p.1.in præmiſſ.& eſt ſeruandum iure naturæ,diuino,& humano. Nauarr. cap. ſacerdos de pœnit.d.6.n.33. auth. ib.p.1.n.1.2.& 3.

Sigillum violans duo peccata ſaltim committit,ſcilicet contra iuſtitiam, vnde tenetur ad reſtitutionem danni; & cõtra religionem,peccato ſacrilegij facit enim iniuriam ſacramẽto pœnitentiæ.Auth. ib.num. 4. nec excuſatur ob paruitatem materiæ. Suar.d.33.ſect. 1.num.12.Auth.ib.num.5.nec ob metum mortis.Suar.d.33. ſect.1.num.7.& 11. Auth.ib. p.4.num.58. nec vt Eccleſia reconcilietur. Silu.verb.confeſsio 3.quæſ.41. Auth. ib.nu. 23.

Sigillum non obligat, quando; quis manifeſtat ſua peccata laico.Graff.1. p.lib. 1.cap.23. num 45. Auth.ib.p.2.num.2. nec obligat, quando, quis ad ipſum acceſsit, non vt confiteretur, ſed vt ipsũ pertraheret ad peccatum.Nauarr.cap. 8.num.18.Auth.ib.num.5.nõ tamen poteſt reuelare, quæ in confeſsione audiuit, ſi pęnitentem ob aliquem defectum non abſoluerit,nam illa audiuit per ordinem ad confeſſionem.Graff.loc.cit.num. 3.ib. num.6.& obligat etiam ad reticenda venialia, quamuis publica.Nauarr.cap. 8. num.10.

auth.

auth.ib.num.9. & obligat ad ad reticendas circumſtantias, non tamen virtutes, & alia bona opera.Zerol.in prax.ca. 25.quæſ.10.Auth.ib.num.10. & obligat eos,quamuis laicos vtriuſque ſexus, qui noſcunt aliquod occaſione cōfeſſionis & tam confeſſorem,vt ſupra, quam penitentem ad celanda obligat, quæ dicta ſunt à confeſſario,ex quibus aliqua infamia ei oriatur,dummodo non ſit ſollicitans Zerol. de pęnit. cap.20. Auth.ib.p.3.per tot. obligat recipientes chartam, in qua peccata continentur. Nauarr.cap.18.num.24.ib.

Sigillum non violatur à manifeſtante peccata de licentia pęnitentis.Graff.num.45. Auth. ib.p.4.num.8.nec à penitente manifeſtante audita in confeſſione. Auth.ib.p 3.num.2.nec à confeſſario loquente de auditis in confeſſione , abſque manifeſtatione perſonæ, & ſine periculo, vt audientes veniant in cognitionē. auth. ib. p.4.num.1.nec violat, dicēdo in tali loco adeſſe fures,& improbos.Henriq. lib.6.cap.21. num.6.Auth.ib.nu.3 nec violatur,quando confeſſarius, dicit nondum abſolui Titium, dummodo audientibus nullo modo poſſit oriri ſuſpicio de aliquo defectu Titii.Caet.ver. confeſſori neceſſaria.Auth.ib. num.6. nec loquendo in confeſſione de auditis ab eodem pęnitente in alia confeſsione.Suar.tom.4.diſp.33.ſect.1. ib.num.8.

Sigillum violatur à confeſſarijs inter ſe loquentes de peccatis eiuſdem pęnitentis, ſibi ipſis confeſsi.Suar.to.4.d.33.ſect.1 Auth.ib.nu.24. vel ab eo,qui faciem aſperiorem pęnitenti poſt confeſsionem oſtendit. Auth.ib.num.17.

SIMONIA.

Simonia originem traxit à Simone Mago,qui Dei donum, ſeù Spiritum ſanctum emere volebat,vt illum venderet.S.Th. 2,2.q.100.art.1. & eſt ſacrilegium conſiſtens in ſtudioſa voluntate emendi, aut vendendi,ſeù commutandi, rem ſacram, ſeu ſpiritualem , vel ſpirituali annexam, pro temporali.Auth.t.1. de tract.var. d.1.q.1.p.1.n.1.& 2.

Simonia non inducitur ſpe lucri, precibus,vel amore humano, niſi pactum ineatur.auth.ib.n. 4. nec inducitur intentione decipiēdi in eo, qui pęcuniam promictit animo non verè emendi.ib.num.5. Caet. tom. 2.opuſc. tract. 9. q.2.nec ex permutatione rei ſpiritualis, cum alia ſimili. ib.num.6.nec dare beneficium cōſanguineo

pro-

propter conſanguinitatem. Couarr. *1*. var.cap.*5*.num.4. auth.ib.num.*7*. nec per collationem beneficij in gratiam alterius.Molfeſ.tract.*6*.ca.15. num.5.*60*.& *63*.ib.num.*9*.nec tradendo, vel accipiendo aliquid gratis occaſione rei ſpiritualis,& titulo gratitudinis. Caet.verb.ſimon.*5*.Suar.lib.*4* cap *45*.num.4.Auth.ib.p.1.n. 2.in fin.& q.*5*.p.1.num.*1*.nec tradendo beneficium, ſeu aliquid ſpirituale intentione adimplendi ſuam obligationem, quam quis contraxit ob acceptionem rei temporalis. Nauarr.ca.23.n.*106*. auth. etiam ſi ab ei cui temporale tradit, petat gratitudinem, vel recognitionem ſuæ obligationis. auth.ib.num. 8. vel tradendo pęcuniam ſubornanti electores, vt tradentem non eligant Suar.cap.50.num.*25*.auth.ib. d.1.q.*6*.p.5.nu. *8*. nec tradendo pęcuniam illi, qui per vim impedit concurſum in beneficio. Auth. ib. num.7. nec dum aliquid traditur, vel recipitur pro ſubſtentatione ingredientis religionem , licet Doctores nonnulli cõtrarium ſentiat.Silu. verb. ſimonia nu. 15.Mirand.in man.præl.verb. ſimonia num. *15*. auth.ib.q.7. §.4.num.4. nec eſt ſimonia recipere pęcuniam pro matrimonio,non vt matrimonium, ſed vt contractus ciuilis.auth. ib.q.2.p.1.n.2.

Simonia non committitur tradendo pęcuniam , vel aliam rem temporalẽ ad redimendã iniuſtam vexationem,vel vitã, ſecus verò ſi vexatio eſſet iniuſta.Auth.ib.q.*6*.p.5. n.1.& *7*.

Simonia eſt triplex,mentalis,cõuenctionalis,& realis, mentalis dupliciter accipitur,Primo pro nudo propoſito, ſeu deſiderio committendi ſimoniam & hæc ſola mente concipitur. Conuenctionalis conſiſtit in pacto , ſeu conuenctione expreſſa,vel tacita dandi,vel recipiendi temporale pro ſpirituale. Realis eſt illa, qua res temporalis traditur, vel accipitur pro ſpirituali.auth.ib.d. *1*.q.2.n.1.& ſeqq.

Simonia realis poteſt dici dupliciter,nempe completa, & incompleta; ſimonia realis incompleta committitur, dum ex vna tantum parte adimpletur , vt ſi res ſpiritualis tradatur,cum pacto rei temporalis recipiende,cõpleta verò cenſetur,dum vtrinque ad actum traditionis peruenitur. auth. ib.d.1.q.2.n. *5*.

Simonia confidentialis reduci poteſt aliquando ad mẽtalem, quando, quis reſignat beneficium intentione obligandi alterum , ſed ei non manifeſtat ſuam intentionem , quamuis

hæc

hæc non eſt propriè confidentialis; aliquãdo ad conuẽctionalem, dum pactum initur de reſignando, vel conferendo, præſentando, vel inſtituendo, cum pacto, vt beneficium ſibi, vel alteri reſtituatur. Aliquãdo ad realem, dum beneficiũ re ipſa renunciatur, vel confertur cum pacto, vt ſibi, vel alteri reſtituatur. Auth. ib. n. 6

Simonia mentalis non committitur niſi intendatur temporale, tanquam pretium rei ſpiritualis, vel ſpirituale, tãquam pretium rei temporalis. Sot. lib. 9. de iuſt. q. 2. artic. 2. verſ. poſtremum. Auth. ib. n. 9 verſ. ſecunda ſententia.

Simonia eſt peccatum mortale ex ſuo genere contra religionem. Auth. ib. q. 3. nu. 11. nec poteſt eſſe veniale ex paruitate materiæ. Suar. tom. 1. de relig. lib. 4. cap. 2. num. 3. ib. nu. 13.

Simonia confidentialis committitur etiam, dum conferens, præſentans, aut eligens ad beneficium confidit, quod beneficiarius reſignabit illum iuxta ſuam volũtatem, aut fructus, vel eorum partem ſibi, vel alteri tradet, etiã ſi electio fiat de digno. Auth. ib d. 1. q. 7. p. 1 §. 1. n. 7.

Simonia confidentialis inducit excommunicationem ſtatim, ac penſio, vel beneficium ſub ſpe, & confidentia receptum fuit. Auth. ib num. 8. & inducit excommunicationem ſtatim poſt receptionem beneficij, etiam ſi nondum capta ſit pacifica beneficij poſſeſſio. ib. n. 9.

Simonia confidentialis eſt prohibita ſub pœna excommunicationis Papæ reſeruatæ, tam in beneficijs, quàm in penſionibus ex Conſtit. Pij IV. auth. ib. n. 10.

Simonia confidentialis eſt ſacrilegium conſiſtens in raſignatione, collatione, electione, vel preſentatione hoc animo, vt beneficium, vel fructus in totum, vel in partem reſtituãtur ipſimet reſignanti conferenti, vel præſentanti, aut alteri iux. ipſius electionem. auth. ib. d. 1. q. 7. p. 1. § 1. n. 1.

Simonia non inducit ſuſpenſionem, niſi ſit completa. auth. ib. §. 6. num. 4. & licet occulta, irritam reddit beneficij acquiſitionem. Suar. cap. 5. 7. nu. 24. Auth. ib. q. 7. p. 2. nu. 14. etiam ſi ſit Iuris Canonici, idem. Suar. num. 42. ib num. 15. non tamen inducit priuationem beneficiorum, ritè obtentorũ ante ſimoniam. Suar. cap. 58. num. 7. Auth. ib. d. 7. p. 2 difficul. 1. num. 2. ſed commiſſa in actu prouiſionis beneficij irritat ſubſequentes actus ordinatos ad conſequendum benefi-

neficium. Auth.ib.num.3. Simonia in poſteriori beneficio commiſſa non priuat fructibus prioris beneficij ritè obtenti, niſi poſt ſententiam iudicis, & in caſu ſimoniæ confidentialis, vel ſimoniæ commiſſe in electione Papæ, vel ab examinatoribus beneficiorũ in Sinodo conſtitutis.

Simonia in ordine, vel beneficio, non inducit excommunicationem, effectu non ſequuto. Caſlad.deciſ.5. de conſtit. Auth. ib. q.7.p.1.§.2.num.7. & abſoluitur ſimoniacus à Summo Pontifice tantum, ab excommunicatione cõtracta in ſimoniaca collatione, ſeu receptione ordinis.

Simonia eſt, conferre beneficium debitori, vt ſibi debitum ſoluat. Suar. de ſim.cap.37.um. 28. Auth.ib.d.1.q.1.p.1.n.10. & incurrit illam, conferens beneficium filio Iudicis, cum pacto abſoluẽdi reum, vel pęnam mitigãdi. Suar.lib.4.cap. 37.num.19. auth.ib.num.11. item remictens debitũ Eccleſiæ, vt beneficium obtineat. auth.ib.§.1.num.4. Suar.cap. 38.num. 5. Item præſentans ad beneficium, ſi præſentatus promictat ſe non exacturum decimas. Nauarr. man.cap.27 num.158. ib. num.6. aut conferens beneficium ſub conditione pœcuniæ, ſibi mutuandæ. Nauarr.conſ 23.de ſimon. ib.nu. 8. & commictitur promictendo, vel dando temporale alicui, vt opus ſpirituale præſtet.auth.ib.q.4.§.7 n.1.

Simoniacus non recipit validè fructus, extrauag.2. de ſimon. auth.ib.d.1.q.7.p.1.§.6. n.12. verſ.obiiciens ſecundo.

Simoniacus ſcienter recipiẽs ordines, incurrit ſuſpenſionem, quãuis ſit occultus c.per tuas de ſimon.& extrauag.7.Pii II. de ſimon.auth.t. 1.de cenſur. d.3.p.5.§.1.num.9. & conferens, adhuc eſt ſuſpenſus per triennium à collatione ordinum.cap.ſi quis Epiſcopi 1.q. 1.auth.ib.§.2.num.15.

Simoniacus non eſt irregularis. Suar.d.43.ſect.4.n.5. auth. ib. d.7.q.3.p.4.n.19.

SOCIETAS.

Societas eſt conuenctio duorum vel plurium conferentium ſuam pęcuniam, vel induſtriã, vel laborem, vel aliam rem pretio æſtimabilem, ad lucrũ commune.l.1.ff.pro ſoc.auth. t.1.de reſtit. & contract.d.3. q.6.p.1.nu.1. & requirit quinque conditiones; prima eſt, vt fundetur in negotiatione licita l.nec permictendum. ff.pro ſoc. Secunda, vt ſinguli aliquid conferant in commune; Tertia, vt ſeruetur ęqualitas. quar

ta, vt ſpes, ſiuè pęcunia, quam ſocius in commune confert, ſubiaceat periculo conferentis. Quinta, vt ſeruentur pacta auth. ib. n. 2.

Societas contrahi poteſt ab iis, qui facultatem habent diſponendi ad ſuum libitum de rebus, quæ conferuntur ad ſocietatem. Hinc inter patrem, & filium iniri poteſt ſocietas de bonis caſtrẽſibus, vel quaſi, ſecus de profectitiis, aut aduentitiis. auth. ib. p 2. n. 1. 2. & 3. & inter fratres. Cephal. cõſ. 775. ib. num. 6. non tamen à pupillo, vel minore, cum fratre, vel alio, abſq; tutoris authoritate. Tuſc. §. ſocietas: to. 7. concluſ. 281. num. 11. & 12. ib. num. 5. nec à Religioſo. ib. num. 7. nec à carentibus vſu rationis. l. ſocietates. §. vlt. ff. pro ſoc. nec à medico, cum infirmo, durante infirmitate. l. medicus. ff. de var. & extraor. crim. vel aduocato reſpectu cliẽtis l. quiſquis. C. de poſtul. nec à tutore, vel curatore reſpectu pupilli, vel minoris. l. ſi in emptione. §. fin. ff. de contrah. empt. auth. ib. p. 2. num. 8 & 9.

Societas finitur, primò finito tẽpore ad ſocietatem conſtituto, aut finita negotiatione. l. actione. §. item ſi alicuius. ff. pro ſoc. Secundo, per renunciationem. Tuſc. concluſ. 306. tom. 7. Tertio, morte alterius ſocij. l. verum. §. fin. ff. pro ſoc. Quarto, ægeſtate alterius ſocii. l. actiones. ff. pro ſoc. auth. ib. d. 3. q. 6. p. vlt. per tot.

Societas, quando finitur lucrum illud diuidendum eſt, quod ſupereſt, deductis expenſis, & danno, vt habetur in l. mutui. ff. pro ſoc. auth. ib. p. 3. num. 1. & eſt facienda diuiſio ad æqualitatem, habita ratione illius, quod quiſque contulit in ſocietatem. Menocch. conſ. 222 lib. 3. ib. num. 3. & habenda eſt ratio periculi, & quantitatis pęcuniæ in diuiſione facienda. Molin. d 476. num. 4. ib. num. 5 & cum eo, qui non poſuit totam pęcuniam, quam promiſit, eſt facienda pro rata pęcunię poſitę. l. ſtipulationes verſ. celſus. ff. de verb. oblig. ib. nu. 6. & quãdiù durat ſocietas, non poteſt extrahi lucrum. l. mutius ff. pro ſoc. ib. num. 7. & quando finitur; pęcunia non diuidenda, ſed tradẽda eſt illi, qui eam appoſuit, niſi aliter conuentum ſit. Nauarr. cap. 17. num. 253. auth. ib. n. 9.

Societas, quando inhita eſt, damna cõmunia eſſe debent, modo non eueniant ex leui culpa ſoc i. Ang. verb. ſocietas. 1. n. 15. auth. ib. p. 4 n. 1.

Societas animalium cõtrahi poteſt, vt lucrum ex eis proueniens, cõmune fiat. Silu. verb.

ſocie-

ſocietas.2.quæſ.4.auth.ib.p.5 num. 1. ſed requiritur primo, vt vnus quiſque ſociorum aliquid conferat in ſocietatem. Secundo, vt ſeruetur æqualitas, & Tertio, vt animalia ſtent periculo apponentis.ib. nu.2.Et ideo eſt illicita, ſi fiat, cum hac cōditione, vt paſtor illa paſcat,& cuſtodiat,& animalia ſemper ſeruentur in eodem numero, & in fine anni diuidantur fetus, completo numero animalium mortuorum.Silueſt.loc.cit.num. 9.ib. num.3. & quando traduntur oues æſtimatæ ſimpliciter, vel eo pacto, vt ſi caſu pereant ſocius teneatur reſtituere p̄tium,vel alias oues; ſi ſimpliciter,non cenſetur iniri contractus venditionis. Molin. de comod.trac.2.d.295.ſecus verò ſi quis æſtimatas pacto prędicto eas vendiderit, quia pręſumitur inhiſſe cōtractum venditionis.auth.ib.n.6.

SODOMIA.

Sodomia propriè accepta eſt coitus inter perſonas eiuſdem ſexus.Caet.2.2.q.154.art.2.& eſt peccatum turpiſſimum, & grauiſſimum,ſed maſculus cognoſcendo fęminā extra vas naturale, non dicitur committere Sodomiam, ſed peccatū diſtinctè ſpeciei. Gomez.in l. auri 80.num.33.auth.t. 1.de magn.matrim.Sacram. q.4.p. 11.n.1.& 2.

Sodomia aliquando eſt caſus reſeruatus. auth. ib. num.4.ſed quando maſculus abutitur fęmina nō intelligitur caſus reſeruatus.ib.nu.5.quia non eſt verè ſodomia.

Sodomita clericus exercens Sodomiam priuatur omni priuilegio clericali,extat Pij V.extrauagans, quam refert Nauarr.cap.27.num. 249. auth. ib.num 2. non tamen incurrit hanc penam, qui bis, vel ter, hoc deteſtabile crimen exercetur,idem Nauarr.d. cap.27. num.250. Auth.ib.nu.2.verſ. aduertēdum eſt. & peccatum ad incurrendas pęnas prædictas,debet eſſe conſumatum. Rodriq.1.p.cap.209. auth.ib. verſ.aduertendum eſt ſecūdo.

Sodomiam committens cum Sacerdote,vel habente votum caſtitatis, vel cum affine, aut conſanguineo in primo, vel ſecundo gradu,vel coniugato, committit nouum peccatum. Azor.3.p.lib.3.cap. 18. Auth. ib.num.6. & tenetur explicare talem perſonam in confeſſione.ib.num. 7. non tamen ſi ſit cognata cognatione legali,vel ſpirituali.& in linea aſcēdenti,vel deſcendenti in quocunque gradu eſplicanda eſt circumſtantia conſanguinitatis. ib.num.8. ſecus vero in

tranſuerſali, vt ſup. nec erit explicandum ſodomiam commiſſa fuiſſe, cum virgine. ib num.9.

SOLLICITATIO.

Sollicitatio eſt prouocatio, ſeu inuitatio ad turpia, & inhoneſta. Roder. à Chuna in trac. de ſollicit. q 1. à num. 1. vſque ad 17. Gipt. in tract. de caſibus reſeru. cap. 14. num. 5. auth. ib. to. 1. de tract. var. d. 6. p. 3. n. 2.

Sollicitatio in confeſſione eſt ſacrilegiũ, ex Bulla Pij IV. Paul. V. & Gregor. XV. ib. num 1. & debet eſſe facta à confeſſario Sacerdote, vt vrgeat præceptum illam denunçiandi. ib. n. 8.

Sollicitans in confeſſione grauibus pęnis eſt afficiendus iuxta qualitatem criminis, vt habetur in d. Bulla Gregor. Auth. ib. num. 22. & huius modi pęnæ infligendæ ſunt ab ordinarijs locorũ, vel inquiſitoribus. Roderic. de luna. q. 2. auth. ib. num. 23.

Sollicitatio poteſt probari per teſtes ſingulares. Suar. de pęnit. d. 33. ſect. 8. num. 3. Auth. ib. num. 25. vid. verb. denunciatio.

SOMNIA.

Somnia aliquando proficiſcũtur ab internis humoribus, motũ aliquem in phantaſia cauſantibus, aliquando à corpore circumſtante, à quo imaginatio excitatur, aliquãdo ab aere, vel cęlo taliter imprimẽte, aliquando à cogitatione pręcedente, aliquando ab angelo bono, & aliquando à malo. S. Thom. 2. 2. q. 95. art. 6. auth. t. 2. de legib. d. 3. q. 5. p. 3. num. 6. & poſſumus cognoſcere ſomnia eſſe à Deo, vel à Demone, quando ſomnium impellit ad malũ, vel ad aliquem indiſcretum, tunc ſignum eſt à Demone eſſe, vel quando homo poſt ſomnium remanet turbato animo minus prompto, & diſpoſito ad opus bonum, ſignum eſt ſomnum eſſe a Demone, quando verò letiori, & aptiori exiſtit animo in Deũ, ſignum eſt eſſe à Deo. In dubio verò eſt præſumendum eſſe à Demone. Martin. del Rio l. 4. cap. 3. q. 6. Valent. 2. 2 d. 6. q. 12. p. 3. ad fin. Auth. ib. num. 7.

Somnia à Demone immiſſa, non ſunt credenda. Leſſ lib. 2. cap. 43. dub. 8. num. 54. Auth. ib. num. 8.

SPONSALIA.

Sponſalia ſunt mutua promiſſio futuri matrimonii. l. 1. ff. de ſponſal. Auth. to. 1. de magn. matrim. Sacram. q. 1. p. 1. num. 1. &

1. & ad validitate ipſorũ tres conditiones requiruntur, prima eſt, vt adſit promiſſio voluntaria. Secunda, vt ſit mutua, & accepta. & Tertia, vt ſit aliquo ſigno externo ſufficienter manifeſtata. Tuſc.cõcluſ 122.num.1.tom.1.ib.n.2. & ſic requiritur, vt adſit promiſſio, & non ſufficit propoſitum.ib.num. 3. & debet eſſe deliberata.Sanch.lib.1.d.8.de matr.ib.num.4. & acceptata. Sanch lib.1.d.6. ib. num.6.& mutua.Vaſq.d.4.cap.1.ib.n.7. & eſt manifeſtanda exterius. Sanch.d.lib 1.d.3.ib num.9.& ideo tacitus conſenſus non ſufficit.cap. fin.de deſpenſat. impub.ib.num.11. verum ſufficiunt nutus, & ſigna.ib.n.12. & celebrata per verba habẽtia duplicem intellectum, in foro conſcientiæ ſtandum eſt intentioni, ſecundum quam verba prolata fuerunt. Sanch. lib.1. d. 18. ſed non idem eſt ſeruandum in foro exteriori; ſecluſo danno, vel ſcandalo, nam in dubio eſt iudicandum interueniſſe animum. auth.ib. n.14.& 15.

Sponſalia obligant ſub mortali. Henriq.lib.11.cap.13. Auth. ib.p.2.num.1. & ficte cum iuramento celebrata, ſeruanda ſunt, quãdo iuramentum, fuit factum animo iurandi, & ſe obligandi, ſecus verò, ſi non animo ſe obligandi.Sanch.lib. 1.d.9.num.2.ib.nu.4. ſed peccat ſponſus ficte promittẽdo, non tamen tenetur ſtare promiſſioni, niſi ratione ſcandali, aut danni euitãdi, ſi aliter euitari non poteſt. ib. num.2.eo. verſ.dixi, nec obligant eum, qui ſub ficta promiſſione matrimonij copulam habuit cum fœmina malæ famæ. Sanch. lib. 1.d.10.num.23. ib. nu.5. ſicut nec tenetur, vt plurimum, fœmina adimplere ſponſalia, quę copulam à viro extorſit. ib. n. 12. nec ille, qui dubitat, an promiſerit animo ſe obligandi. Sanch.lib.1.d.18. num.6.ib.n. 13.

Sponſalia incerta ſunt ea, quæ fiunt cum perſona incerta, vel cum pluribus, ſub diſiunctione.auth.ib.q.1.p.3.num.1 quæ non ſunt proprie, & perfectè ſponſalia. Guttier. de matr.cap.26.ib.nu.2. ſed redduntur certa, & perfecta per determinationem, & electionem promiſſoris, qua poſita ſtatim inducitur impedimentum publicæ honeſtatis. Silu. verb.matrimonium 2.num.11 ib.nu.3.& ex ſponſalibus prędictis incertis, ſcias, quod inſurgit obligatio adimplendi ſpõſalia, cum aliqua ipſarum, quibus ſub diſiunctione promiſit, modo

modo vna illarum nō renuat, nam promiſſor, non tenetur aliam ducere, vna recuſante, niſi electio relicta ſit in poteſtate illarum. Sāch. lib. 1. d. 26. num. 2. ib. n. 4.

Sponſalia, vt ſint valida requirūt ætatem ſeptem annorum, tā in maſculo, quam in fœmina. tot. tit. de deſponſat. impub. Auth. ib. p. 4. n. 1. ita, vt celebrata ante dictam ætatem, ſūt inualida. Sanch. lib. 1. d. 19. n. 6 ib. num. 2. ſed paulo ante facta & ſic ante decem dies, ſunt valida. Guttier. cap. 2. num. 7. ib. n. 3.

Sponſalia requirunt maiorem vſum rationis, quam requiritur ad peccatum mortale. S. Thom. 3. p. q. 43. art. 2. ib. n. 4. & abſque vſu rationis celebrata poſt ſeptennium, ſunt inualida. Guttier. d. cap. 2. n. 3. ib. num. 5. verum parentes, tutores cōſanguinei, curam gerentes infantium ex graui neceſſitate, poſſunt pro dictis filijs, & pupillis contrahere ſponſalia, quamuis nondum perneneruнt ad ſeptimum annum. cap. infantes de deſponſat. impub ſed requiritur ipſorum puerorum conſenſus expreſſus, vel tacitus poſt ætatē ſeptem annorum. Sanch. lib. 1 d. 27. num. 17. ib. num. 8. Non tamen cogi poſſunt conſentire. Auth. ib. p. 4. n. 9.

Sponſalia diſſoluuntur. primò, per ingreſſum religionis. Secundo, per votum ſimplex caſtitatis, aut religionis. Tertio, per votum ſimplex ſacrorum ordinum. Quarto, per ætatem Quinto, per lapſum termini. Sexto, per diſceſſum in lōginquas partes. Septimo, per dolum, Octauo, per metum. Nono, per matrimoniū ſubſequens, cum alia, vel impedimentum dirimens matrimoniū. Decimo, per fornicationem ſuperuenientem. Vndecimo, per mutuum diſſenſum, & Duodecimo, per conditionem nō adimpletam. auth. ib. q. 1. p. 5. n. 1.

Spōſalia celebrata ante religionis ingreſſum, non ſunt adimplenda, ſi ſponſus è religione egrediatur. Regin. lib. 31. nu. 258. auth. ib. num. 3. & celebrans ſponſalia cum iuramēto, poteſt etiam ingredi religionem, ante contractum matrimonium. Sanch. lib. 1. d. 43. num. 3. ib. num. 4. non tamen poſtquam extorſit copulam à ſponſa, quamuis voueric. Sanch. loc. cit. num. 7. & 8 Sed celebrata ab habēte votum religionis, vel caſtitatis ſunt ſeruanda, quando deflorauit ſpōſam poſt factum votum, ſi fęmina votum ignorabat. Guttier. de matr. cap. 25. n. 7. lib. 1. ib. n. 7.

Spon-

Spóſalia priora nõ diſſoluuntur per poſteriora, ſi prima ſponſa magnum patiatur dannum, ſecus, ſi leuem, quando copula ſequuta eſt, cum ſecunda ſponſa.auth.ib.nu.7.verſ.obiicies ſecundo, & num.8. & 9. etiam ſi ſint celebrata cum iuramento.Sanch. lib. 1.d.50. num.2.auth.ib.num.10.etiam ſi poſtea diſſoluãtur. Guttier. cap.28.num.2. Auth.ib. num. 17.

Sponſalia non ſolum diſſoluũtur per ingreſſum religionis, ſed per ſimplex votum caſtitatis factum poſt ipſa ſponſalia. Ang. verb. ſponſalia.num.2. auth.ib.nu. 13. & facta ab eo, qui habet ſimplex votum caſtitatis, ſunt inualida. Sanch. lib.1.d.46.num.3.ib. num.15. nec ſunt adimplenda à vouente caſtitatem poſt ſponſalia, ſi poſtea voti diſpenſationem obtinuerit.ib.num.16.ex Sanch.lib.1.d.50.nu.6.contr. Rebell.1.par.l. 8.q.8. ſect.7.concl.3.n. 49. & diſſoluuntur per votum ſuſcipiendi ſacros ordines, non autem minores. Valent. tom.4.d.10.q.2.p.5. caſu 11 ib.n.20.

Sponſalia diſſolui poſſunt propter defectum ætatis impuberis.DD.in cap. 1. de deſpõſat. impub. auth. ib.p.6.nu.1.niſi interfuerit iuramentum. Sanch.lib.1.d.51.n.22.ib.n.4.

Sponſalia diſſoluuntur, quando ſponſus copulam habet, cum conſanguinea ſponſæ in primo, vel ſecundo gradu.Sanch. lib.1.d.56.num.1.ib.p.7.nu.5. vel adeſſet ſcandalum, vel fama publica de impedimento. Eman.Sà verb.ſponſalia num. 4.ib.num.6.non tamen diſſoluuntur, quãdo ſuperuenit impedimentum impediẽs, & nõ dirimens Regin.lib.32.num. 263.ib.num.7.ſed contrahens impedimentum poſt ſponſalia, tenetur impetrare diſpenſationem ſi alias ſpõſæ graue dannum ſequeretur. Guttier. cap.32.num.2.ib.nu. 8. & sũt valida contracta ſub cõditione, ſi Papa diſpenſauerit. Rodriq.cap.244.ib.nu. 9.ſed poteſt etiam recedi in dicto caſu poſt obtentã diſpenſationem altero non inuito, contr. Genuen.in prax.cap. 13.nu.5.ib. n.10.

Sponſalia clandeſtina ſunt valida.Tuſc.concluſ. 406. tom.7. auth.ib.num.11. & non peccant mortaliter celebrantes per ſe loquendo.Silu.verb.matrimonium 6.quæſit. 7. ib.nu. 12.

Sponſalia diſſoluuntur per fornicationem alterius ſponſi poſt ſponſalia, & etiam diſſoluuntur ſi permittat ſponſa ab alio libidinosè ſe tangi, ſecus in ſponſo nam nullam dedecus pati-

patitur. Guttier. cap. 31. num. 1. auth. ib. q. 1. p. 8. num. 1. & 2. & ſi ſponſa fuerit per vim cognita, adhuc ſponſalia diſſoluuntur. Henriq. lib. 11. cap. 14 Auth. ib. num. 3. ſecus verò de viro. Gloſ. in cap. ſic quippè 27. q. 2. Sanch. lib. 1. d. 56. n. 7. ib. num. eo, & diſſoluuntur ſolum ex parte innocentis, non autem fornicarij. Sanch. num. 6. ib. num. 5. & quando vterq; ſponſus fornicatur, non poſſunt diſſolui. Sanch. lib. 2. d. 15. auth. ib. de magn matrim. Sacram. q. 1. p. 8. n. 6.

Sponſalia poſſunt diſſolui propter hæreſim, vel apoſtaſiam. Sanch. loc. cit. num. 3. auth. ib. num. 7.

Sponſalia diſſolui poſſunt, quando ſuperuenit notabilis mutatio. Guttier. cap. 33. num. 8. & ideo non tenetur contrahere, quando, quis incidit in lepram, morbum gallicum, & ſimilia. Tuſc. concluſ. 126. n. 6. Guttier. cap. 32. num. 3. ib. nu. 9. etiam ſi incipiat apparere. Sanch. lib. 1. d. 63. ib. num. 16. vel cum ea, quæ ex pulchra, fuerit facta deformis, vel pauper, è diuite. Sanch. lib. 1. q. 59. ib. nu. 11. vel cum eo, qui poſt ſpõſalia fuit condemnatus de aliquo crimine turpi. Guttier. num. 3. ib. nu. 12. vel propter aduentum mortalis inimicitiæ inter ſponſos. Sanch. d. 58. num. 3. ib. num. 15. vel quando ſponſa putabatur eſſe virgo, & poſtea fuit reperta deflorata. ib. num. 17. vel propter aſperitatem, & ſæuitiam alterius coniugis, poſtea cognitã. Nauarr. cap. 22. num. 27. auth. ib. nu. 18. verum non poſſunt diſſolui ab eo, qui tempore celebrationis ſpõſalium ignorabat vitium, quo cognito, adhuc ſponſalia celebraſſet. Sanchez. d. 65 num. 2. auth. ib. de magn. matrim. ſacr. q. 1. p. 8. n. 19.

Sponſalia diſſoluuntur, per dolũ celebrata, vt Auth. ſup. & p. 9. num. 1. 2. & 5. niſi dolus eſſet incide[n]s, vel quando ſponſus cognito dolo adhuc ſponſalia celebraſſet. ib. num. 4.

Sponſalia diſſoluũtur mutuo cõſenſu, vt ſup. & p. 10. num. 1. verum remiſſio debet eſſe libera, & non cum metu. Guttier. cap. 24. ib. n. 2. & 3.

Sponſalia, vt diſſoluantur nõ requiritur Iudicis authoritas, quando occurrũt aliquæ cauſæ ſufficientes ad illa diſſoluẽda & certò conſtat de cauſa ſufficienti. Eman. Sà verb. ſpõſalia num. 12. ib. num. 5. ſecus ſi non eſſet cauſa ſufficiẽs, ſed dubia. & in caſu, quo requiritur authoritas Iudicis, erit Iudex Eccleſiaſticus competẽs. Sanch. lib. 1. d. 69. nu. 10. Guttier. cap. 35. num. 7. Auth. ib. n. 8. &

8. & 9. & in foro conſcientię certitudo cauſæ ſufficit ex dicto vnius teſtis iurati, vel non iurati, ſi fuerit fide dignus. Sãchez lib. 1. d. 71. 72. & 73. auth. ib. de magn. matrim. Sacram. q. 1. p. 10. n. 11.

Sponſalia non poſſunt celebrari ſub aliqua pęna ſoluenda ab eo, qui nõ ſteterit ſponſalibus Tuſc. concluſ. 401 num. 3. t. 7. auth. ib. p. vlt. num. 1. etiam ſi interuenerit iuramẽtum. Sanchez lib. 1. d. 32. num. 21. ib. n. 2. & eſt peccatum mortale apponere penas. contr. Caet. verb. ſponſalia, & Sanch d. 30. num. 2. auth. ib. num. 3. nec tenetur illam pęnam reſtituere, quando ſibi ſoluta fuit ante Iudicis ſententiam. Sanch. lib. 1. d. 31. num. 2. ib. num. 4. nec tenetur ſoluere intereſſe lucri ceſſantis conuenti. Guttier. cap. 13. num. 14. ſecus danni emergentis. ib. n. 5.

STVPRVM.

Stuprum eſt concubitus viri, cũ virgine fęmina, quo virginalis carnis integritas violatur. Me nocch. caſu 288. cent. 3. lib. 2. de arbitr. Iud. & habet ſpecialem malitiam, ſiuè puella conſentiat, ſiuè ſit inuita. Caet. 2. 2. q 154. art. 6. ſed circumſtantia virginitatis, non eſt aperienda in confeſſione, quando fęmina, ſeù vir, primò sè polluit. Caet. loc. cit. Nauarr. cap. 16. num. 2. auth to. 1. de magn. matrim. Sacram. q. 4. p. 17. nu. 1. 2. & 3.

Stuprator cum fraude, vel metu, aut mendacio, qui copulam à puella extorſit, abſque promiſſione matrimonij, tenetur ducere illam in vxorẽ, vel comodè dotare, vel curare, vt equè benè nubat, ac ſi virgo eſſet. Nauarr. d. cap. 16. num. 16 Auth. ib. num. 7. ſecus verò ſi conſenſerit puella, nam ad nullam reſtitutionem tenebitur ſtuprator. idem Nauarr. loc. cit. Sot. lib 4. de iuſt. q 7. art. 1. niſi ſtuprator manifeſtauerit copulam occultam, cum graue danno ſtupratæ. Clau. reg. lib 11. cap. 2. in fi. auth ib. dicto num. 7. verſ. dixi per vim. nec tenetur ad reſtitutionem, ſi puella condonauerit illam obligationem reſtituendi. ib. num. 10. nec tenetur patri reſtitutionem facere, ſi puella fuerit conſentiens. Eman. Sà verb. reſtitutio num. 14. ib. nu. 14.

Stuprata poteſt velari, quando corrupta eſt per actus interiores, vel delectationes venereas, aut per voluntariã pollutionem, ſecus ſi per copulã. Rodriq tom. 1. can q. 64. art. 3. auth. ib num. 4. verum poſtquam fuerit velata, occultè

per copulam corrupta, tenetur abſtinere ab officiis, quæ conferuntur virginibus cōſecratis ſi comodè facere poteſt, abſque ſcandalo. ib. nu. 5. vel procurare diſpēſationem à Summo Pontifice. Nauarr. cap. 16. num 3. verſ. interrogatus. Auth. ib. q. 4. p. 17. num. 6.

SVBSTITVTIO.

Subſtitutio eſt vocatio vnius, aut plurium ad hereditatem in locum alterius, vel aliorū. Couarr. de teſtam. cap. rainutius §. 4. num. 1. auth. to. 2. de reſtit. & contract. d. 3. q. vlt. p. 4. num. 1.

Subſtitutio vulgaris eſt ſubſtitutio directa, & ſimplex, qua, quis, abſque peculiari priuilegio aliquem ſubſtituit. ib. n 3. Pupillaris, qua quis proli impuberi in ſua poteſtate conſtitute ſubſtituit aliquem. ib. n. 4 Exemplaris eſt inuenta ad exemplū ſubſtitutionis pupillaris, & illa eſt, qua quis filio amenti, aliquē ſubſtituit, l. humanitatis. C. de impub. & al. ſubſtit. ib. nu. 5. Fideicommiſſaria eſt, per quam hæres ab inteſtato, vel teſtamento cōſtitutus grauatur reſtituere hæreditatem, vel partem eius aliquotam. auth. ib. d. 3. q. vlt. p. 4. n. 6.

SVFFRAGIVM.

Suffragia alia ſunt ſatisfactoria ex opere operato, vt ſacrificium, & indulgentia, alia ex opere operātis, vt ſunt orationes, quæ ab homine iuſto offeruntur. auth. t. 1. de ſacram. d. 6. q. 2. p. 2. n. 1.

Suffragia, vt proſint alteri requiritur. Primo, vt offerens habeat animum offerēdi pro eo, cui vult prodeſſe. Eman. Sa verb. indulgentia in fi. auth. ib. num. 2. Secundo, vt fiant ab homine viatore in hac vita exiſtente, idem Eman. loc. cit. ib. num. 3. Tertio, vt opera fiant voluntariè. ib. n. 4. quarto, vt opera ſint bona ratione intentionis, ſiuè interna, ſiuè externa. ib. num. 5. quinto, vt ſuffragia ſatisfactoria ex opere operantis fiant in gratia. S. Thom. in 4. d. 14. q. 5. art. 3. ib. num. 6.

Suffragia applicari poſſunt, tam viuentibus, quam defunctis. Suar. d. 48. ſect. 6. nu. 8. & ſect. 8 num. 23. & 24. auth. ib. p. 1. num. 2. & peccatori applicata proſunt applicanti auth. ib. p. 3. num. 6. nec proſunt damnatis, nec beatis, quo ad ſatiſfactionem, Coninch. de penit. d. 11. dub. 8. num. 60. ib. num. 7 & applicata exiſtenti in peccato mortali, non proſunt, etiam ſublato obice. ib. num. 9. nec

9.nec acceptantur à Deo pro futuro tempore. Coninch.d. 10.de pœnit.dub.6.num.41.ib. num.10.

Suffragia communia applicans excommunicato,vt horas canonicas, vel orationes miſſæ, peccat mortaliter. Nauarr.c. 27.num.36. auth.t.1.de cenſur.d.2.q.2.p.1.num.4.nam excommunicatus maiori excõmunicatione priuatur ſuffragijs. ca. à nobis de ſent.excomm.ib.num. 3. quamuis ſit toleratus, & non vitandus. Suar.d.9.ſect.2.num. 17.auth. ib.§.1.num.1. & vide ſupra verb.miſſa,& verb.excommunicatus.

SVPERSTITIO.

Superſtitio eſt falſa religio.i.cultus vitioſus, quo vel colitur creatura cultu diuino, vel Deus modo indebito. auth. t. 2.de legib.d.3.q.5.p.1.num.1. & eſt duplex. Prima aſt ratione rei cultę,quatenus creatura colitur cultu Dei, & hæc continet tres ſpecies, idolatriam,diuinationem,& obſeruationem ſuperſtitioſam,vide ſupra verb.obſeruatio.Secunda,dicitur ſuperſtitio modi indebiti colendi Deum, & hæc eſt duplex. Prima, dicitur cultus falſus,& eſt, quando quis vult Deum colere ceremonijs Iudeorum,&c. vel admiſcendo turpia,& obſcena officio diuino, tamquam officij partem. Secunda, dicitur cultus ſuperfluus,& hæc contigit, quando propter Eccleſiæ vſum ponitur religio in ijs rebus,aut circunſtantijs, in quibus non eſt ponenda,vt in numero,colore,&c. auth.ib. n.2.& 4.

Superſtitioſus dicitur effectus, quando aliqua circumſtantia vana,& inutilis adhibetur,tãquam neceſſaria,verbi gratia, cum certo numero crucium, in certa hora, vel parte corporis.auth.ib.d.3.q.5. p.4.n.8 vel quando effectus ſuperat actiuitatem cauſæ naturalis applicatæ,vt ſi curetur vulneratus in loco diſtanti,vel quãdo fit effectus ſine motu locali,vt ſi quis faciat flumen apparere,&c. vel quando ſtatim effectus euaneſcit. Sanch. in Summ.cap.40. num.43.Auth. ib.num.9. Item committitur dum proijcitur imago in flumine, vt pluat, vel putatur,tot orationes prodeſſe,& non plures, vel tot candelas, & non plures, vel longiores eſſe adhibendas.ib.nu. 13. ſed abſolutè non committitur ab hominibus cuiuſdam familię, &c. qui dant operam in curãdis quibuſdam morbis particularibus, vt ex morſu canis.

Nauarr.in man.cap. 11. num. 36 ſi hoc faciant per gratiam à Deo, in quo ſunt bene examinandi.ib.num.20. nec videtur ars ſuperſtitioſa, ars inueniendi aquas, adhibita virga ſalicea, vel amigdalina. Auth. ib.n.14.

SVSPENSIO.

Suſpenſio eſt cenſura Eccleſiaſtica, qua perſona Eccleſiaſtica impeditur, ne functiones exerceat ſui beneficij, vel officij, vel ordinis in totum, vel in partem, in perpetuum, vel ad tempus. Nauarr. cap. 27. num. 151. auth.t.1.de cenſur. d. 3.p. 1.num.1.

Suſpenſio eſt multiplex, alia eſt ab officio tantum, alia ab officio, & beneficio, alia eſt pœnalis, quæ fertur in pęnam delicti, alia medicinalis, & eſt illa, qua attenditur emendatio delinquentis, alia eſt perpetua, quæ ſimpliciter fertur, abſque limitatione temporis, alia eſt temporalis, quæ fertur cum limitatione termini, & vel eſt à Iure, vel ab homine, vt dixi ſup.verb.cenſura.auth. ib.num.2.

Suſpenſio poteſt ex iuſta cauſa, ad tempus ſuſpendi per eum, qui tulit illam.ib.n. 4.

Suſpenſio lata abſolutè, abſque limitatione expreſſa, vel tacita, ſuſpendit abſolutè ab omnibus.i.ab officio, & beneficio auth.ib.p.2.num.1. Tolet.lib. 1.ca.43.reg.6. & lata cum expreſſione alicuius effectus, extenditur ſolum ad illum effectum, & ad ea, quæ ſunt illi adnexa. Nauarr.cap.27. nu.160. ib.num.2. vnde Epiſcopus ſuſpenſus tantum à pontificalibus, intelligitur ſolum ab iis, quæ concernunt vſum ordinis Epiſcopalis. ib.n.3. & ſuſpenſus ab ordine, non dicitur eo ipſo, ſuſpenſus à iuriſdictione. Auila 3.p d.2.dub.1.ib.num.4 & ſuſpenſus ab ordine, nō eſt ſuſpenſus à beneficio, vel eius fructibus directè, eſt tamen indirectè.Sayr.cap.3.num.21. ib.nu.5.ſuſpenſus à collatione ordinum, non dicitur à collatione primæ tōſuræ, ſicut nec è contra.cap.vlt.de temp. ordin.ib num.6.ſuſpenſus ab ordine inferiori cenſetur à ſuperiori, niſi reſtringetur ad inferiorem tantum.Tolet.lib.1.c. 43.ib.num.7.ſuſpenſus ab officio nulla addita limitatione, intelligitur ab officio, & iuriſdictione. Suar. d.26.ſect.1.ib. num.9. & ſuſpenſus ab officio non poteſt ſacramenta adminiſtrare, ib.num.11. & ſuſpenſus à diuinis officijs nō poteſt diuina officia per ſoluere ex officio. auth.ib.t.1.de cenſur. d.3.p.2.n.16.

Su-

Suſpēſio lata, cum temporis determinatione, durat intra tēpus determinatum, & eo tempore lapſo, ceſſat. Suar. d. 26. ſect. 1. num. 13. & lata per annum, eſt ſeruanda per dies ter centum ſexaginta quinque. ib. ēt quando incidit biſextus & lata per menſem Februarii ſi ſit biſextus eſt ſeruanda per dies 28. Silu. verb. ætas. q. 3. auth. ib. p. 3. per tot.

Suſpēſio incurritur per ſuſcipiētes ordines ſimoniacè. extrauag. 2. de ſimon. auth. to. 1. de tract. var. q. 7. §. 6. nu. 1. vide ſupra verb. ordo.

Suſpenſio incurritur à benedicētibus ſponſis, abſque licentia parochi, vel ordinarij, donec ab ordinario eodem abſoluātur. C. T. ſeſſ. 24. cap. 1. auth. t. 1. de magn. matrim. Sacr. q. 4. p. 5. num. 3.

Suſpenſio non denunciata, non priuat cōmunione in actibus iuriſdictionis, & officij, quibus eſt ſuſpēſus, nec priuat diſtributionibus. auth. to. 1. de hor. canon. d. 2. q. 5. p. 2. §. 3. n. 4.

Suſpenſio an incurratur per receptionem ordinum ante ętatē; abſque literis dimiſſoriis, non ſeruatis interſtitiis, vide ſup. verb. ordo.

Suſpenſio incurritur ab Epiſcopo non ſeruante extrauag. 2. de elect. quo ad fructuum perceptionem primi, vel ſecundi anni ſui Epiſcopatus. Suar. d. 31. ſect. 5. num. 22. auth. t. 1. de cenſur. d. 3. p. 5. §. 2. n. 3.

Suſpenſo beneficiario, fructus ſunt applicandi ad vtilitatem Eccleſiæ, diſtributiones verò lucrantur per alios, diuinis interuenientes. cap. ſi quis deinceps. 17. q. 4. auth. ib. d. 3. p. 2. num. 14.

Suſpenſus vitandus dicitur, qui denunciatus eſt ſuſpēſus. Nauarr. cap. 9. num. 9. & 10. auth. ib. d. 2. q. 2. p. 1. §. 1. n. 8.

Suſpēſus à beneficio tenetur perſoluere onera beneficii. auth. ib. t. 1. de cenſur. d. 3. p. 2. num. 13. & iniuſtè ſuſpenſus ab officio poteſt recipere diſtributiones, ſaltē ſi ante ſuſpenſionem erat ſolitus frequentare chorum. Sayr. lib. 4. cap. 6. nu. 18. auth. ib. num. 17. & iniuſtè ſuſpenſus ab officio regulariter non priuatur diſtributionibus, ſecus ſi iuſtè. I ē ſuſpēſus à diuinis priuatur illis, & toleratus aſſiſtens lucratur illas. Auth. ib. t. 1. de hor. canon. d. 2. q. 5. §. 3. per tot.

Suſpenſus ab adminiſtratione Eccleſiæ in temporalibus, celebrando miſſam, non fit irregularis. Silu verb. ſuſpenſio q. 5. Sayr. lib. 4 cap. 7. nu. 6. Auth. ib. de cenſur. d. 3. p. 2. nu. 18. & ſuſpēſus à perceptione ſacramentorum, non poteſt illa percipere, abſque graui peccato,

cato, non tamen fit irregularis. Sayr. lib. 4.cap.7.num.8. ib.nu. 19. & ſuſpenſus peccat mortaliter ex ſuo genere exercendo actum, à quo eſt ſuſpenſus.Sayr.cap.14.num.8 Auth.ib.p.4.num.1.niſi excuſaret paruitas materiæ.ib.n.2. nec fit irregularis, nec peccat exercendo functiones ordinũ à quibus eſt ſuſpenſus, modo non ſe ſponte ingerat.ib.nu.4 ſed ſuſpenſus ex delicto fit irregularis violando ſuſpenſionem per exercitium ſollemne maioris ordinis, à quo eſt ſuſpenſus.Nauarr.cap 27. num. 103.ib.num.5.& non ſolum quando violat ſuſpenſionem perpetuam, quæ eſt propriè cenſura, ſed etiam ſuſpenſionem, quæ eſt pura pœna. cap.1.de ſent. excomm. in 6. ib.num.6.

Suſpenſus denunciatus inualidè abſoluit.Sayr.d.cap. 11. num. 15.ib.nu.8. & à proprio Epiſcopo abſolui poteſt, quando ſuſpenſio eſt reſeruata Papæ, modo ſuſpenſio proueniat ex delicto occulto. Conc. Trid. ſeſſ.24.cap.6. auth. ib. d.3.p. vlt.n.5.

SVSVRRATIO.

Suſurratio eſt peccatum linguæ, quo quis manifeſtat alterius delictũ ad ſeminandas diſcordias inter amicos.S. Thom.2.2.q.74.art.1.Auth.to.2.de reſtit.d.2.q.6.p.1.num.1. & differt à detractione, & contumelia, nam finis detractionis eſt iniuſta denigratio famæ, finis contumeliæ eſt læſio honoris,& ſuſurrationis finis eſt diſſeminatio diſcordiarum. ib. num. 2. & eſt grauior ſuſurratio,detractione. ib. num.3.& eſt peccatum mortale ex ſuo genere contra iuſtitiam. ib. p. 2.num.1. & aliquando plures malitias cõtinere conſtat, neceſſariò explicãdas in confeſſione.ib.num.2. ſed excuſatur aliquando, quis à peccato ratione indeliberationis, & inaduertentiæ.ib.num.3. & excuſatur etiam, immo licita eſt ſuſurratio, quando quis manifeſtat alterius defectũ ad diſſoluendam periculoſam amicitiam nullo mendacio intercedente.ib.n.4.

Suſurratio òbligat ad reſtitutionem.auth.ib.n.7.

T

TACTVS.

Vide ſupra verb.oſcula, & amplexus.

TENTATIO DEI.

Tentatio Dei eſt actus contra religionem,quo quis, abſque

iuſta cauſa aliquid dicit, vel facit ad capiendum experimẽtum de diuina perfectione. S. Thom. 2.2.q. 97. artic. 1. Clau. reg. lib. 4. cap. 7. num. 12. auth. t. 2. de legib. d 3. q. 9. p. vnic. n. 1. & eſt peccatum contra religionem. Sanch. lib. 2. cap. 34. & vel eſt expreſſa, dum aliquid fit ea intentione, vt experimẽtum capiatur de aliqua Dei perfectione puta ſi quis ſe p̃cipitet in puteum, vel interpetratiua, quando aliquid fit, abſque intentione expreſſa, capiendi exprimentum de diuina perfectione, puta ſi quis vellet ſe à cibo continere toto tempore quadrageſimali. auth. ib. n. 2. & 3.

Tentatio Dei ſi fiat, abſque iuſta cauſa regulariter eſt peccatũ mortale. Clau. reg. lib. 4. cap. 7. num. 12. & 14. auth. ib. num. 4. & fieri ex cauſa non iuſta, dicitur primò, quando experimentum eſt coniunctum, cum aperto grauis danni periculo, vt quando quis infirmus grauiter, ſperat à Deo ſalutẽ recipiendo medicinas, abſque iuſta cauſa. Nauarr. in Summ. cap. 11. num. 41. ib. num. 5. Secundo, quando fit intentione videndi aliquod opus ſupernaturale. Tertio, quando petitur miraculum ex curioſitate. Suar. tom. 1. de relig. tract. 3. lib. 1. num. 4. Auth. ib. num. eo. verſ. ſecundo, & tertio.

Tentatio Dei eſt manifeſtanda in confeſſione, & eſt exprimenda, ſiue fuerit tacita, ſeù expreſſa. Suar tom. 1. de relig. tract. 3. lib. 1. cap. 3. num. 6. ib. t. 2. de legib. d. 3. q. 9. p. vnic. num. 9.

TERTIARII.

Tertiariæ tenẽtur ad clauſurã, ẽt ſi in illis monaſteriis nõ fuerit ſeruata. Suar. tom. 4. de relig. lib. 1. cap. 8. num. 14. & 17. auth. tom. 2. de clauſ. q. 1. p. 2. num. 2.

Tertiarij heremitæ deferentes habitum minimorum ſunt excommunicati ex Bulla Leon. X. Auth. ib. q. 2. p. 9. §. 5. diff. 7. num. 6.

Tertiarii Sancti Franciſci, & Sancti Dominici, qui aſſiſtunt in Conuentibus, cum habitu ſub obedientia ſuperiorum gaudent priuilegio canonis, ſi quis. Auth. tom. 1. de cenſur. d. 2. q. 4. p. 1. n. 8.

TESTAMENTVM.

Teſtamentum, eſt noſtræ voluntatis iuſta ſententia de eo, quod quis vult fieri poſt mortem, cum directa inſtitutione hæredis. l. 1. ff. de teſtam. & vnum dicitur in ſcriptis, ſeù clauſũ eo, quod teſtator vult latere,

latere, quod in eo continetur alterum nuncupatiuum, quod teſtator ſine ſcriptura coram teſtibus declarat, quid fieri velit poſt eius mortem, & appellatur teſtamentum apertū. Tuſc.concluſ.m. tom.8.& teſtamentum in ſcriptis requirit ſeptem teſtes maſculos, liberos, puberes, rogatos, & propria manu ſubſcriptos, l. hac cōſultiſſima C. de teſtam. & debent apponere ſigna ꝓpria, vel aliena. Nuncupatiuū verò requirit illos ſeptem teſtes, modo quo ſupra, non tamen requiritur eorum ſubſciptio. Auth.tom.1.de reſtit. & contract.d.3.q.vlt.p. 1. per tot.

Teſtamentū facere poſſunt omnes, niſi prohibeantur, modo ſufficiētem vſum rationis habeant, & liberam bonorum adminiſtrationem. auth. ib.p. 2.num.5. Vnde prohibentur; primo carentes vſu rationis, præterea furioſos non habentes lucida interualla.l.furioſū. C. qui teſt. fac.poſſ. Surdi ſimul. & muti à natiuitate ſecus à caſu, & quod ſciant ſcribere.l.diſcretis C.eod.Qui nō poſſunt articulatè loqui l.iubemus C. eod. Impuberes.l. vltim. C. de teſtam.Prodigi.§. prodigus inſtit. pub. non eſt promiſſ.fac.teſt. Filii familias, l.qui in poteſtate,§.qui teſtamentum inſtit. vt ſupra. Item illi, qui teſtari prohibentur à Iure ob delicta, puta vſurarii notorii, percuſſores Cardinalium, hæretici, dannati ob libellum famoſum, condennati ad mortem, religioſi, qui votū paupertatis emiſerunt, ſed poſſunt beneficiarii. cap. quia nos, de teſtam.quod intelligas de fructibus beneficii, & ēt de bonis patrimonialibus, vel caſtrenſibus, vel quaſi. Auth. ib.p.2.n.2.& 3.

Teſtamentum factum ſine ſollemnitate requiſita à Iure poſitiuo ad cauſas prophanas, non eſt validum, non ſolum in foro externo, ſed etiam in foro conſcientiæ Auth.ib.d.3 q.vlt.p.5.num.3.ſed teſtamentum ad pias cauſas nō eſt neceſſariò celebrandum, cum ſollemnitatibus prædictis.cap. relatum de teſtam auth.ib.n. e) & fæmina poteſt eſſe in eo teſtis. Eman. Sà verb. teſtamentum num.4. auth. ib.d.3. q.1.p.3. num. 15. nec in foro conſcientiæ requiruntur teſtes, ſecus in externo, & ſufficiunt duo.cap.cum eſſes.eod. tit.ib.nu. 16. et dicitur ad pias cauſas, quando fit pro honore Dei, vel Sanctorum, vel pro animæ ſalute. Silu.verb.legatum num.5.auth. vbi ſup.de reſtit, d.3.q.vlt.p.5.n 4.

Teſtamentum inualidum firmatur

tur iuramento. Ema. Sà verb. teſtamentum. Auth. ib. n. 2.

Teſtamentum ſemper reuocari poteſt à teſtatore, vſque ad mortem, niſi iurauerit ſe non reuocaturum. cap. vltima voluntas 13. q. 2. auth. ib. p. 6. n. 1

THESAVRVS.

Theſaurus eſt antiqua depoſitio pecuniæ, cuius non extat memoria. Auth. tom. 2. de reſtit. d. 1. q. 3. p. 6. n. 3. & inuenctus in proprio fundo totus eſt inuenctoris. Auth. ib. num. 3. ſecus in alieno, nam ſi inuẽctus eſt fortuitò dimidium illius cedit domino fundi. l. vnica. C. de theſaur. lib. 10. ſi vero datą opera, totus pertinet ad dominum fundi. Nauarr. cap. 17. num. 175. Auth. ib. num. 3. ſed inuenctus in loco ſacro eſt diuidendus inter inuenctorem, & prælatum. Nauarr. loc. cit. Auth. ib. num. 5. & inuenctus arte magica ſpectat ad fiſcum Auth. ib. num. 6. & inuenctus in fundo duorum dominorum dimidius erit inuenctoris, reliquum diuidendum eſt inter eos. Auth. ib. num. 8. & inuenctus in fundo dotali ſpectabit ad vxorem, quo ad eam partem, quæ debetur domino fundi. Auth. ib. num 9. & in fundo emphiteotico eſt diuidendus inter emphiteutam, & proprietarium. Auth. ib. n. 10.

TITVLVS.

Titulus coloratus confert iuriſdictionem ad abſoluendum à peccatis. Henriq. lib. 2. de pœnit. cap. 14. Auth. tom. 1. de Sacram. d. 5. q. 5. p. 3. num. 10. & 11. & titulus coloratus, & error communis, quando cõtingat, vide ſupra verb. error, & quod ſuppleat iuriſdictionis defectum. Auth. tom. 2. de legib. d. 10. q. 2. p. 1. n. 2.

Titulus eſt neceſſarius ad recipiendos ordines, ſiuè ſit patrimonij, ſiuè beneficij, ſiuè profeſſionis ſollemnis in religione approbata ad quam reuocatur titulus Societatis Ieſu poſt biennium probationis. Auth. tom. 1. de Sacram. d. 8. q. vnica p. 5. n. 31.

TONSVRA.

Tonſura non eſt ordo S. Thom. 3. p. q. 40. art. 2. Auth. tom. 1. de Sacram, d. 8. p. 1. num. 6. & eſt præmictenda ante ſuſceptionem ordinum Tolet. lib. 1. cap. 71. Auth. ib. p. 5. num. 11. & dicitur prima tonſura, eo quod per capillorum tonſionem conferatur. Nauarr. conſ. 4. de ſacr. auth. ib. p. 7. num. 1. & defertur à cle-

clericis ad ſignificandum vitã puram,& apertam, quam debent habere viri Eccleſiaſtici, & ad repreſentandum coronã Chriſti ſpineam. *Auth.* ib. n. 4. & ideo clericus initiatus maioribus ordinibus, aut habens beneficium, peccat mortaliter illam nõ deferens abſque iuſta cauſa ad longum tempus Regin. lib. 30. n. 10. ib. n. 3.

Tonſura conferri poteſt extra dioceſim. Auth. ib. d. 3. q. vnica p. 2. num. 13. & illam conferens in peccato mortali, non peccat. Sayr. lib. 2. cap. 7 q. 4. auth. ib. to. 1. de ſacram. d. 1. q. 3. p. 2. §. 1. num. 8.

Tonſuram licet recipere, abſque intentione ſeruiendi Eccleſię. Sanch. lib. 7. de matr. d. 31. nu. 16. & 17. auth. ib. d 8. q. vnica p. vlt. num. 10.

Tonſura eſt materia ſimoniæ. Suar. lib. 4. cap. 13. num. 8. in fi. auth. t. 1. de tract. var. d. 1. q. 4. §. 4. num. 4.

TRANSACTIO.

Tranſactio eſt pactio non gratuita, de re dubia, & lite incerta, ad litem dirimendam. l. 2. C. de tranſact. auth. tom. 1. de tractat. var. d. 1. q. 4. §. 15. n. 1.

Tranſactio ſimoniaca eſt, dum remittitur, vel retinetur Ius temporale, pro ſpirituali. cap. præterea de tranſact. Suar. to. 1. de relig lib. 4. cap. 51. num. 6. Auth. ib. num. 3. non tamen dum res ſpiritualis compenſatur alia re ſpirituali proportionata. ib. num. 4. & tranſactio in beneficialibus fieri nõ poteſt priuata authoritate cap. conſtitutus de relig. dom. cap. ſuper eo de tranſact. ib. n. 6. Sed fieri debet authoritate Epiſcopi, vel arbitratorum. Suar. cap. 51. num. 16. ib. n. 8.

Tranſactio circa pręteritas diſtributiones eſt licita. Auth. t. 1. de hor. canon. d. 2. q. 5. p. 6. §. 3. num. 2. & eſt licita, etiam circa futuras. contr. Monet. de diſtrib. 3. p. q. 5. num. 6. dũmodo fiat, abſque præiudicio aliorum Canonicorum, & modo non attingat ad ſucceſſorem, & modo non fiat cum alijs Canonicis de diſtributionib. quæ ſibi accreſcent ob ipſorũ abſentiam, & vltimo ne fiat de ipſo diſtributionum iure, formaliter. Auth. ib. per tot.

TRANSVBSTANTIATIO.

Tranſubſtantiatio eſt conuerſio, ſeù tranſitus totius ſubſtãtiæ in aliam. auth. to. 1. de ſacram. d. 4. q. 3. p. 6. §. 1. nu. 1. & tranſubſtantiatione panis in corpus, & vini in ſanguinẽ; Chriſtus ſub ſpeciebus conſtituitur. auth. ib. §. 2. num. 1.

VE-

V

VECTIGALIA.

Vectigalia imponi poſſunt à non recognoſcentibus ſuperiores. Suar.de leg. lib. 5.cap. 14. auth.to.2.de reſtit. d. 2.q. 9.p.1.nu.1. & pro mercibus impoſita fraudans, peccat, & tenetur ad reſtitutionē. Silu. verb.gabella num 3. Auth.ib. nu. 3. vide ſupra ad materiam verb.gabella,& verb. cleric.

VENATIO.

Venatio ſaltuoſa, clamoroſa,& periculoſa, quæ fit canibus, prohibita eſt clericis, & religioſis. tot. tit. de cleric. ven. Auth.to.2.de reſtit.d. 2.q.vlt. p.1 n.2.

Venatio, piſcatio, & aucupium, prohiberi poteſt à Principe. Molin.d.46.auth.ib.d.1.q.3.p. 7.num.13.

Venationem, aut piſcationem impediens,tenetur ad reſtitutionem probabilis lucri impediti,detractis laboribus,& expenſis, quæ venator facturus erat.Nauarr.cap.17.à nu.120 ib.num. 14. & exercens illicitam, & prohibitam venationem, non tenetur capta reſtituere, niſi forte notabile damnum inferat communitati,ſed ſatisfacit ſoluendo pœnam,cōtra tranſgreſſores appoſitam poſt iudicis ſententia. Molin. 1.tract.2.diſp. 49. verſ. quod vero.auth.ib.num.17. & peccat tantum venialiter,niſi notabile damnum inferret ciuitati, nam peccaret mortaliter. ib.n.18.

Venator tenetur ad reſtitutionē damni,quod canibus, æquis,& pedibus intulit.Molin.loc.cit. d.52.ib.n.25.

VENDITIO.

Venditio eſt contractus vltro citroque emptoris, & venditoris obligatorius, ita vt venditor teneatur ad tradendum rem,emptor verò pretium. Auth.tom.2.de reſtit.d.3.q.2. p.1.num.3. quæ venditio perficitur ſolo conſenſu expreſſo abſque traditione. Vaſq. in opuſc.cap.6.§.2.dub.2.num.6 in fi.ib.n.4.

Venditio rei alienæ eſt inualida. Sanch.in Summ.lib.2. cap.23. num.25. Auth. ib. p.2.num. 20.

Venditio fieri poteſt cum pacto de retrouendendo.Auth.ib.p. 3. num. 1. & in ea aliqnando pactum apponitur ad fauorem venditoris, aliquādo ad fauorem emptoris, & aliquādo ad fauorem vtriuſque , quando ap-

apponitur ad fauorem ſolius venditoris, res minus valet, quam ſi res venderetur ſine tali pacto. Panorm. cap. cum Ioannes. de fid. inſtr. quando ad fauorē emptoris, res plus valet, quam alioquin valeret, quādo apponitur ad fauorem vtriuſq; res minus valet, quā ſi apponeretur ad fauorem ſolius ementis, & plus valet, quā ſi apponeretur ad fauorē ſolius venditoris. Leſſ. lib. 2. cap. 21. dub. 14. Auth. ib. de reſtit. & contract. d. 3. q. 2. p. 3. n. 2.

Venditio cum pacto de retrouendendo, vt licita ſit requiritur. Primo, intentio emendi, & vendendi. Azor. 3. p. lib. 8. cap. 26. quæſ. 1. Secundo, iuſtū pretium Nauarr. ca. 17. num. 248. tertio, vt fructus rei emptæ pertineant ad emptorem Molin. d. 375. num. 1. & Quarto, vt non interueniat aliqua læſio. Menoch. præſumpt. 122 num. 50. lib. 3. auth. ib. nu. 8. & ſeq].

Venditio, quando celebratur, cū pacto de retrouendendo, res vendita redimi poteſt, etiam ab hæredibus emptoris. Tuſc. concluſ. 25 num. 6. tom. 6. Auth. ib. num. 17 non tamen emptor poteſt rem emptā præſcribere. Gomes. 2. var. cap. 2. num. 28. ib. n 18.

Venditio ad corpus dicitur, quādo aliquid determinatum vēditur totum vnico pretio. Ad menſuram verò, quando pro vnaquaque menſura pretium aſſignatur. auth. ib. d. 3. q. 2. p. 8. num. 1.

VITIVM.

Vitium rei tripliciter contingere poteſt. Primo in ſubſtantia, vt ſi cum vino miſceatur aqua. Secundo, in quantitate, vt quando non ſeruatur debitūm pondus, numerus, vel menſura, & Tertio, in qualitate, quando venditur res aliqua, & tacetur defectus ipſius, & vel eſt notabilis, quo cognito emptor non emiſſet, & cōtractus eſt nullus, & datur actio redhibitoria. Molin. tract. 2. d. 353. num. 5. Auth. t. 2. de reſtit. d. 3. q. 2. p. 6. num. 2 vel eſt leuis, puta, quando non reddit rem notabiliter minus vtilem ad vſum, ad quem res ipſa emitur, & contractus nō eſt inualidus. Nauarr. cap. 23. num 89. auth. ib. n. 4.

Vitium rei ignoratum à vēditore, non vitiat cōtractum. Nauarr. cap. 27. num. 89. Auth. ib. num. 15. & quando eſt inualidus ob vitium notum venditori, non manifeſtatum, ſi res pereat, vadit in dannum venditoris. ib. n. 19.

VO-

VOTVM.

Votum eſt voluntaria, & deliberata promiſſio facta Deo de aliquo bono meliori. Auth.ib.tom.2.de legib. d.4.q.2. p.1.num.1. & aliud eſt perſonale, quo Deo promittitur aliqua actio ipſius perſonæ, vel aliqua ommiſſio, vt votū peregrinationis,ieiunij, caſtitatis, &c. & aliud eſt Reale, quo res aliqua promittitur Deo,vt elemoſina,& aliud eſt mixtum,quo promittitur res, & officium perſonæ, puta perigrinatio,cum intentione offerendi elemoſinam. Auth.ib. p.2.num.1.& eſt temporale, & perpetuum, & illud dicitur temporale,quod durat,vſque ad certum tempus Perpetuū, vſque ad vitam viuentis. eſt etiam particulare,& commune,Particulare dicitur, quod quiſque emittit iuxta ſuam volūtatem,commune, quod emittitur à communitate,aut ab omnibus. & aliud eſt ſimplex,aliud ſollemne, ſimplex conſiſtit in nuda promiſſione. Sollemne conſiſtit in actuali, quadam dedicatione proprij corporis, vt eſt votum religionis, & caſtitatis in ordinū ſuſceptione. Auth. ib.à dicto num.1 per tot.

Vota fiunt ſoli Deo. Sanch.in Summ.cap.1.auth. ib.d.4.q.2. p.1.num. 17. & non obligant, niſi fiant de materia bona, & honeſta. Suar.lib.2.de vot.ca. 7.num.3.ib.n.18.

Vota facta à parentibus pro infantibus, non afficiunt ipſos infantes, niſi ratificauerint. Nauarr.cap.12.num. 47. Auth.ib. d.4.q.2.p.5.§.2. num. 18.

Vota à communitate, ſeù à populo facta,cum conſenſu Epiſcopi,non obligat ſucceſſores ratione voti,ſed ratione præcepti Epiſcopi obligantis ad obſeruandum votum.Nauar. ca.12.num 73. Auth. ib.num. 20.

Vota ſubditorum poſſunt irritari.Sanch.lib.4.ca.24. num. 30. Auth. ib.d.4.q.2.p.7.§.2. num.1.

Vota vxoris impedictia domus, & familię gubernationem,aut quæ sūt præiudicialia marito, poſſunt ab ipſo indirectè irritari,ſeù ſuſpendi, Auth. ib.d. à num.10.vſque ad num.19.& ea vota mariti poſsūt ab vxore irritari, quæ incommodum illi afferunt, & quæ aliqua ex parte eius Iuri præiudicant. Clau.reg.lib.6.cap.10.nu. 20. ib.n.17.

Vota filiorum impuberum, tam realia, quam perſonalia, vel mixta,poſſunt ſaltem intra tempus impubertatis irritari à pa-

à patre,vel à tutore, & etiam à matre,mortuo patre, Suar. lib.*6*.cap.*6*.num. 22. auth.ib. num. 18. & poſſunt etiam à curatore irritari vota minorum puberum realia, & mixta.ib.n.*25*.

Vota religióſorum(excepto voto arctioris religionis)poſſunt à ſuo ſuperiori irritari.Sanch. lib.4.cap.*33*.Auth.ib.num.*26* & poſſunt irritari ab ijs, qui vices ſuperiorum gerũt.Suar. lib.*6*.cap.8.num.20. Auth. ib. nu.*31*.etiam eis inuitis. Suar. cap.*1*.in fin.Auth.ib.num.*35*. & Prælatus non poteſt irritare vota nouitiorum. Nauarr. cap.12.num.*65*.Auth.ib.num. *32*.& non poſſunt emitti à religioſo,inſcio ſuperiore. Silu. verb.votum.q.*3*.Auth. ib. nu. 34.

Votũ commutare,eſt loco prioris obligationis aliam ſubſtituere.Auth.ib.p.*7*.*§*.*3*.num.1. & quilibet poteſt vota ſua in melius commutare. Nauarr. cap.*12*.num.75.auth.ib. num. 3.& illud dicitur melius,quod eſt Deo gratius.Suar.lib.*6*.ca.*19*.num.21.& cap.18.num.*8*. auth.ib.num.4. & votum reale,quo quis Eccleſiæ, vel loco pio, aliquid promiſit,ſi non fuerit acceptatum, poteſt ꝓpria authoritate commutari, tradendo aliquid melius in comodum alterius Eccleſiæ. Leſſ.cap.*40*.dub.*11*. num.*90*. Auth.ib.num. *5*. & eleemoſina promiſſa alicui pauperi poteſt propria authoritate commutari tradendo illam pauperiori,modo cætera ſint paria, & prior pauper non acceptauerit.Suar.lib.*6*.cap.*18*. n.*11*.ib. num.*6*.

Vota realia poſſunt ex iuſta cauſa commutari in perſonalia, modo non ſit minus gratum Deo,quam reale. Suar.lib.*6*. cap 19.num.1*6*. auth.ib.num. 7.& poſſunt etiam probabiliter commutari propria authoritate in euidenter æquale. Sanch.in Summ.lib.*3*. cap.*19*. num.*9*.auth.ib.num.*8*. & poſſunt commutari non ſolum à Summo Pontifice, aut Epiſcopo, ſed per alium gaudentem ordinaria poteſtate diſpensãdi.Auth.ib.nu.*9*. & vota poſſunt commutari ad habente facultatem in iis diſpensãdi. Suar.lib.*6*.cap.12.num.10. ib. num.*10*.& ex priuilegio commutata poſſunt in minus commutari.Tolet.lib.4.c.18. ib.n. *11*.

Vota commutandi facultas,non extenditur ad reſeruata Papę, niſi hoc ſpeciaaliter exprimatur. Suar. lib. *6*.cap.*26*.num. 1*8*.Auth.ib.p.*7*.*§* *3*.num. 13.

Vota, quæ tempore iubilei per obliuionem non fuerunt commutata ſecundum Saach. Hẽriq.

riq. & alios poſſunt commutari, eo tempore tranſacto, ſed Auth.num.14. cum Suar. lib.6.de vot.cap.16. num. 14. & 15.contrarium tenet&. tẽpore iubilei extra confeſſionẽ poſſunt commutari. Sãch.lib. 4.cap.54.num.17. Auth. ib.n. 16 & vota caſtitatis, & religionis Papæ reſeruata, non poſſunt tempore iubilei commutari.Suar.lib.6.de vot.cap. 16.num.17 ib.n.17.

Vota Papæ reſeruata,ſunt, votũ caſtitatis perpetuæ, votum religionis approbatæ. Votum peregrinationis ad limina Apoſtolorum,votum ad Sanctum Iacobum compoſtellanum,& votum in terram Sanctam. Clau.reg.lib. 6. cap. 11. num.35.Auth.ib.§.4.num.11. & in generali conceſſione diſpenſandi in votis, non comprehenditur facultas diſpenſandi in his quinque Summo Pontifici reſeruatis. Suar. loc. cit.cap.25.num.3. Auth. ib. num. 12. Verum vota caſtitatis, aliquãdo poſſunt per Epiſcopum diſpenſari,imminente aliquo periculo, expectando diſpenſationem Papæ, vel legati, puta periculum magni ſcandali, vel danni tertiæ perſone, & ideo iminente periculo incontinentiæ poteſt in voto caſtitatis Epiſcopus diſpenſare. Nauar.cap.12. num. 76.& poteſt etiam Epiſcopus, quando votum fuit factum per metum,quamuis leuem. & ſi dubitatur,an ſit validum; vel ſi fuerit acceſſorium, vt ſi ludero,voueo caſtitatem,quia poteſt Epiſcopus diſpenſare, vt ludat,& ſic in voto caſtitatis,& etiam ſi votum eſt conditionale de futuro; conditione non adimpleta, nec non ſi Papa commutauit votum reſeruatum in non reſeruatum; & in voto caſtitatis non perpetuò, & in voto diſiunctiuè emiſſo in parte reſeruato, & in alia non reſeruato.ib.n. 15. & 17. Item vota religionis non approbatæ poſſunt diſpenſari ab Epiſcopo. Sanch. ca.40.num.70.Auth .ib. num. 21. ſicut commutare votum religionis artæ in votum laxioris religionis, quia non commutatur votum, ſed circumſtantia voti. Clau.reg.lib. 6.cap. 11.num.63. Auth.ib. num. eo. Item votum eundi pedeſtrim ad limina Apoſtolorum commutari poteſt in æqueſtrum Sanch. oper.mor. lib.4.cap. 40. num. 78. Item in voto non nubendi, vel non fornicandi, nam hoc non eſt votum caſtitatis perfectæ, ſed tantum partialis.Nauarr.cap. 12. num. 26. Auth. ib.verſ. quinto. Item diſpenſare poteſt in differenda exequutione

voti

voti religionis, nam diſpenſatur in qualitate, & non in ſubſtantia. Suar. cap.26.lib.6. num.15. Auth.ib verſ.ſexto.

Vota non poſſunt tolli à parochis, vel alijs ſacerdotibus, abſque expreſſa licentia.Suar. lib.6.c.12.in princ. auth.ib.§.4 num.26.

Vota monialium non poſſunt tolli ab Abbatiſſa. Suar.d.lib. 6.cap.10.num.15.auth.ib.nu. 29.

Vota non poſſunt diſpenſari ab habente poteſtatem commutandi. Sanch. lib. 4. cap. 53. num. 4. Auth. ib.num. 30.

Vota an tranſeant ad hæredes defuncti, vide ſupra verb. hæres.

Vota non poſſunt emitti ab amentibus. Sanch. lib.1.d.8. num.23.de matr.auth. ib.ſup. q.2.p.1.n.4.

Vota facta, abſque intentione ſe obligandi, non obligant. Azor.1.p.lib.11.cap.13.quæſ. 9.auth.ib.num.12. ſed factum, cum animo vouendi, & ſe obligandi, ſed cum intentione illud non ſeruandi, obligationem inducit. Sanch. lib. 1.de matr.d.9.nu.2. Auth. ib.num. 14.

Vota inualida ex defectu alicuius cauſæ fiunt valida per ratificationem.Sanch.lib.4.c.1. n. 19.ib.n.16.

Vota ex metu illata à cauſa intrinſeca obligant. Suar.lib.1. de vot.c.8.num.5. auth.ib.d. 4.q.2.p.3.§.1.num.3.& etiam facta ex metu graui incuſſo à cauſa extrinſeca ad alium finem, quam ad votum extorquendum. Nauarr.c. 12.num. 52. Auth. ib. num.4.& metu graui emiſſa, & iuramento confirmata non obligant ratione iuramenti. Sanchez in Summ.lib.3.c.11. num. 24.ib. num. 12. & vota per metum graue adimplês,ſatisfacit præcepto. Azor.p.1.lib. 10. ca.12. quæſ. 9.ib.de legib. d. 1.q.1.p. 10.n.8.

Vota ſepius repetita violans nô committit plura peccata.Sanch.oper.mor. lib.1.c.14.num. 10.auth. ib. d.2.q.4.p.3.num. 12.

Vota perſonalia ſimpliciter facta nô poſſunt per alios adimpleri. Suar. lib.4.de vot.ca.10. num.3.auth.ib.d.4.q. 2.p.5.§. 3.num.1.ſed realia poſſunt.ib. nu.3.4.& 5. non tamen mixta num.6.

Vota violâs peccat mortaliter, regulariter loquendo. Nauar. ca.12.num.40.auth.ib.§.4.nu. 3. quando tamen materia voti eſt grauis, & ſufficiens ad peccatum mortale, ſed ſi ſit leuis peccat venialiter. auth. ib.n.5.

Vota non obligant, quando dubita-

bitatur vtrum illa ſint emiſſa. Regin.lib.18.num.276. auth. ib.n.9.

Votum habens caſtitatis, vel virginitatis tenetur abſtinere à matrimonio. auth. ib.d.4.q. 2.p.5.§.5.nu.1. & votum caſtitatis habens, peccat conſumando matrimonium,aut petendo debitum,abſque diſpẽſatione, niſi cognoſceret certam incontinentiam in altero coniuge, quia tunc poteſt petere.Nauarr.cap. 11.num.39. Auth.ib.num. 3. & non æquiualet voto ſimplici religionis. Caet.2.2.q.147.artic.3 ib.nu. 5. & votum non fornicandi, non æquiualet voto non nubendi.in Summ. lib.4.cap.21. num.27.ib.num.8.& votum non cognoſcendæ fœminæ, an obliget abſtinere ab actu cõiugali,attenditur vouentis intentio.Sanch.num.27.ib.n. 9.

Votum habens ingrediendi certam religionem, tenetur eam ingredi, quando in ea viget regularis obſeruantia,licet tẽpore voti ea non ſeruaretur. S.Thom.2.2 q.189 art. 8.Auth.ib.§.6.nu.3. & habens votum determinatæ religionis, poteſt aliam æquè artam ingredi.Sanch.in Summ. lib.4.c. 16.num.26.ib.nu.4. & votum habens religionis non ſatisfacit habitum equitum religioſorum,& eorum religionem aſſumendo. Nauarr.de reddit. q.1.& 3.ib.num. 5. & vouens votum moriendi in religione, cenſetur emiſiſſe profeſſionẽ, & perſeuerantiam in ea. Sanch.lib.4.cap.16.n.9.ib. n. 7.

Votum religionis,vel continentiæ, poteſt emitti per coniuges, non ſolum ante contractum, verum etiam poſt contractum, ſed nondum conſumatum matrimonium, altero eorum inuito.Clau. reg.lib.6. cap.5.num.12.ib.num.8.

Votum habens certæ religionis ſi ad illam non admittatur eſt liber ab obligatione voti.Nauarr.cap.12.num.49.ib.nu.10. & votum religionis habens, ad quam non admittitur ob inſcitiam, ſi dum vouit nouerat ſe non admittendum, niſi aliquam artem,aut literas addiſceret, tenetur addiſcere. Rodriq. 2.p.cap.95.num.10. auth ib. num. 12. & ſi à religione expellatur,non tenetur ex vi illius voti ad caſtitatem, & ad alia religionis onera. Clau.reg.lib.6.cap.10. nu. 23. ib.num.17.& poteſt matrimonium contrahere.ib. num.18. nec tenetur ad aliam religionem accedere.Nauarr.cap.12 num.4. auth. ib.de legib.d.4. q.2 p.8.§.6.n.20.

Votum habens ieiunandi quolibet die Sabati, tenetur ad ieiunandum,etiam ſi in eam die

inci-

incidat dies natiuitatis Domini, ſed contraria eſt etiã probabilis. Regin. lib. 8. num. 290. auth. ib. p. 6. num. 9. nam votũ eſt ſtrictè interpetrandum. Suar. lib. 4. cap. 7. num. 16. ib. n. 10. & votum habens non bibendi vinum poteſt vtramque ablutionem in miſſa ſumere. ib. n. 11.

Votum habens ieiunandi pluribus diebus ſatisfacit ieiunando duobus diebus. ib. num. 14. & abſtinendi à lacticiniis, non tenetur à carnibus abſtinere. Sanch. cap. 11. num. 46. ib. nu. 17. & abſtinendi à carnibus, tenetur abſtinere à Iure, quo coctæ ſunt carnes. Sanch. loc. cit. num. 48. auth. ib. num. 23. & ieiunandi toto vno menſe nõ tenetur ieiunare diebus dominicis, niſi aliter conſtet de vouentis intentione. Sanch. in Summ. lib. 2. cap. 37. nu. 20. ib. n. 25.

Votum de re indeterminata valet. Suar. lib. 4. cap. 7. num. 15. de vot. auth. ib. n. 31.

Votum ceſſat ſublata cauſa finali, & quoties ſuperueniat notabilis mutatio. Henriq. lib. 11. cap. 14. num. 1. Auth. ib. de legib. d. 4. q. 2. p. 7. §. 1. num. 2.

Votum non obligat quoties ſeruari non poteſt ſine graui dãno, vel ſine periculo vitæ. Suar. lib. 4. cap. 11. nu. 2. auth. ib. num. 3. verum non ceſſat, neque ſuſpenditur, quoties ſuperuenit notabilis mutatio, quæ ſi à vouente fuiſſet præuiſa, adhuc vouiſſet, ib. n. 7.

VSVRA.

Vſura eſt lucrum immediatè proueniens ex mutuo, ita communiter DD. auth. tom. 2. de reſtit. d. 3. q. 3. p. 2. n. 1.

Vſura alia eſt realis, & externa, alia mentalis, & interna. Realis contigit, quando interuenit pactum ſaltem implicitum reddendi aliquod ſupra ſortem; Mentalis eſt, quando mutuans intendit lucrum ex mutuo recipere, quamuis nullum pactum exterius apponat; Rurſus alia eſt explicita, & formalis, alia implicita, & virtualis. auth. ib. nu. 3.

Vſura tribus modis accipi poteſt. Primo, pro lucro. Secundo, pro contractu in quo lucrum paciſcitur. Tertiò, pro voluntate aliquid accipiendi. ib. num. 4.

Vſura mentalis, committitur à mutuante ſub ſpe recipiendi immediatè aliquid ſupra ſortem pro mutuo. ib. num. 5. ſecus ſi non immediatè ex mutuo. ib.

Vſura mẽtalis committitur mutuando cum conditione recipiendi aliquem in amicitiam. contra Sot. 6. de iuſt. q. 1. art. 2

verſus

verſus fin. Azor. 3. par. lib. 5 c. 7. quæſ. 13. auth. ib. n. 7.

Vſura committitur in omni pactione, & conuentione, per quam imponitur mutuatario onus, & obligatio, quaſi ex iuſtitia, ad quam mutuatarius alias non tenebatur. auth. ib. p. 3. n. 1.

Vſura non committitur, quando aliquid accipitur ratione danni emergẽtis, & lucri ceſſantis vid. verb. lucrum, & verb. dannum. auth. ib. d. 3. q. 3 p. 4. n 2.

Vſura non committitur ex ratione danni emergentis, & lucri ceſſantis ſi concurrãt tres conditiones. Prima eſt, vt tempore contractus in pactum deducatur dannum, quod re ipſa deuenit, vel imminet. Secunda, vt non deducatur in pactum aliquid ſupra dãnum. Tertia, vt re vera dannum ſequatur præcisè cauſa mutui, & mutuator non potuerit illud comodè, euitare. Leſſ. lib. 2. cap. 20. num. 73. auth. ib n 5

Vſura non eſt, aliquid accipere pro lucro ceſſante concurrẽtibus, etiam tribus conditionibus. Prima eſt, vt mutuatio, ſit cauſa, vt lucrum ceſſet, quod habebatur in ſpe certa, vel probabili; Secunda eſt, vt lucrum non ſtatim exigatur. Tertia, vt non tantum exigatur ratione lucri ceſſantis, quãtum re ipſa futurum eſſet lucrum, ſed quantum valet ſpes lucri deductis expenſis, quas feciſſet mutuator negotiando. auth. ib. n. 13.

Vſura non eſt, aliquid accipere ratione periculi ammictendi capitale, vel illud recuperandi cum expenſis, & laboribus. Petr. Nauar lib. 3. cap. 2. num. 343. Silu. verb. vſur. 1. quæſ. 35. Auth. ib. p. 5. num. 1. ſed etiam tres conditiones concurrere debent. Prima eſt, vt mutuator non plus exigat ratione huius periculi, quam ipſe daret alteri pro aſſicuratione cap. talis. Secunda, vt verè ſit periculum ammiſſionis capitalis, & expenſarum, etiam ſi poſtea contigat non ammicti, & expenſas non fieri. Tertia eſt, vt mutuator non compellat mutuatarium ad ſuſcipiendum ſe ipſum pro aſſecuratore, & fideiuſſore. ib.

Vſura non commictitur ab eo, qui mutuat centum cum pacto, vt ſi mutuatarius moriatur intra duos annos, nihil teneatur reſtituere, ſi verò ſuperuixerit ſupra duos annos ſoluat centum quinquaginta, quia hic eſt contractus fortis, qui eſt licitus. Azor. 3. par. lib. 7. cap. 7. quæſ. 7. auth. ib. p. 5. n. 4.

Vſura committitur aliquid accipiendo vltra ſortem pro caren-

rentia pecuniæ, vel obligatione expectandi vſque ad certũ tempus. Molin. tract. 2. d. 308. num. 8. auth. ib. p. 6. per tot.

Vſura non committitur, ſi ponatur pactum, vt ſi ſors principalis non ſoluatur infra certum tẽpus, mutuator aliquid vltra recipiat. Nauarr. cap. 17 num. 215. Silu. verb. vſura 1. n. 18. ſed tres conditiones concurrere debent. Prima eſt, vt illa pœna, ſiue ſolutio vltra ſortem non ſit appoſita contra voluntatem mutuatarii ad palliandam vſuram, vt. ſ. aliquid exigatur ſub tali pacto pro vſura cum ſciatur mutuatarium non poſſe tali tempore ſoluer pretium principale. Nauarr. loc. cit. Secunda, vt mutuatarius, verè ſit in culpabili mora ſoluendi, ſecus, ſi ob impotentiam. Tolet. lib. 5. ca. 48. Tertia; vt pena, vel ſolutio vltra ſortem ſit moderatè. Salon. de contract. cenſ. artic. 3. controu. 17. num. 4. auth. ib. p. 7. num. 1. 2. & 3. reliqua vid. verb. reſtitutio.

VXOR.

Vide verb. coniux.

LAVS DEO.

INDEX.

A

Abbas. fol. 1.
Abbortus. 3.
Abſentia. 4.
Abſolutio. 8.
Abſtemius. 20.
Acceſſus. ibid.
Acedia. 21.
Accepta,& Accipiens. ibid.
Acta Actus. 23.
Accuſans,& Accuſatio. 26.
Adiurans,Adiuratio. 28.
Adoptans Adoptio. 30.
Admonitio. ibid.
Aduocatio. ibid.
Aetas. 32.
Affinitas. ibid.
Agnus Dei. 33.
Alienatio. 34.
Alienigenæ. 37.
Alimenta. ibid.
Altare. ibid.
Amens. 38.
Animalia. 39.
Annata. 40.
Anniuerſaria. ibid.
Apoſtaſia,Apoſtata. 40.
Appellatio. 41.
Aqua. 42.
Archiepiſcopus. 43.
Arma. 44.
Aſſaſinium. ibid.
Aſſecuratio. 45.
Attentio. 46.
Attritio. ibid.

B

Balſamum, fol. 48.
Banniti. ibid.
Baptiſmus. ibid.
Beati. 52.
Bellum. 55.
Benedictiones. 56.
Beneficium. 57.
Beneficiarius. 58.
Beſtialitas. 60.
Bigamia. ibid.
Blaſphemia. 62.
Bona. 64.
Breuiarium. 71.

C

Calix, fol. 72.
Cambium. 73.
Celebrans. 75.
Cenſura. 76.
Cenſus. 83.
Cæremoniæ. 85.
Ceſſatio à Diuinis. 86.
Character. 88.
Charitas. ibid.
Circumciſio. 89.
Circumſtantia. ibid.
Citatio. 91.
Clauſura. ibid.
Clericus. 92.
Cognatio. 94.
Collatio. 96.
Commenda. 97.
Communicans. ibid.
Communitas. 100.
Comodatum. ibid.
Compenſatio. ibid.
Complex. 101.
Concio. ibid.
Concubinatus. 102.
Conductor, & Conductio. ibid.
Confeſſarius. 104.
Confeſſio. 109.
Confirmatio. 113.
Coniugatus,Coniux. 114.

§§ Con-

Conſanguinitas. 115.
Conſcientia. 116.
Conſecra. ibid.
Conſenſus. 118.
Conſuetudo. ibid.
Conſilium, Conſulens. 120.
Cooperatio. 121.
Contemptus. ibid.
Contractus. 122.
Contritio. 125.
Contumelia. 127.
Conuentus. ibid.
Copula. ibid.
Correctio. 131.
Crux. 132.

D

Damnatus, Damnum. 132.
Debitor. 133.
Detractio. 140.
Dimiſſoriæ. 141.
Diſpenſatio. ibid.
Diſpoſitio. 150.
Diſtributiones. ibid.
Diuinatio. 153.
Diuortium. 155.
Dolus. 157.
Donatio. 157.
Duellum. 159.

E

Eiectus. 161.
Electio. 162.
Elemoſina. ibid.
Emphiteuſis. 163.
Emptio. 165.
Epiſcopus. 166.
Error. ibid.
Euchariſtia. 167.
Euictio. ibid.
Excommunicatio. 168.
Extrema vnctio. 173.

F

Fama. 174.
Feudum. 175.
Feſtus dies. ibid.
Fides. 176.
Forma. 178.
Fornicatio. 179.
Fructus. ibid.
Furtum. 180.

G

Gradus. 181.
Gratia. 182.

H

Habitus Clericalis. 184.
Hæres. 186.
Hæreſis. ibid.
Hermofraditus. 188.
Homicidium. 189.
Honor. 190.
Horæ Canonicæ. ibid.
Hoſtia. 191.

I

Idolatria. 192.
Ieiunium. ibid.
Ignorantia. 193.
Illegitimus. 194.
Immunitas. 195.
Inceſtus. ibid.
Indulgentia. 196.
Infamia. 197.
Intentio. 198.
Interdictum. 199.
Inuidia. 305.
Irregularitas. 306.
Iudicium temerarium. 313.
Iuramentum. ibid.
Iuriſdictio. 315.

L

Legatum. 316.

Lex. 317.
Linea. 319.
Locatio. 320.
Lucrum ceſſans. 320.
Ludus. 321.
M
Maleficium. 322.
Mandatum. 323.
Matrimonium. 324.
Medicus. 330.
Mendacium. ibid.
Mendicantes. 331.
Metus. ibid.
Miſſa. 332.
Monitorium. 334.
Monopolium. 335.
Mons pietatis. ibid.
Munerum largitio. 336.
Mutuum. 337.
N
Neceſſitas. 338.
Neaphitus. 339.
Notarius. ibid.
Nouitius. ibid.
O
Oblationes. 340.
Obſeruantia euentuum, & obſeruatio vana. ibid.
Occaſio. 341.
Occidens. 342.
Odium. 343.
Officium Diuinum, vide ſupra verb. horæ canonicæ.
Opera. ibid.
Opinio. 344.
Oratio. ibid.
Ordo. ibid.
P
Papa. 345.
Parochus. 347.
Participans. 348.
Paſcha. 349.
Peccatum. ibid.
Pœna. 353.
Pœnitentia. ibid.
Pœnitentiarius. ibid.
Penſio. 354.
Percuſſio. 355.
Permutatio. 357.
Pignus. ibid.
Pollutio 358.
Pollutio Eccleſiæ. ibid.
Poſſeſſor. 359.
Præcariam. 360.
Præſcriptio, & Præſcribere. ibid.
Primitiæ. 361.
Priuilegium. ibid.
Profeſſio. 364.
Promiſſio. 365.
Proximus. 366.
Publica honeſtas. ibid.
Q
Quindennium. 367.
R
Rapina. 367.
Raptus. ibid.
Recitans officium, vide ſup. verbo officium, & verb. hor. Canonicæ.
Receptans. 368.
Reclamatio. ibid.
Religio, & Religioſus. 369.
Reliquiæ. ibid.
Reſcriptum. 370.
Reſeruatio peccatorum. 371.
Reſidentia. ibid.
Reſignatio. 372.
Reſtitutio. 373.

Re-

Conſanguinitas. 115.
Conſcientia. 116.
Conſecra. ibid.
Conſenſus. 118.
Conſuetudo. ibid.
Conſilium, Conſulens. 120.
Cooperatio. 121.
Contemptus. ibid.
Contractus. 122.
Contritio. 125.
Contumelia. 127.
Conuentus. ibid.
Copula. ibid.
Correctio. 131.
Crux. 132.

D

Damnatus, Damnum. 132.
Debitor. 133.
Detractio. 140.
Dimiſſoriæ. 141.
Diſpenſatio. ibid.
Diſpoſitio. 150.
Diſtributiones. ibid.
Diuinatio. 153.
Diuortium. 155.
Dolus. 157.
Donatio. 157.
Duellum. 159.

E

Eiectus. 161.
Electio. 162.
Elemoſina. ibid.
Emphiteuſis. 163.
Emptio. 165.
Epiſcopus. 166.
Error. ibid.
Euchariſtia. 167.
Euictio. ibid.
Excommunicatio. 168.
Extrema vnctio. 173.

F

Fama. 174.
Feudum. 175.
Feſtus dies. ibid.
Fides. 176.
Forma. 178.
Fornicatio. 179.
Fructus. ibid.
Furtum. 180.

G

Gradus. 181.
Gratia. 182.

H

Habitus Clericalis. 184.
Hæres. 186.
Hæreſis. ibid.
Hermofraditus. 188.
Homicidium. 189.
Honor. 190.
Horæ Canonicæ. ibid.
Hoſtia. 191.

I

Idolatria. 192.
Ieiunium. ibid.
Ignorantia. 193.
Illegitimus. 194.
Immunitas. 195.
Inceſtus. ibid.
Indulgentia. 196.
Infamia. 197.
Intentio. 198.
Interdictum. 199.
Inuidia. 305.
Irregularitas. 306.
Iudicium temerarium. 313.
Iuramentum. ibid.
Iuriſdictio. 315.

L

Legatum. 316.

Lex. 317.
Linea. 319.
Locatio. 320.
Lucrum ceſſans. 320.
Ludus. 321.

M

Maleficium. 322.
Mandatum. 323.
Matrimonium. 324.
Medicus. 330.
Mendacium. ibid.
Mendicantes. 331.
Metus. ibid.
Miſſa. 332.
Monitorium. 334.
Monopolium. 335.
Mons pietatis. ibid.
Munerum largitio. 336.
Mutuum. 337.

N

Neceſſitas. 338.
Neaphitus. 339.
Notarius. ibid.
Nouitius. ibid.

O

Oblationes. 340.
Obſeruantia euentuum, & obſeruatio vana. ibid.
Occaſio. 341.
Occidens. 342.
Odium. 343.
Officium Diuinum, vide ſupra verb. horæ canonicæ.
Opera. ibid.
Opinio. 344.
Oratio. ibid.
Ordo. ibid.

P

Papa. 345.
Parochus. 347.
Participans. 348.
Paſcha. 349.
Peccatum. ibid.
Pœna. 353.
Poenitentia. ibid.
Poenitentiarius. ibid.
Penſio. 354.
Percuſſio. 355.
Permutatio. 357.
Pignus. ibid.
Pollutio 358.
Pollutio Eccleſiæ. ibid.
Poſſeſſor. 359.
Præcariam. 360.
Præſcriptio, & Præſcribere. ibid.
Primitiæ. 361.
Priuilegium. ibid.
Profeſſio. 364.
Promiſſio. 365.
Proximus. 366.
Publica honeſtas. ibid.

Q

Quindennium. 367.

R

Rapina. 367.
Raptus. ibid.
Recitans officium, vide ſup. verbo officium, & verb. hor. Canonicæ.
Receptans. 368.
Reclamatio. ibid.
Religio, & Religioſus. 369.
Reliquiæ. ibid.
Reſcriptum. 370.
Reſeruatio peccatorum. 371.
Reſidentia. ibid.
Reſignatio. 372.
Reſtitutio. 373.

Re-

Reſtitutio in integrum. 375.

S

Sacramenta. 376.
Sacrificium. 377.
Sacrilegium. 378.
Satisfactio. 380.
Scandalum. 391.
Schiſma. ibid.
Scrupulus. 392.
Sepultura Eccleſiaſtica. 393.
Sigillum Confeſſionis. ibid.
Simonia. 394.
Societas. 397.
Sodomia. 399.
Sollicitatio. 400.
Somnia. ibid.
Sponſalia. ibid.
Stuprum. 405.
Subſtitutio. 406.
Suffragium. ibid.
Superſtitio. 407.
Suſpenſio. 408.
Suſurratio. 410.

T

Tactus. Vid. ſup. verb. oſcula, & amplexus. ibid.
Tentatio Dei. 410.
Tertiarii. 411.
Teſtamentum. ibid.
Theſaurus. 413.
Titulus. ibid.
Tonſura. ibid.
Tranſactio. 414.
Tranſubſtantiatio. ibid.

V

Vectigalia. 415.
Venatio. ibid.
Venditio. ibid.
Vitium. 416.
Votum. 417.
Vſura. 422.
Vxor vid. verb. coniux. 424.

Errata:	Sic corrige.
Fol.3. in verbo Abbatiſſa, ibi, exceptione	Excommunicatione.
Fol.15. Verbo abſolutio, ibi, ſepius incidit (adde etiam) iniungendo tamen ſalutares pęnitentias,& aliquando differendo abſolutionem.	
Fol.eod.in verbo abſolutio, ibi, deſerere, (adde etiam) modo eliciat dolorem dę pecc. præteritis,cum firmo propoſito non committendi amplius huiuſmodi peccata,& modo habeat aliquam cauſam rationabilem non dimittendi illam artem.	
Fol.19.in verbo, abſolutus, ibi, abſolutus virtute Iubilei (adde etiam) grauiter.	
Fol.48.in verbo,attritus, ſic dic Attritus non poteſt ſaluari abſque Sacramento pœnitentiæ, etiam ſi non habeat copiam Confeſſarij.	
Fol.50.in verbo Baptiſmus, ibi, in;	&
Fol.52.in verbo Baptizare, ibi, lucrandi.	Ludendi.
Fol.72.in verbo celebrante,ibi, ante auroram, vel noctu.	Per mediam horam ante auroram,vel poſt meridiem.
Fol. eod. in verbo celebraturus, ibi,ex præcepto.	Parochus in die feſto ne parochiani careant miſſa.
Fol.80.in verbo, cenſura, ibi, fieri.	Ferri.
Fol.81.in verbo.cenſura,ibi,poteſt (adde etiam) priuatim	
Fol.95.in verbo, cognatio, ibi, rebaptizatur,adde, quia ſecundus baptiſmus, non eſt verus baptiſmus.	

Fol.

Errata.	Sic corrige.
Fol.eod.ibi,quod fuerit puer baptizatus.	Ac baptizatus eſt.
Fol.99.in verbo communio, ibi, de pręcepto(adde) anticipatè	
Et ibi ſumenda ab illo, eo tempore, quo,	Sumenda ab illo,qui
Fol. 129. in verbo copulam,ibi non peccat (adde) mortaliter	
Fol.eod.in verb.copulam,ibi,tẽpore menſtrui non peccat,adde etiã,mor.ſed aliquãdo p.v.	
Fol.170. in verbo excommunicatus, ibi in articulo mortis, adde etiam, quando infirmus eſt incapax alterius Sacramẽti.	
Fol.177.in verbo, fidei articulo, ibi pręcepta Eccleſię credere	Præcepta Eccleſiæ ſcire.
Fol.178.in verbo forma, ibi,ſemper eadem ſignificatio, adde etiam,modo particula,hic, accipiatur loco pronominis.	
Fol.175. in verbo habitus clericalis, ibi iuxta religionis	Iuxta Regionis.
Fol.196.in verbo indulgentia, ibi,ad cenſum	Ad Cœlum.
Fol. 302. in verbo interdictus, ibi,niſi exiſteret extra Eccleſiam.	Etiam, ſi exiſteret extra Eccleſiam.
Fol.303. in verbo interdicti, ibi, excluſis excommunicatis, & interdictis,adde etiam, modo coniugati habeant priuilegiũ aſsiſtendi diuinis	
Fol.304.in verbo interdicti localis,ibi laici,adde, qui non ſunt perſonaliter interdicti.	
Fol.eod.ibidem,vel ſpiritualis.	Specialis
Fol. 307. in verbo irregularitas, ibi,	

Errata.	Sic corrige.
ibi, exercentes, adde, ſecundum regulam artis, ſi membrum aliquod abſcindat cauſa ſanitatis.	
Fol.eod.ibi.& ideo,	: Sed
Fol.eod.in alio verbo irregularitas,ibi, aut ipſum colentem, adde,abſque hæreſi	
Fol.325.in verbo,matrimonium ibi, nec tenetur eſſe in gratia celebrans per procuratorem.	Sed tenetur eſſe in gratia celebrans per procuratorem.
Fol.333.in verbo, miſſa,omitti, circa finem,ibi puellæ nobiles	Puellæ nubiles
Fol.342.in verbo occidens innocentem, ibi, cum moderamine inculpatę tutelæ,adde etiã, quando iniuſte conantur interficere innocentem, vel illũ capere,vt iniuſtè occidatur.	
Fol.358.in verbo pollutionem ſæpius,ibi,poteſt abſolui, adde etiam, debet tamen confeſſarius ei pœnitentias ſalutares iniungere, & aliquando differre abſolutionem.	

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITT. EMANUELE